BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
7 C
20

13. 6. e. 57

IV B 10

3. B. 16.

REGIA ARAGONVM
CAMILLI BORRELLI
OLIVETANI
IVRISCONSVLTI CLARISSIMI,
SEV

Commentaria ſuper Pragmaticis Regis Ferdinandi primi incip. Odia. & ſequentis de compromiſſis: In qua omnia ad Arbitrorum, Arbitratorum, compromiſſorumq; materiam quouis modo ſpectantia, nuſquam antehac ita perfectè digeſta, ac compilata declarantur.

CVM SVMMARIIS, ET INDICE MATERIARVM
Locupletiſsimo ab eodem Authore confecto.

CVM PRIVILEGIIS.



VENETIIS,

D. Iacobi Ane[illegible] de Maria Bibliopolæ Neapolitani.

M D LXXIIII.

ILL.mo AC REVER.mo

DOMINO ALFONSO

S·R·E· CARDINALI GESVALDO

Camillus Borrellus. S. D.

TANTVS eſt mihi (Cardinalis Ampliſsime) erga tuã celſitudinem immenſus ſeruiẽdi feruor, tanta cupido, ut nõ effectu ſolũ, ſed cogitatu concipi nequeat, vt nullam non oportunitatem aſſumpſerim, nullumq́; (vt dicitur) non mouerim lapidem, quo vires meas compellerem, vt in tuorum humilium clientelam aſcriberer. Quo factum eſt, vt nil aliud ſolo animi mei affectu cõſiderem, nil ſtudeam, quàm vt tuæ celſitudini placeã: quis enim ab hoc argumenti genere deſiſteret? Cogitando animi, ſanguiniſq́; tui, uirtutum omnium dotes, quorum omnium nec Panegyricus Oratoris cuiuſuis præcellentis ſufficeret, longioreq́; opus eſſet oratione, quam (ne mætas excedam) relinquere fas eſt. quis enim Illuſtriſſimæ Familiæ tuæ per tot Olympiadas & ſæcula virtutes enumeret? Quis procerum proauorũq́; tuorum virtutes enarrans non a dicendo deficeret? Præſentium nanq; rerum grauitatem, magnanimitatemq́; præcedentium ſæculorum demonſtrant: Quis enim ex præſentibus, quæ iam tranſacta ſunt, non diiudicet? Quis tot virorum, heroumq́; à tua Familia antehac progenitorum non facta ſolum, geſtaq́;, ſed nomina dinumerare non terreat? Altiore opu eſſet ingenio, elegantiore oratore, viroq́; in literis magis uerſato. Sola enim Illuſtriſsimi, Excellentiſsimiq́; genitoris tui ALOISII authoritas pro rei huius tractatione ſufficiat: illum enim ſupremum Venuſiæ Principem (quæ olim) in regione Daunia Romanorum colonia fuit) & Conſæ Comitem in Hirpinis (quæ & Annibali apud Cãnas proficiſcenti hoſpicium præſtitit) illum dico Principem admiror, & eò magis admiror, cùm & ipſum alios admirari conſpicio: dum enim eius magnanimitatem conſidero, liberalitatem, prudentiam, fortudinem corpo-

ris viraginem,aliasq; virtutes innumeras dum intueor,obſtupeo; ea enim in tot ſibi ſubditorum populorum vtitur rationis gubernatione, vt dici nequeat, video eius in ſubditos iuſtitiam æqua ſolum lance fieri, in maleficos, probroſq; homines ſeueritatem,innocentium tutelam,& oppreſſorum leuamen,ita vt timore pœnarum ſubditi à delictis abſtineant,et oppreſſi ob eius miſerationem non deſperent, ſolùm eius ocium in legendo negocium facit,in diuinis ſolicitus,& in omnibus ſuprema clementia. A quo non longe abeunt,nec à familia degenerāt FABRITIVS & IVLIVS Principis filij, & fratres tui, quos omnium virtutum continuus comitatur aceruus. ALOISIVM demum Fabritij primogeniti primogenitum non relinquo,quem dum in pueritia ferè conſtitutum in tanto morum, ac virtutum numero aſpicio,& illum diiudico,quòd & pater Aeneas,& auunculus excitat Hector, & ſemper firmiſſimam mihi ſpem ſtatuo , quòd Ilium in Italiam portabit,victosq; pœnates, TVI autem Illuſtriſſimi nominis(purpuræ veſtis decus) conſtātiam,liberalitatem,clementiam,ſupremamq; religionem,aliarum corporis,animiq; virtutum dotes,vti innumerabiles conticere conſtitui,melius iudicans eas ſilentio pertranſire , quàm in ipſis narrandis in medio deficere . Cũq; tuæ benignitatis odore in tui admiratione me raptum conſpicio,liquido ſemper è grege tuo me vnum eſſe declaraui , & cum multis iam argumentis largiſſimum in me fauorem tuum perceperim, meæ in te obſeruātiæ teſtimonium aliquod præbere iudicaui:libellumq; hunc meum(cui Regiæ Aragonum nomen dedi à legum noſtrarum conditoris nomine) leue munuſculum non pro tua amplitudine , & grauitate,ſed pro virium mearum infirmitate tibi offero,vt qualiſcunque ille fuerit,tanquam ingenij mei primitiæ , ad te veniat , vt dum ſub tuarum vmbra virtutum in lucem exierit,a maleuolorum latratibus cõſeruetur innoxius, quem ſi ſerena (vt credo) fronte perceperis, calcar eris, vt è noſtris laribus alia ad te perueniant longe alacriora,quibus in dies incumbimus, interim leue hoc primum meæ gratitudinis munus accipias , aliaq; (Deo auſpice) maiora in dies expecta. Vale ſeculi noſtri Decus.

ILLVSTRIBVS DOMINIS
FRANCISCO REVERTERIO, THOMAE SALERNITANO, ET ALFONSO DE SALAZAR, SVPREMIS REGNI SICILIAE CONSILIARIIS REGIAM CANCELLARIAM Regentibus.

Camillus Borrellus. *S. P. D.*

DVM pluries cogitaſſem (Illuſtres Domini) Sigiſmundi Imperatoris in doctos beneuolentiam, obſtupui profecto, quòd princeps ille, non modo ſtipendijs, uerum etiam dignitatibus doctos ſui temporis uiros afficiebat, tenuitq; me nõ mediocri tempore inuicti illius uiri memoria, ut dũ ad ſumma Imperialis Diadematis culmina aſcendiſſet, parum curãs ad quantã prouectus eſſet celſitudinẽ, nec inde ſuperbiens (ut pleriſq; hominũ inſitum eſt) doctos licèt humiles magni faciebat, nobiles uero, & indoctos abijciebat. ò uiros egregios priſcos homines, qui ſi quẽquam præſtare uirtute cęteris intuebantur, eum tantis dignabantur honoribus, ut diuinus cenſeri quiret. Conſideraui itaq; cui hominum, heroumq; Sigiſmundi ſucceſſionem tributam cognoſcerem, quorum iudicijs meas iſtas qualeſcunque inornatas primitias ſubijcerẽ, occurriſtis Domini ampliſſimi ante omnes pectori meo, quos uti totius Hiſpaniæ, Italiæ Flores ad Regij collateralis, & ſupremi Senatus culmen prouectos conſpicio, iuſſu inuictiſſimi uereque Catholici Regis noſtri PHILIPPI de Auſtria, uobis Ducibus Regnum hoc Neapoli ſub tuta quietis pace dormit: tantaq;

in uos

in uos eſt in iure dicundo iuſtitiæ collibratio, æquaq́ue ſtatera, ut ætas ſæculi huius rectè aurea appellari debeat, ſub qua pauida lepus ſub rabido cane tuta quieſcit: capellæq́; humiles à luporum uoracium morſibus ſecuræ paſcũtur. ob quod cùm opella hæc mea ad ueſtrorum auditoriorum lares peruenerit, uti primi paruitatis meæ floſculi benigno (ut ſoletis) fronte ſuſcipite, eamq́; ſupremis ueſtris iudicijs ſubmitto, memoriaq́; ueſtra (rogo) non decidat, ut ſi, quæ in ea dicta ſunt, rationis expertia uiſa fuerint, ea ueſtro profundo iudicio contegatis, ut extimetis mihi uigeſimumquintum annum uix terminanti reſtitutionem poſſe in integrum concedi, quæ ſi uultu Hilari, (ut ſoletis) accipietis, ad alia me allicietis. Valete Stellæ fulgentes.

INNOCENTII VRSINI

IN OPERIS LAVDEM

CARMEN.

Vt fugiantur iunctorum nunc ſanguine lites,
Et careat ſtrepitu lis ineunda uiris,
Arbitrioque virum quærantur iura proborum,
Et compromitti cauſa mouenda queat,
Vt ſeruetur amor, non vt lucretur, & ipſe
Prætor, ſcriba ſimul tempus inane terat,
Quo ſimul auari euaneſcat iudicis ira,
Hoc opus ante oculos quiſquis habere uelit.

EIVSDEM TETRASTICON.

Vt fora uitentur loculos priuantia nummis,
Vtque ſimul pauper iura libenter agat,
Vt bene ſeruenter conſanguinitate propinqui,
Hic bene BORRELLVM conſuluiſſe reor.

TETRASTICON EIVSDEM AD AVTHOREM.

Quæ nulli condam docti ſcribenda putarunt,
E tenebris duxti docte CAMILLE quidem:
Debeat ergo tibi poſthac vir quiſquis in orbe,
Edent aſſidue maſcula thura tibi.

M. PALERMINI

AD LECTOREM

EPIGRAMMA.

Hoc opus ut ſidus ſplendet, lux maxima fulget,
Hoc opere inſigni dubia quæq; patent.
Hoc opus exponit nonnulla enigmata legum,
Ecce nouus Codex, lex quoque culta ſatis:
Compromiſſa quoque fieri quàm recta docebit
Hoc opus,& reddet pragmaticaſque leues
Igitur hoc habeas tecum, noctesque dieſque,
Vnicus euades doctor in orbe cito;

CAMILLI BORRELLI
PRAEFATIO.

¶ SVMMARIVM.

1 *Omnes homines natura ſcire deſiderant.*
2 *Scire eſt vltima hominis perfectio.*
3 *Scientia paucis conceſſa.*
4 *Iuſtitia virtutis ſplendor eſt maximus.*
5 *Iuſtitia præclariſſima eſt omnũ virtutum.*
6 *Charõdæ Tiriorum regis in ſeipſum iuſtitia*
7 *Zaleuchus Locrenſium princeps iuſtus.*
8 *Regna ſublata iuſtitia ſunt latrocinia.*
9 *Deus dilexit iuſtitiam.*
10 *Iuſtitia noſtra Chriſtus eſt.*
11 *Aaron Virga, figura iuſtitiæ.*
12 *C.Fabritij conſulis romani exemp lum.*
13 *Ariſtophanis Meſſenij iuſtitia.*
14 *Sapiens habet oculos in fronte.*
15 *Virtus quid? ſecundum Senecam.*
16 *Scripturæ memoria immobilis.*
17 *Phalaris Agrigeminus ſapientiſſimus.*

OMNES homines natura ſcire deſiderant,
1 † inquit Ariſtotel. lib. j. Metaphy. j. Qđ apud Ciceronem lib.v.de finibus comprobatur, Tantus eſt(inquit)innatus nobis cognitionis amor, & ſcientiæ, vt nemo dubitare poſſit, quin ad eas res capeſſendas hominũ natura, nullo emolumento inuitata rapiatur. & idem Cicero lib.officiorum primo dixit, Omnes trahimur, & ducimur ad cognitionis, & ſciẽtiæ cupiditatem, in qua excellere pulchrũ putamus. Et ſciendi cupiditatis ratio ea eſt, quam Ariſtotel. lib. Poſteriorum.j.c.vij. & Auerroes in j. Metaph. primò
2 aſtruxerũt: Quia ſcire† vltima eſt hominis perfectio, finiſque poſtremus. Quæ perfectio a mortalibus vix attingi poteſt. Quid enim poteſt mortalis ſibi promittere ad finem perfectum ducere? Hominũ nanque cogitationes, & arbitria, perficiendæ rei cuiuſlibet ſtudio cogitata, a tẽporis veloci curriculo conſumuntur, Iuxta illud Ouidij.dum inquit.

Tempus edax rerũ, tuq; inuidioſa vetuſtas
Omnia deſtruitis.

Quod et alio incerti authoris epigrãmate vulgato confirmatur, dũ iſtam ſententiã ſimilibus ferè verbis concludit dicens.

Omnia nata ruunt, & quæ creuere ſeneſcunt,
Finis ab incepto pendet vbiq; ſuo.

Hoc idem apparet ex verbis Annei Senecæ in tragedia Hyppolyi, cap.xj.

Volat ambiguis mobilis alis
Hora, nec vlli præſtat velox
Fortuna fidem.

Et iterum idẽ Seneca in Troade, cap.v.inquit.

Quicquid ſol oriens, quicquid & occidens
Nouit Oceanus cæruleus fretus,
Quicquid vel veniens, vel fugiens lauat

Aetas pegaſeo corripet gradu.

Vitę demum breuitas nihil nos ſcire permittit: ad ſcientias enim capeſſendas noningentos nos oporteret viuere annos, quemadmodū ante diluuiū viuebat humanū genus: & neceſſe eſſet Mathuſalem, aut fabuloſi Neſtoris nobis tempora tribui, vt quod humani generis torpor minime caperet, id temporis longo curſu nobis donaretur: quia omne artificium exercitatione continua incrementum recipere, explorati iuris eſſe docuit Martianus Iurecōſultus. Sic deniq; in eandem etiam ſententiam facit illud Ouidij Verſiculum.

Gutta cauat lapidem, conſummitur Annulus vſu,
Et teritur preſſo uomer aduncus humo.

Et quamuis longa nobis donaretur ætas, varia tamen mortalium ingenia eādem tenebrarum ingluuiem paterentur, & omnibus ad literarum ſtudia prompta eſſe nequeunt, Diuina etenim Maieſtas
3 † hoc paucis conceſſit, vt Maro.
lib. vj. Aeneidos docuit.

Pauci quos æquus amauit
Iuppiter, aut ardens euexit ad æthera virtus.

Cui, ſi dici fas fuerit, cōcinit illud Matth. cap. xxij. Multi ſunt vocati, pauci verò electi. & propterea verificatur illud eiuſdem etiam Virgilij. Aeneid. lib. j.

Apparent rari nantes in gurgite vaſto.

Tādem penè diffiſus de legum magna mole, potentię, placitiſq; ſummi rerum opificis me ſolum tradidi, ſeruans illud Prophetæ. Iacta cogitatum tuum in domino, & ipſe te enutriet. ac illud Ioannis c. v. Voca ſi eſt aliquis, qui tibi reſpondeat, & ad aliquem ſanctorū conuertere. Quam precationem in alicuius ſpecialis rei petitionem dirigere nolui, tametſi licitum eſſe cognouerim, & a ſanctis obſeruatū pluries. Solet enim id quod arbitrio noſtro a Deo petimus, neſciētes quid petamus, maximo nobis eſſe nocumento: ſed illud ab ipſo petij, quod ſuæ maieſtati ſatius videretur, imitatus illud Socratis terreſtris ſapientię oraculi, qui nihil vlterius a Dijs immortalibus petēdum arbitrabatur quàm vt bona tribuerent: quia ij demum ſcirēt, qu id vnicuiq; eſſet vtile: nos autē plerūq; id votis expetere, qđ non impetraſſe melius foret. totum te (inquit) Celeſtium arbitrio committe: quia, qui tribuere bona ex facili ſolent, eligere etiam aptiſſima poſſunt. Hæc Socratis verba ſunt, cū alijs quàmpluribus relata a Valerio. lib. vij. c. ij. Vnde vera pectori meo ſententia ſedit, ſanctas legum ſemitas proſequi, quibus iuſtitiæ documenta moſtrantur, ius ſuum vnicuiq; tribuentis. quæ iuſtitia, vt Cicero lib. officio-
4 rum. j. oſtendit, virtutis † ſplendor
eſt maximus. Et vt Ariſtoteles in Moralibus ad Nichomacū docuit.
5 Iuſtitia præclariſſima † eſt omniū
virtutum, & neq; Heſperus, neq; lucifer ita admirabilis eſt. quod &

ante eum dixerat Euripedes,cuius
obſeruantiam nobis tradidit legú-
lator, Tiriorumq; Rex Charódas,
6 qui† vt legẽ a ſe latã ſeruaret,eo ꝙ
armatus in cõcionẽ ingreſſus eſt,
proprio ferro occubuit. Author
Diodorus Sicul. lib. Bibliotheces
xij.& Valer.lib.vj.c.v.Simile eſt il-
lud Locrẽſium principis Zaleuci,
7 qui† vt legis in adulteros factę ſer
uatorem ſe demonſtraret, unum
filio, alterum ſibi oculum effodi
iuſſit: remota etenim iuſtitia re-
8 gna nihil ſunt niſi latrocinia,† vt
Auguſtin⁹ lib.iiij.De ciuitate Dei.
cap.iiij.docuit.ipſa enim nihil ex-
petit præmij, nihil precij ꝑ ſe ex-
petitur, eademq; omnium virtu-
tũ cauſa eſt,& ſententia,vt docuit
Cicero.lib. j. de legibus. Quam &
nos ſequi,ac diligere debemus,cũ
9 Deus ipſam † dilexerit.vt dixit Da
uit.Dilexiſti iuſtitiam,& odiſti ini
quitatem.& cum ipſe Deus iuſtus
ſit,vt patet Deuterono.ca.xxxij.&
iuſtus eſt Chriſtus. inquit Petrus
Epiſt.j.c.ij. & alibi, Iuſtitia noſtra
10 † Chriſtus eſt. docuit Paul.j. Cor.
j.& ad Galath.c.v.& ob id Auguſt.
in lib.Sermonum.c.xiij.de iuſtitia
multa effundit dicens. O ſancta,
laudabiliſq; iuſtitia, ſub te, & per
te pudicitia regnat,pax ꝑ te trium
phat, ſecuritas, & dignitas per te
florent,& fructum afferunt in pa
tientia.o iuſtitia,qui te amauerit,
qui te ſtrinxerit cum Moyſe mare
mundi vitiorum ſanguine rubri-
catum ſicco veſtigio pertranſibit.
Hæc eſt virga, qua petra percuſſa
manat in flueta, qua lapidea ſub-
ditorum corda iudicio iuſtitiæ ta-
cta in virtutum exuberant flumi-
11 na.Hæc eſt virga † Aaron, quæ flo
ruit,fronduit,& fructum peperit.
& paulopoſt hæc eſt medicina vi-
tiorum, antidotum peccatorum.
Magna nobis rei huius demõſtrãt
exempla,Q.Aemilij pręſertim,vel
12 vt † alij, C. Fabritij romani cõn-
ſulis,in Pyrrhum Epirotarum re-
gem, qui vrbẽ tenebat obſeſſam,
exẽplum. Nicię,aut vt alij, Timo
charis medio cùm necare potue-
runt,nec facere,idq; ſcelus patra-
re voluerunt,quinimo epiſtolarũ
nuncio eum monuerunt,vt a do-
meſticorum caueret inſidijs. Re-
fert Aulus Gellius lib.iij.c.viij. &
Cicero lib.iij.Officiorum.& Sene
ca ad Lucillũ.Epiſt.cxxiij.Epiſtolę
tenorem refert Claudius Quadri-
garius.lib.iij. cuius etiam rei me-
minit Claudian⁹. lib.iij.in Ruffin.

Romani ſcelerũ ſemper ſpreuere miniſtros,
Noxia pollicitum Domino miſcere venena
Fabritius rei nudata fraude remiſit
Infeſto,quem Marte petit,bellũq; negauit
Per famuli patrare nefas.

Indeque Ariſtophanem Meſſeniũ
13 † quibuſdam ſocijs mortem tradi
diſſe ferũt, qui uirgines quaſdam
ſtuprare voluiſſent.Itaque vt iuſti
tiam ſequerer,legalem ſtatui ſcien
tiam proſequi, conſiderans illud
14 quod habetur Eccleſiaſt. c.ij. † ſa-
piens habet oculos in fronte,ſtul-
tus verò veluti cęcus palpitat in te
nebris.& cap.viij. Sapientia ho-

minis, gratioſum facit vultū eius.
15 Et virtus (ſecundùm † Senecam)
altum eſt quoddam, excelſum, re-
gale, inuictum, & infatigabi-
le. Ideoque (eodem authore) in-
ter bonos viros ad Deum amici-
tia eſt conciliante virtute, quæ ha
beri nō poteſt, niſi a ſummo Deo
largiatur. omne enim datum op-
timum, omneq́; donum perfectū
deſurſum eſt deſcendēs a patre lu
minum.Iacob c.j.In mei ſuffragiū
inuocaui mutatis paucis illud Oui
uidij.in j.Metamorphoſeos.

Dij cœptis aſpirate meis.

Imitat⁹ illud Pauli j. Corinthiorū.
c.x.Siue māducetis(inquit)ſiue bi-
batis, ſiue aliquid aliud faciatis,in
gloriam Dei facite.Et præſtitis an-
tea quatuor annis quibus Dialecti
cæ,Philoſophiæq́; primordijs ope
ram dedi, poſtmodum annum a-
lium Iuſtiniani inſtitutionibus cō
ſumpſi,& anno Do. M. D. LXIII.
audire cœpi lecturas ordinarias in
ſero a Domino Ioanne Bolognet-
to Bononiēſi,& in mane a Domi-
no Ioanne Berenguccio Senenſi,
ac etiam a Domino Leonardo Co
lombino Senenſi,a Domino Inno
centio Vitale Cauenſi,& alijs Iure
conſultis Italiæ primarijs, citra a-
liorum offenſam:& licèt mihi pri
mo aſpectu difficilis videretur, cō
ſolabar tñ cum illo Heſiodi verſi.

Quàm facile innumeras vitiorum amplecti
mur artes,
Haud procul illa habitāt,breui eſt via qua
ſit eundum:
Eſt via virtutis contraria, ſudor anhelus
Hanc ſequitur, qui ſe ſcopuloſis ardua
cliuis
In longū prorumpit iter,riget aſpera primo
Ingreſſu,leuis eſt poſtquam alta cacumina
tanges.

Cumq́; in hunc vſq; xxiiij. ætatis
meæ annum aliquandiu inſudaue
rim,in mentem mihi cecidit illud
notatu dignū Virgilij ī Bucolicis.

breue & irreparabile tempus
Oībus eſt vitæ,ſed famam extēdere factis,
Hoc virtutis opus eſt.

Volui paruitatis meæ, ac ingenio-
li tenuis periculum facere,& hiſce
minimis rebus inuigilare, imitans
illud Senecæ. lib.vj. Epiſtolarum.
Si detur mihi ſcientia cum hac ex-
ceptione, vt eam incluſam teneā,
nec enunciem,reijciam. Quia iu-
xta Criſpi ſententiā. Homines qui
ſeſe ſtudent præſtare cæteris ani-
mantibus, ſumma ope niti decet,
ne vitam ſilentio tranſeant, veluti
pecora.Scripturæ enim memoriæ
16 prodita immobilia ꝑmanent.†Vn
de bene Seneca in epiſtola conſo-
latoria ad Publium, inquit, fra-
tris tui produc memoriam aliquo
ſcripto: hoc vnum eſt enim in
rebus mundanis bonum, cui nul-
la tempeſtas noceat,nullaq́; conſu
met vetuſtas,ceteraq́; per conſtru
ctionem lapidum, & marmoreas
moles in magnam conſtructas al-
titudinem, non propagant longū
diem,quippe & ipſa intereunt,im
mortalis eſt enim ingenij memo-
ria. Indeq́; Propertius.

Tabida conſumit ferrum, ſaxaq́; vetuſtas
Scripta ferunt annos.

Quod dixit Plinius Nepos.lib.Epiſto.iij.Epiſt. vij.Poſtquam(inquit) nobis denegatur diu viuere, relinquamus aliquid, quo nos vixiſſe teſtemur. quomodo enim bene mori poterimus, ſi bene vixiſſe non demonſtremus. Vnde Seneca inquit, veram laudationem tui ſcribe. Videas etiam quid ad Nicoclé regē dicat Iſocrates. Quoniā mortale tibi contingit corpus, animus autem immortalis, enitere vt animi memoriam relinquas immortalem. Audi quid dicat Phalaris alioquin Siculi Tyrānus, ita diſer-
17 tiſſimus† in epiſtola quam ſcripſit filiabus Steſicori poetę. Licèt mortuus nonnullis videatur, nemo tamen qui rectè ſentiat id dixerit.& idem de eiuſdem morte ſcribens Himerēſibus inquit. Neque mortuum Steſicorum, ſed in poematibus ſuis, quæ cum vniuerſo orbe communicauit, viuere arbitremini: mortuum nanque Steſicori corpus eſt, nomen autem perpetuò in vita quidem glorioſum, in memoria autem beatum ſeruabitur. Indeq; Franciſcus Philelphus in epiſt.ſeu oratione ad Iacob. Antonium Marcellum patritium, & equitem venetum inquit. Quòd ſi huiuſmodi monimēta ingenij plurimum nos delectant, quoniā per ea immortalitatem quaſi quandā memoria nominis noſtri apud viuos aſſequimur, quantò magis hominis propagatio &c. Propterea etiam Auguſtinus epiſto.j. ad Voluſianū inquit. Hortor vt valeo, vt literarum verè certeq; ſanctarū ſtudio te curē nō pigeat impendere, ſincera enim & ſolida res eſt, nec fucatis eloquijs ambit ad animum, nec vllo linguę tectorio inane aliquid, ac pendulum increpitat. Luceat ideo (inquit Dominus) Lux veſtra coram hominibꝰ, vt videant opera veſtra bona. Nam ſi ſcientia quęuis ſilentio cōtegatur, in vanū ferè tributa videretur. Iuxta illud vulgatum Claudiani.

Vile latens virtus, quid enim ſubmerſa tenebris
Proderit occluſo, veluti ſub remige puppis,
Vel lyra quæ reticet, vel qui non tenditur arcus.

Paucula igitur monimēta hęc quę ſcripſi non inanis glorię cupiditate, (licèt ob modicam eorum doctrinam, gloriam non præ ſe ferāt) non oſtentationis gratia, ſed exercitationis potius ſcribenda conſtitui, fretus eo quòd dominus (cuius inſtruimur documento) non paruiſecit viduæ obolū, quod potuit oblatum, quæ potui feci, onus vltrà vires obijciens. Laus Deo Opt. Max. Oliueti. Die xxviij. Nouembris. M D LXVIII.

Camillus Borrellus.

§.j.

Odia, quæ inter coniunctos ex litibus oriuntur, caſſare volentes præſenti conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, vt

inter coniunctos vſq; ad quartum gradum cõſanguinitatis; vel affinitatis incluſiue computandum ſecundùm ius ciuile.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtus author eſt pacis.*
2 *Octauianus Auguſtus laudatũ, quia pacificus.*
3 *Pacis fœdera amplectenda.*
4 *Pacis gratia bellum ſuſcipitur.*
5 *Pax multa bona inducit.*
6 *Ira, & odium in pectoribus humanis magnos fluctus excitant.*
7 *Homo omnis alteri homini naturaliter eſt amicus.*
8 *Simile omne appetit ſuum ſimile.*
9 *Homo nudus, fragiliſq; formatur.*
10 *Cæſar omniũ reminiſcebatur præter iniuriarũ.*
11 *Zenonis philoſophi dictum laudatur.*
12 *Lites inter ciues, Reipubl. maximum afferunt nocumentum.*
13 *Fauor Reipubl. habendus præ oculis.*
14 *Publica vtilitas priuatæ præferenda.*
15 *Publicæ vtilitatis cauſa fit, qđ aliàs nõ fieret.*
16 *Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.*
17 *Cõcordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur.*
18 *Pragmaticæ huius ratio quæ eſt.*
19 *Pragmatica iſta fauorabilis eſt, & nu. 20.*
21 *Statutũ cogens ad compromiſſum factum eſt in odium litium.*
22 *Lites breuiari debent.*
23 *Litibus obuiandum eſt.*
24 *Litibus eſt finis imponendus.*
25 *Lites in lõgum protrahi eſt contra mẽtẽ iuris*
26 *Lites abbreuiari vtilius eſt, quàm protrahi.*
27 *Litium dirimendarum gratia fit, quod aliàs nõ fieret.*
28 *Lis fugienda eſt, etiam ſi oportuerit dimittere rem tuam.*
29 *Litium expeditio quæri debet.*
30 *Scandala ex litibus proueniunt.*
31 *Scandalis obuiandum eſt.*
32 *Concordia firmiſſima res eſt.*
33 *Belli calamitas quod introducit, hoc pacis lenitas ſopit.*
34 *Pax eſt trãquillitas ordinis, & hominum ordinata concordia.*
35 *Iulius ij. P.M. vrbem Peruſii pacificauit.*
36 *Princeps debet ad pacẽ compellere ciuitates inuicem contendentes.*
37 *Imperator pro rixa, & diſcordia ſedanda, ac chriſtianorum ſalute ſaluanda poterit concilium congregare.*
38 *Imperatoris intereſt vt ſit pax in vrbe Roma, in eccleſia, & in toto mundo.*
39 *Propter bonũ pacis multa conceduntur, quæ aliàs non concederentur.*
40 *Filij Regis (etiã ipſo viuo, & conſentiente) pro tollendis litibus poſſunt inter ſe diuidere baronias.*
41 *Pax hoſtibus eſt ſeruanda.*
42 *Papa cõpellit principes vt ſeruent pacem inter eos contractam.*
43 *Pace veniente, facta tyrannidis prætextu caſſantur.*
44 *Iuſtinianus pacem habuit cum Perſis.*
45 *Bannum præmians capientem bannitum validum eſt.*
46 *Bannum præfatum fit pro quiete ciuitatis ſeruanda.*
47 *Adagium. Patacione calumnioſior.*
48 *In pacem qui non ſperat, in lubrico vitã ponit.*
49 *Virtus nulla maior, quàm in pace regere populos.*
Polis regis Thracum factum egregium.

GLOSSA I.

Odia, quæ inter coniunctos ex litibus oriuntur, caſſare volentes.

DIVINI Spiritus flatu tactus eſſe videtur princeps optimus noſtræ legis author Ferdinandus Primus huius nominis de Aragonia familia, ex legis enim noſtrę dictamine

pacis authorem ſe demonſtrauit, ex Chriſto proueniẽs, qui author
1 eſt pacis. † vt Paulus ad Theſſaloni cenſes.c.v.docuit, ibi, Deus autem pacis ſanctificet vos. Inde etiam Matth.c.v.dicitur, ꝙ pacifici ſunt filij Dei, edoctus forſan ab Eſaiæ verbis, pacem quærẽtis.c.xxvj. Domine (inquit) da pacem nobis, omnia enim opera noſtra operatur es nobis. quia Chriſt⁹ eſt pax noſtra, & veniens euangelizauit nobis pacem. vt Paulus docuit ad Epheſ.c. ij. Indeq; ſtans in medio diſcipulorum. Marci c.xvj. Lucæ c.xxiiij. & Ioan.c.xx. inquit. Pax vobis. Nimirum igitur ſi ſatis laudatur Octa-
2 uianus † Auguſtus, qui duodecim annis circa naſciturum Chriſtum in pace regnauit, ſub quo & Chriſtus naſci voluit: qui enim Rex pacificus naſcitur⁹ erat, paciſq; princeps, cõgruum fuit, vt ipſe ante ortum ſuum pacem, tamq̃ prænunciam pręmitteret, quam & viuens in mundo docuit, & de mundo exiens diſcipulis, & nobis reliquit. Vnde Dauit Pſal. lxxv. In pace factus eſt locus eius. Inde Gregorius Naziãzenus. Pudeat nos pacis munus deſerere, quam nobis hinc diſcedens Chriſtus reliquit. Et vnde ortum habuit prælium illud magnum, de quo Ioann. Apoca.c.xij. Et factum eſt pręlium magnum in cęlo, Michael, & angeli eius præliabantur cum dracone, & proiectus eſt draco ille ſerpens magnus qui vocabatur Diabolus, vnde etiam Thebarum, Athenarum, Carthaginis, Troiæ, Romæq; deſtructiones proceſſerunt, niſi ex inobſeruantia pacis, quam nemo, niſi eſſet rationis penitus expers, ex intimorum viſerum affectu non inuocet. Audi quæſo de bello, & pace ſic protinus alloquẽtem Virgilium, dum inquit.

Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes.

Inde etiam illud epigramma Prudentij poetę chriſtianiſſimi melliſluum prodidit.

Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborum,
Pax belli exacti precium, preciumq́; pericli,
Sidera pace vigent, cõſiſtunt ferrea pace,
Nil placitum eſt ſine pace Deo, nec munus ad aram.

Cui concinunt Ouidij verba lib.j. Amorum.

Nil opus eſt bello, veniam, pacemq́; rogamus.

Quod confirmatur ex illis Antonij Sebaſtiani Minturni epiſcopi Vxentini, viri diſertiſſimi in libro j. de Aduẽtu Caroli de Auſtria V. Imperatoris noſtri inuictiſſimi.

Fœlix concordia rerum.

Et paulò poſt idem Minturnus in eodem lib.j. inquit.

Si veſtra cano pulcherrima pacis Dona audens.

Et ibidem ſequitur dicens, bellum cum crimine fieri, dum dicit.

Neque enim ſine crimine bellum.

Et poſtmodum ſequitur.

Auſoniæ parcat, pacẽq; fidemq́; ſequatur.

Et ideo aiebat Petrus Lauinius. A grege fidei veſtræ commiſſo reij-

ciendæ diſcordiæ, & pacis fœdera
3 amplectẽda, †diſcordia etenim vti res inquieta vitanda, vt idem Minturnus lib.i.inquit.

Prò quantum infelix diſcordia rerum,
Iuſque, piumq; poteſt miſcere, & cuncta ſub auras vertere?

Et poſtmodum inquit.

Cedat et infœlix rerum diſcordia cedat.

Et cæcis etiã ad oculos patet, nullas eſſe poſſe rixas in mundo, nullas cõtentiones, nullas diſcordias, nulla denique crudelia bella, quæ non pace finiantur. audias Ariſtotelem, qui pacis tantùm gratia bellum ſuſcipiẽdum eſſe ſcriptitauit. coninciditq; illud euſdem Ariſt. ferè ſimile. Negotium ſuſcipimus, vt otium habeamus: bellum geri-
4 mus, vt in pace degamus. †Inde Bernardũ etiam dixiſſe videmus. Nemo in pace vires ſuas cognoſcit, ſi enim bella deſunt, virtutum experimenta non proderunt. Aſtipulantur verba C. Iulij Cæſaris Veſontionæ Belgicæ in oratione militibus habita, ex Andreæ Brentij Patauini dictamine. dum dicebat. Deniq; ſi pace frui volumus, bellũ gerendum eſt: ſi bellum omittemus, pace nunquam fruemur. Et ſapidè faciũt verſus Minturni de aduentu Caroli V. lib. ij. ibi

Teſtor nanque Deos (neque enim ignorare poteſtis)
Inuitum me bella ſequi, niſi pacis amore.

Quibus accedens Bal. in pace Con-
5 ſtantiæ. †. fina. inquit, Pax multa †bona inducit, diſcordias enim remouet, & trãquillam quietem inducit, ſtatum ciuitatum, ac perſonarum augmentat, honeſtatem affert, diuitias præparat, Deo ad ſeruiẽdum animum cuiuſq; incitat, fructum affectat, expoſtulatũ, ſeu affectatum facit acquirere, ſeu nãciſci. Hęc omnia bona igitur ex pace progredi conſtat, è cõtrario autem ex odio totidem, longeq; maiora proficiſcuntur mala. Non abre igitur chriſtianè motus fuit rex iſte Aragoneus, cuius cognomen operi noſtrò nomen attulit, in cõdenda legis, ſeu pragmaticę noſtrę ratione, cogẽtis coniunctorum lites compromitti, ex quo a litibus odia generãtur, quæ fugiẽda ſunt. Ira enim, & odium in pectoribus
6 † humanis magnos fluctus excitant, docuit Valer. Maxim. lib. ix. c.xiiij. Deus lege ſua ſanciuit, coniunctos, ac proximos inter ſe mutuò diligi, nõ autem odio haberi. Patet Leuitici. c.xix. Nõ oderis fratrem tuum in corde tuo. & iterũ c.eodem. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. & Eccleſiaſti. c.x. dicitur. Omnis iniuriæ proximi ne memineris, & nihil agas in operibus iniuriæ. & Exodi. c.xxiij. Si videris aſinũ odiẽtis te iacere ſub onere, nõ pertrãſibis, ſed ſubleuabis cũ eo. & Matthæi c.v. Diligite inimicos veſtros, benefacite his, qui oderũt vos, orate pro perſequentibus, & calumniantibus vos. Et hoc ex lege prouenit naturæ, dictantis, alte

ri non fieri quod quiſq; ſibi vult.
7 Et ideo omnis homo† naturaliter alteri homini eſt amicus. voluit Ariſto. lib. viij. Moral. Nicho. & iterum ibidem, omnes homines eiuſdem generis naturaliter ſunt amici, cùm omne ſimile ſuum appetat
8 ſimile. † & inde Lactantius Firmianus. lib. vj. c. x. dicebat. Deus, qui cæteris animantibus ſapientiam non dedit, naturalibus ea munimentis ab incurſu, & periculo tutiora generauit, hominem verò quia nu-
9 dum, fragilemq; formauit, † vt eũ ſapiẽtia potius inſtrueret, dedit ei præter cætera, humanæ pietatis affectum, vt homo hominem tueatur, diligat, foueat, cõtraq; omnia pericula, & accipiat, & præſtet auxilium. Et ideo hac forte illuſtrat⁹
10 lege Cæſar† omnium reminiſci ſolebat, præter iniuriarum. vt inquit Auguſt. in Epiſt. ad Marcellinum. qua etiam cauſa, viſo Pompei capite fleuit⁹. Hac eadẽ ratione Zeno Philoſophus cuidam ſibi maledicẽti dixit. Tu didiciſti maledicere,
11 † ego autem maledicta contemnere. Et idem effectualiter dicere voluit Seneca in libr. de quatuor virtutibus. Si magnus fueris, nunquam iudicabis tibi contumeliam fieri, & de inimico dices non nocuit, ſed animum nocendi habuit. Per quæ omnia liquidò oſtenditur odia omni lege exploſa eſſe, ac abijcienda: & nimirum ſi horũ omnium rex iſte veſtigia imitatus, odia ipſa abhorrere voluit, quæ inter proximos oriri ex litibus aſſolent, lites execratus, Reipu. fauorem intuens: iurgia enim & lites inter ciues Reip. maximũ afferunt
12 † nocumentum. Vlpianus in l. ſi quis. §. in ciuilibus. ff. de capti. & poſtli. reue. cui⁹ Reipublicæ fauor ante omnia præ oculis haberi de-
13 bet. † l. j. §. fin. vbi Bart. C. de cadu. toll. l. j. vbi doct. ff. ſolu. mat. Habetur in auth. res quæ. in fin. C. commu. deleg. eſt tex. not. a nemine amplius, quem vſque ad hanc diem viderim, perpẽſus pro hac re. in l. ij. §. ſed quia veremur. C de iureiu. propt. cal. & voluit Ludo. Rom. in conſil. cccx. In caſu præpoſitæ conſultationis. nu. ij. & Thom. Grámatic. in deciſio. Neap. xij. Hector, & Annibal. nu. xvij. cum ſeq. & ea vti-
14 litas† publica priuatę pręfertur, vt ſupradicti concludunt. Quod procedit etiam ſi vtilitas illa publica, in ſe priuatã includeret, vt voluit etiam Specul. in titu. de feudo. §. quoniam. verſ. xvj. Quæro. argu. l. actione. §. Labeo. ff. pro ſocio. & c. bonæ. il j. de poſtula. præla. Ratio-
15 ne. n. publicę vtilitatis fit, quod† aliàs minime fieret, vt voluit idem Specul. in titu. de diſput. & allegatio. §. ſatis clare. verſi. et breuiter. Præ oculis habuit hic Regius Princeps, quòd ex tali odio partialitates, & bella oriri conſueuerunt, & non ſolùm etiam bonorũ, ſed perſonarum ac ciuitatum ſequitur inde deſtructio, ſciens illud Lucæ. c. xj. Quòd omne regnũ in ſeipſum

diui-

16 diuiſum deſolabitur, & dom⁹ † ſupra domum cadet. Homines enim odio, & inuidia inter ſe ipſos non proſequantur. iuxta præceptum Apoſtoli ad Galath. ca. v. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi inuicem prouocantes, & inuidentes. Concordia enim, vt ethnicus do-
17 cuit, paruæ † res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur. Conſiderauit enim Ferdinandus homines naturaliter multis ſe immiſcere rixis, vt habetur Eccleſiaſ. c. vij. Inueni ꝙ deus fecit hominem rectum, ipſe autem infinitis ſe immiſcuit quæſtionibus. & alibi Eccleſiaſti. c. xxxiij. Vnum contra vnum, duo contra duo, contra malum bonũ, contra vitam mors, & contra virum iuſtum peccatum.

¶Ideoq; mens, & condendæ legis iſtius ratio fuit, vt iurgia, ac lites
18 inter † coniunctos tollantur, & nõ amarè tãquam inter infeſtos tractarẽtur. voluit tex. in l. ſi id quod. §. ſi quas ſerui. ff. de don. inter vir. & vxor. Quę ſtatuti huiuſmodi diſpoſitio, ſanctioque fauorabilis
19 fuit, verſatur † etenim in celeri cauſarum expeditione, tantũ legibus grata. l. properandum. in princ. C. de iud. c. cupientes. extra de dol. & contuma. voluit Petr. de Anchar. in conſi. clxxxvij.. Apud me in fin. fauorabile eſt enim homines nimis ſumptib⁹ non vexari, quæ omnino ceſſat ſtante compromittendi neceſſitate ad lites ipſas finiendas. vt in l. j. ff de arbit. quòdq; ſtatutum, quòd cauſę cõiunctorum compromittantur, ſiue agnatorũ,
20 ſit † fauorabile, tenuerunt Bal. in l. qui ſe patris. vbi etiam Philip. Deci. nu. xxiiij. C. vnd. lib. Bal. in l. affinitatis, verſi. Pone ſtatutum. C. cõmunia de ſucceſſio. Alexan. in l. j. §. lex falcidia. col. j. ff. ad leg. falci. & in rub. ff. ſol. matr. col. vij. & in d. l. qui ſe patris. Marian. Soci. Senior in conſ. iiij. viſis actis. circa finem. volu. primo. tenuit etiam Ioan. de de Arno. Soliloq. lxxvj. Inter coniunctos. Ex eo ꝙ in odium litium
21 factum intelligitur. † l. fin. ff. famil. erciſc. l. cõgruentius. C. de patr. poteſt. Hoſtien. & Ioan. And. in c. j. de tranſac. vt lites breuientur, pro vt
22 fieri debet. vt in ca. ij. de re iudi. & in l. j. in princ. C. de nouo Cod. faci. cap. diſpendia. de reſcri. in vj. Clement. diſpendioſam. de iud. litibus enim quantum fieri poteſt
23 obuiandum eſt. † clementi. j. vbi Cardi. de conceſſ. præbend. & in c. finem litibus. & in c. venerabilem. de dol. & contu. c. iurgantium. de
24 re iud. & litibus eſt finēs † imponẽdus. l. terminato. C. de fruct. & lit. expenſ. d. c. finem. l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arb. Specul. in titu. de arb. §. viij. verſic. quid ſi compromiſſo pęnali. lites enim in
24 longũ protrahi, † eſt contra mentem iuris. vt voluit Specu. in titul. de appell. §. j. verſi. & nota tertiò. li
26 tes enim † breuiari vtilius eſt, q̃ varijs diſputationibus protrahere. Spec. in ti. de poſitio. §. vij. verſ. &

nota.

nota.litium nanque dirimendarũ
27 gr̃a fit,† quod aliàs minime fieret.
Specul. in tit.de deleg.§.ij. verſic.
Poſt medium.lis enim fugiẽda eſt,
28 etiam ſi oporteat dimittere † rem
tuam.iiij.q.j.§.j. Recte igitur Rex
ſanctiſſimus diſpoſuit conſangui-
neorum, & affinium cõtrouerſias
ita terminari, vt cauſarum lõgitu-
do tolleretur de medio, cum faci-
lior,quàm poſſit, litium expeditio
29 † quæri debeat.clem. ſæpe. verſic
& quia poſitiones.de verb.ſignifi.
cùm enim litigãtes ſumptibus ve
xantur,odia generantur, vt ſupra
retulimus, & pax deſereretur,&
ſcandala prouenirent, quæ ex liti-
30 bus † oriuntur, vt voluit Rex Ca-
rolus ij. in c. regni frequens. ſub
rub.de except.excomm.& ſcanda-
31 lis obuiandum eſt. † l. æquiſſimũ.
ff.de vſufruct. & niger in d.ca.fre-
quens. nu, lxvj. Concordia enim
32 res eſt† firmiſſima,vt habetur Pro-
uerbio.c.xviij. & ideo Petr⁹ Cara.
Iureconſultus, & eques in quadã
epiſtola ad Auguſtinum Adurnũ
locumtenentem Ianuæ. nihil (in-
quit)ex mente principis meæ, & è
latere noſtro deerit, quod ad ſe-
dandas,componẽdasq; huiuſmo-
di diſcordias poſſit honeſte deſi-
derari. Inde Iuſtinianus in l. j. in
princ.C.de cad.toll.dixit,quòd bel
33 li calamitas† introducit,hoc pacis
lenitas ſopit.Ideo Ioã. Gerſon lib.
j.de imitatio.Chriſti.c.xj.dixit. Ad
radicem ſecutim ponamus,vt pur
gati a paſſionibus,pacificam men
34 tem poſſideamus. Pax.n.eſt † tran
quillitas ordinis, & pax eſt homi-
num ordinata concordia. vt dicit
Auguſtin.in c.xix. de ciuitate Dei.
Si fieri poteſt; ait Apoſt. ad Rom.
c.xij. Quod ex vobis eſt, cum om-
nibus pacem habẽtes. laudari igi-
35 tur debet†Iulius ij. olim Pontifex
Maximus,qui ciuitatem Peruſij o-
dijs ciuium agitatam pacificauit,
vt docuit Hadrian.Cardin. Sancti
Griſogoni. de itinere Iulij ſecũdi,
dum in eo poemate dicebat.

Ingredimur Peruſinam vrbem, iam ciuibus actam,
Euerſamq; odijs, hanc tu pater optime Iuli
In placidam tandem compoſitam pace relinquis.

Princeps enim, ſi ſit contentio in-
ter ciues, vel duas ciuitates, debet
36 eas † ad pacem compellere, vt di-
xit Bald. in l.congruit.ff. de offici.
præſid.Hinc eſt,ꝙ ſi oriretur con-
tentio,& diſcordia duorum ſe prę
tendentium,ſe eſſe Papã: vel vnus
ſit Papa,& hæreticus (quod abſit)
tunc pro rixa & diſcordia ſedan-
37 da,& pace† ac chriſtianorum ſalu
te ſaluanda Imperator poterit cõ-
cilium congregare.voluit Cardin.
Florent.in c.licèt.de elect.per not.
in c.nec licuit.xvij.diſtinct.nam ip
ſius Imperatoris intereſſe videtur,
38 vt ſit pax in vrbe Roma, † in toto
mũdo,& in eccleſia, cuius ipſe de
bet eſſe fidelis aduocatus & defen
ſor.c.venerabilem.de elect. voluit
Pet.de Mõte in Monarchia de po-
teſta.& præſtant.Rom.Ponti.q.ij.
39 Propter bonum nãq; pacis † mul-

ta conceduntur quæ aliàs non cō-cederētur.gl.in c.vbi nō. de deſpō ſa. impub. Propterea pro futu-
40 ris litibus tollendis † filij Regis viuo Rege,& ad id ad mortem vſq; perſeuerante, poſſunt eo conſentiente inter ſe diuidere Baronias. voluit Alberi.de Roſa.in l.fina.C. de don. inter vir. & vxor.Bald. in auth. hoc amplius.C.de fideicommiſſ. Martin. Lauden. in tracta.de confœd.& pace.§.decem filij.ideo
41 hoſtibus etiam † eſt pax ſeruanda. Anton. de But.in c.nouit. de iud.
42 & Papa † poteſt cōpellere principes quòd ſeruent pacem inter eos contractam.vt habetur in d.c.nouit.& ad ipſum pertinet pacem facere inter principes chriſtianos.vt voluit glo.in clem.j. de iureiuran. & veniente pace debēt caſſari om
43 nia facta † prætextu tirannidis. l. decernimus.C.de ſacroſanc.eccle. Ideo mira extollēdus eſt laude Rex legis noſtræ author,quia princeps debet diligere pacem, nam & Iuſti
44 nianus pacem habuit † cū Perſis, vt in l.in nomine Domini.C.de offic.præfec.præto. & hoc etiam innuebant verba magni illius Artaxerſis in epiſtola quam ſcribebat principibus, & ducibus. cxxvij. prouinciarum ſibi obedientium. Prouidendum eſt paci omniū prouinciarum, vt habetur Heſter cap. xvj.& refert Flauius Ioſephus antiquitat.iudaica.lib.xj.c.vj.& adeo pax eſt bona, ꝙ validum eſt bannū
45 † dans præmium capienti banni-tum, voluit Alberic.de Roſa.ſtatutorum parte vlti.q. xvij.Ioan. Andr.in addit.Spec.titu. de conſtitu. circa finem. Nellus de Sancto Geminiano in tracta.bannitorum.in j.parte. ij. temporis.q.j.ex quo illud bannum fieri dicitur pro pace, & ciuitatis quiete conſeruan-
46 da.† voluit Bartho.Socin.in conſ. clvij.præſens conſultatio.in prin. vol.ij. Plurimum enim vituperari ſolent litigioſi & non ſeruātes pacē. Neſcis adagium illud vulgatū
47 ab Eraſmo relatum.Patatione† calumnioſior, qui rem domeſticam adaugere curabat bonis viris calūnias ſtruens, eaq́; de cauſa morti traditus.Inde apud Herodotū Euriſtenes,& Proclis fratres muſſitātur, ꝙ quoad vixerūt inter ſe ipſos diſſenſiſſent, eorumq́; poſteros in idem perſeueraſſe,& nunquam in pace ſtetiſſe.Et vt dicit etiam Auguſt.lib.ſermonum. ſermo.ij. Qui
48 in pacem non ſperat,† in lubrico vitam ponit & pedem, in tempeſtate nauem collocat,in pręcipitio ſe illaqueat, & in arena ſemen ſeminat. Hæc eſt illa ſumma felicitas,quæ ſimultates tollit, bella cōpeſcit,iras cōprimit,ſuperbos calcat, humiles amat, diſcordes ſedat, inimicos concordat, cunctis placet,a cunctis optatur,hoc amamus,hoc concupimus, hoc volumꝰ,hæc ille. Nulla enim maior eſt
49 virtus†quàm in pace regere populos, demōſtrant verba Annæi Senecæ.in Octauia. cap. vj.

Orbi

Orbi quietem ſeculo pacem ſuo
Hæc ſumma virtus, petitur hac cælũ via.

Adeo enim apud priſcos illos nobiliſſimos viros pacis cultus honoratior fuit, vt non ab re apud Plutarchũ Chæroneũ apophtegmate xij. ſcriptum reperiatur illud Pol-
50 tis Regis Thracum, † quẽ cùm eodem tẽpore & Troiani adijſſent, & Achiui legatos mittentes pro bello exequẽdo, iuſſit vt Helenam redderet, duaſq; a ſe Alexãder pulchras mulieres acciperet. & hoc vt ab vtroq; requiſitus in pace ſeruaret vtrunq;. Laus Deo Optimo Maximo. Oliueti die primo Decẽbris. M D. LXVIII.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Conſtitutio eſt ius ſcriptum.*
2 *Conſuetudo eſt ius non ſcriptum.*
3 *Conſtitutio capitur, & dicitur pluribus modis.*
4 *Conſtitutio dicitur, quando eſt ſine pœna.*
5 *Sanctio eſt cum pœna.*
6 *Conſtitutio de ſui natura, dicitur perpetua.*
7 *Conſtitutio an liget ignorantes?*
8 *Dictio nunc, quid ſignificat?*
9 *Conſtitutio generalis an liget ignorantes.*
10 *Conſtitutionis publicatio quare fiat.*
11 *Vniuerſitatum conſtitutiones, ſeu capitula, quando ligare incipiant.*
12 *Conſtitutio an extendatur ad præterita?*
13 *Allegans ignorãtiam debet eam dilucide probare.*
14 *Negatiuam allegans eam probare tenetur.*

GLOSSA. II.

Præſenti conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus.

NOTA in textu ibi. (Cõſtitutione) eſt enim conſtitutio
1 † ius ſcriptum, vt in c. conſuetudo. §. cum itaq;. j. diſtinct. voluerunt Goffred. & Hoſt. in ſumm. eod. tit. & in hoc differt a cõſuetudine, quæ de propria ſui
2 natura † eſt ius non ſcriptum. vt in d. c. conſuetudo. ead. diſtinct. & in §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure natural. gent. & ciuil. & ſic conſtitutio intelligi põt de omni iure ſcripto, non ſolùm principis, ſed etiã inferioris, & ita largo modo intelligitur conſtitutio, vt in toto titu. extra de conſtitut. vbi non ſolùm de ſtatutis principũ tractatur, ſed etiam inferiorum, vt in c. cum omnes. in c. cauſam. eod. tit. & probatur in d. §. cum itaq;. Voluit etiã Panormit. in rubri. extra eod. titu. ¶ Secundo, & ſic alio modo, capi
3 tur magis ſtricte † cõſtitutio, & dicitur quod princeps per Epiſtolã cõſtituit, vel cognoſcens decernit, vel edicto præcipit. vt in §. ſed qđ principi. Inſtit. de iure nat. gent. & ciui. & habet in c. cõſtitutio. ij. diſtinct. vel oratione per principem in ſenatu recitata, vt paſſim Iureconſulti in legibus nõnullis diuorum Seueri, & Antonini oratio-

nes referũt.& Africanus lib. ſforũ
xxxvij.refert conſtitutionem Diui
Pij ad Tuſcium Priſcianum, Nu-
midiæ legatum,& aliorũ complu-
rium,quos refert Aymarus Riual-
lius hiſtoriæ iuris ciuilis lib.iiij. &
hoc modo capitur in caſu noſtro,
cùm ſit lata à principe poteſtatem
habente: & conſtitutio dicitˀ quan
4 do eſt ſine† pœna, vt eſt in caſu no
ſtro,& voluit gl.in clem. Sæpe.cir
ca princip.de verbo.ſignifi.vbi re-
mittit ſe ad glo.iij.diſtinct.in ſum
ma. vbi aſſignando differentiam
5 dicit,quòd ſanctio eſt cũ † pœna.
ſequitur Abb. Sicu. in dicta clem.
ſæpe. q̃n̄q; aũt promiſcue utimur
iſtis vocabulis, vt patet ex ſupra
notatis.¶ Et conſtitutio de ſui na
6 tura dicitur† perpetua.vt ī c.i.50.
diſtinct.Cardin.in dict. clem. Sæ-
pe.in iij.oppoſi. de verb.ſigni.vbi
etiam Abb.Sicu.ˀdicit quòd de ſui
natura conſtitutio eſt perpetua,li-
cèt in ea non dicatur,in perpetuũ
valitura. glo.ibi in verſic.in perpe
tuum valitura.tex.in c.ſi.de offi.de
legat. ¶ An autem conſtitutio li-
7 get ignorantes. † Glo.in c.fi. extra
de loca.dicit,quòd non ligat igno
rantes, & nec antequam publice-
tur, per duos menſes poſt publica
tionẽ, vt in Auth.vt factę nou. cõ
ſtit.vbi Bartol.& hoc eſt regulare,
vt Ro. cõſi.ccxxviij. pro plena tui.
¶ Limita primò niſi in cõſtitutio
8 ne dicatur, ex nũc, † quia tunc ſta-
tim ligabit. Voluit Card.in clemẽ.
dudum.§.nos.de ſepult.idem Car-
din.& Abb.Panorm.in clemẽ.no-
lentes. in prin.de hære.notat gl.in
c.quàm ſit,& in c.cupiẽtes.in ver-
ſic.ex nunc de elect.in vj.¶Secun
dò limita, non poſſe allegari igno-
9 rantiam in ſupino † ignorãte, qui
habetur pro ſciente.voluit Pau.de
Caſt.in cõ.cxlv. ¶ Tertiò limita,ꝙ
cõſtitutio tum demũ liget, quãdo
ſolenniter promulgetur, ac publi
cetur, vt voluit Abb.Panor.in c.j.
nu.ix.& x.de poſtul.præl.¶Publi-
catio autem cõſtitutionis ideo fit,
10 † vt de ea habeant notitiam mulie
res,milites,& alij homines,qui ſor
te aliquo caſu poſſent iuris igno-
rantiam allegare.l.cum de indebi-
bito.§.j.ff.de prob.Hoſtiẽ.in ſum-
ma.de conſtit.§.quando conſtitu-
tio.aliàs conſtitutio elapſis duob⁹
menſibus oẽs ligabit, vt ſupra di-
ctum eſt. ¶ Quando autem con-
ſtitutione, aut capitula vniuer-
11 ſitatum† incipiant ligare, vide Ho
ſtien.vbi ſupra,& dicam latius ali-
bi deo auſpice. ¶ An autem con-
ſtitutio extendatur ad præterita
12 †qđ notatur in l.legis.C. de legib.
c.ante biennium.xxx.diſtinct.c.co
gnoſcentes. extra de conſti.diſtin-
gue autem, vt pulchre per Hoſtiẽ.
in ſumma.de conſt.§.quando.ver
ſicu.in futurum.Abb. Panor.in d.
c.cognoſcentes.& in c.fin.eod.tit.
idem Panorm.in conſ.cxi.in ij.du
bio.vol.ij.Alex.in cõſil.vij.viſis &
diligenter. in fi.vol.ij.vide autem
Anto.de Butr.& Abb.Panorm.in
c.nimis.de filijs preſb.& in c.non

debet.nu.xiiij.de conſangui.& aſfinit.idem Panor. in c.j. nu.ij. ne præl.vic.tu.& in c.aqua.nu.vij.de conſecr.eccl. vel alta.& in c.paſtoralis.§.verum.nu.iiij. de appell.& in c.quoniam.nu.iij.de ſim.Bal.in l.ſi quis ſeruo. nu. iij.C. de furtis. ¶ Et ad materiam notandum eſt,
13 ꝙ allegans ignorantiam † ille eam tenetur dilucidè ꝓbare. vt voluit Innocen.in c j.de conſtitu.Ex quo cùm neget ſe ſcire,ipſe negatiuam
14 allegans ipſam exactiſſimè† probabare tenetur.Voluit hoc Bart.in l. in illa.& in l.ita ſtipulat⁹.ff.de verbo.o blig.Rom.Areti.Iaſ.& Ripa. in d l.in illa.Abb.Panor.Lanfran. de Ori.& Philip. Decius.in c.quoniã contra.extra de prob.& Alex. in conſil.xxiij.col.j.vol.j.& in cõſ. xxxiiij. in prin.vol.ij.Philip Corn. in cõſi. cxxiij.col.ij.vol.iJ.& in cõſ. ccx.vol.iiij.& Aym.Crau.in conſ. cxij.col.j.& in conſil.ccxxxj.vol.ij. Paul.Pariſi.in cõſ.cxxxvij.in prin. vol.iiij. ex quo vnuſquiſque tenetur probare ea quæ ſunt fundamẽtum ſuæ intentionis.l. qui accuſare.C.de edend.l.ab ea parte.& l.in exceptionibus.ff.de proba. Alexã. in conſil.lxxxij.col.pen.vol.j. & in conſil.cxix.col.ij.vol.ij.Corn.Peruſin.in conſil.ccxvj.vol.iij.Barto.in l.pen.§.docere.ff.vi bono.rap.in l. j.§.item queſitum.ff.de aqua quotid.& æſtiua.Bald.in l.ſi quis non dicam rapere.col.iij.C.de epiſc. & cleri.Hippoly.de Marſil.in pract. crimin.§.cõſtante. nu.xlj. & vbiq; etiam paſſim ſcribentes. & hæc de conſtitutione. ¶ Quid autem de pragmatica,dicitur illud quod Imperator de conſilio procerum ſanxit & ſtatuit.l.vltim.C.de diuer.reſcript. vbi Accurſi.c.j.de rer. permuta. & habetur per Hoſtienſ.in proœm.ſummę.num.xvij.habetur in c.j.de nou.ope.nunciat.& in c. j.de iudic. & de his iam hactenus.

Laus Deo. Die iij. Decembris. M D LXVIII.

Camillus Borrellus.

¶ SVMMARIVM.

1 *Verbum coniunctus eſt multiplex.*
2 *Matrimonium dicitur coniunctio.*
3 *Diſpoſitio loquens de coniuncto intelligitur de coniuncto ratione ſanguinis.*
4 *Coniunctorum appellatione, veniunt omnes de eadem familia, & caſata.*
5 *Coniuncti dicuntur vſque ad gradum ſucceſſibilem.*
6 *Coniuncti dicuntur vſque ad quartum gradũ in materia tranſuerſali.*
7 *Coniunctus in odioſis quomodo intelligatur 8.*
9 *Fœminæ, ſeu mulieres an veniant appellatione coniunctorum.*
10 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
11 *Indefinita a lege prolata quẽlibet comprehendit.*
12 *Verbũ coniunctus de vera vocabuli ſignificatione comprehẽdit maſculũ, et feminã. 1*
14 *Compromiſſum eſt quidam contractus.*
15 *Mulier an ſine mundualdi conſenſu cõpromittat. & nume. 16.*
17 *Contractus eſt verborum cõceptio, vel conſenſus.*
18 *Contractus compromiſſi dicitur vltrò citròque obligatarius.*
19 *Mũdualdus ſolet requiri in cõtractibus dãnoſis, non autem inutilibus.*
20 *Mulier ſine conſenſu mũdualdi cum iuramento an compromittas nu. 21. 38.*
22 *Contra legem, vel legis præceptũ faciens mor*

taliter peccat.
23 Iuramentum interpoſitum ſuper contractu, ac peccato mortali, non eſt obligatorium.
24 Statutum ſuper iuramento non poteſt ſtatuere tanquam de re ſpirituali.
25 Conſilium potiuſquàm præceptũ dicitur, quando ſtatutum reſpicit priuatam vtilitatem.
26 Saluus conductus alicui conceſſus vſq; ad tẽpus non extenditur ad debitum iuratum.
27 Donatio inter patrem, et filiũ in poteſtate prohibetur.
28 Iuramẽtum validat donationem factam filio in poteſtate.
29 Renunciatio ingratitudinum eſt nulla.
30 Iuramentum validat renũciationem ingratitudinum.
31 Donatio ob benemerita requirit probationem meritorum.
32 Iuramentum vbi ineſt, non requiritur probatio meritorum.
33 Inſinuatio requiritur in donatione excedente ſummam quingentorum aureorum.
34 Inſinuatio non requiritur vbi eſt iurandum.
35 Remedium l.ij.C.de reſcind.ven.ceſſat vbi interuenit iuramentum.
36 Solennitati ſtatuti cum iuramento renuntiari poteſt.
37 Statutum prohibens contractum non trahitur ad iuratos.
39 Seruus an poſſit compromittere?
40 Seruus reputatur pro nihilo.
41 Nemo dat quod non habet.
42 Seruus non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio.
43 Arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.
44 Compromittens in arbitratorem videtur tranſigere.
45 Pupill⁹ an cõpromittat ſine tutoris autho. 47.
46 Compromiſſo an accedat fideiuſſor.
48 Cõpromiſſum pupilli tenet cũ tutoris autho.
49 Pupillus cum tutore defert iuſiurandum.
50 Pupillus cũ tutore põt hæreditatẽ repudiare.
51 Pupillus cum tutoris authoritate poteſt actionem cedere.
52 Pupillus cum tutore ante litem conteſtatam procuratorem conſtituunt.
5 Minorum an comprehẽdatur in ſtatuto cogente compromitti, & an ſit neceſſaria tutoris authoritas, & nu 54. 55.

56 Iudicis decretum an requiratur in cõpromiſſo minoris..
57 Qui non põt libere, & abſolute alienare, non poteſt compromittere.
58 Solennitas quæ requiritur in alienando, requiritur in compromittendo.
59 Adultus habens curatorẽ an ſine eius authoritate poßit compromittere.
60 Furioſus, prodigus ſurdus, & mutus an cõpromittant, & 61.
62 Excomunicatus an faciat compromiſſum? 63.
64 Excommunicatus an poßit alios contractus facere?
65 Cedens bonis an compromittat?
66 Qui non poteſt conuenire, non poteſt compromiſſum facere.
67 Cedens bonis non poteſt conueniri.
68 Quomodo fit in regno ceſsio bonorum.
69 Bannitus an compromittat?
70 Mater, & auia an compromittant?
71 Vir & vxor an compromittant?
72 Vir, & vxor ſunt affines ſacramentaliter.
73 Statutum compromittendi eſt fauorabile.
74 Vir, & vxor veniunt affinium appellatione.
75 Statutum faciens mentionem de propinquis cõprehendit virum, & vxorem.
76 Trãſuerſales vltra fratrem an cõpromittant.
77 Filius legitimus baſtardi an cõpromittat. 78.
79 Amicus magna amicitia an compromittat.
80 Amicitia facile tollitur.
81 Iura ſanguinis non tolluntur.
82 Amicitia magna æqpollet affectioni paternæ.
83 Amicitia & propinquitas pariſicantur.
84 Amici alicuius filij excludunt ſubſtitutum.
85 Amici præponunt coniunctis ratione ſanguinis ordine ſcripturæ.
86 Filij capiunt legata ex teſtamẽto minus ſolẽni.
87 Amici liberorum iure capiũt ex teſtamẽto minus ſolenni.
88 Amicus intimus pro iniuria amico facta poteſt ipſe agere.
89 Amicus quodammodo loco patris habetur.
Imò Pollio in Claudio. Fratres amare quenquam miraculoſum eſſe dixit, inquiens. Amauit & fratres, iam poteſt eſſe dignum miraculo. & ut redeamus ad priſtinũ. Iam Cicero officiorum lib. j. dicit, ſed omniũ ſocietatum nulla præſtantior eſt, nulla firmior, quàm cum uiri boni, moribus ſimiles ſunt familiaritate coniuncti. Nã, ut inquit Ariſt. lib. viij. Ethicorũ. c. ij. amicitia perfecta eſt bonorũ,
110 & eorum qui † uirtutem ſunt ſimiles. licèt hodie uera, & perfecta amicitia ſit inter paucos. ut docuit Ariſtot. libro vij. Moral. Eudemio
111 rum. c. iiij. & amicitiæ bonæ † raræ ſunt, quoniam boni pauci reperiuntur. uoluit idem Ariſtote. lib. viij. Ethicorum c. iij. omnes enim hodie ſi qui amicitiam contrahere uidentur, id non bono amicorum zelo, ſed utilitatis cauſa fieri uidetur. & uerificatur illud Ouidij.

Turpe quidem dictu eſt, ſed ſi modò vera fatemur,
Vulgus amicitias vtilitate probat.

Et idcirco contra tẽpora hodierna ueluti ingemiſcens, ac dolore oppreſſus inquit idem Ouidius.

In precio precium nunc eſt, dat cenſus honores,
Cenſus amicitias, pauper vbique iacet.

Quia

Quia iuxta illud Hor. in epiſtolis.

Et genus,& formã regina pecunia donat.

Et alibi idem Ouidius.

Ipſe licèt venias Muſis comitatus Homere
Si nihil attuleris,ibis Homere foras.

Nec enim debet bonorũ,aut utilitatis ratione quis amicos ſibi facere,quia amicorũ res,ac bona omnia ſunt communia.ut Samius Pythagoras dicebat.ſequitur Ariſto. viij.Ethic.c.ix. & iterum ix. Ethicorum c. viij. & Cicero officio. lib.j. & ut ad inſtitutum iter redeamus, amicitiam propinquitati præpõderare,inquit diuus Thomas in lib.de dilect. Dei, & prox. & coniunctos, ac conſanguineos in his ſolis amicis præferri, quæ parentelam concernunt, in cæteris autem poſtponi.Docuit Anto. Flor.in iiij.parte ſuminæ. titu. vj. c.v.§.vj.comprobat Raynal.Corſus indagatio iuris.lib.iij. c.xxiij. nu.j. & propterea magna eſt amicitiæ uis (& ut ex aliquorum exẽplis pateat,& uerum concludam, in quo nec liber unus ſufficeret) dico amicũ magna amicitia præponendum fratri, cum paucula memoratu digna à fratribus inuicem facta reperio. Solum autem P.Rutilium, authore Plinio, leui
112 impeditum morbo,†nunciata fratris repulſa in conſulatus petitione, ſtatim expiraſſe cõperii. Ra-myrum autem Veremundi filiũ
113 †Hiſpaniarum regem fratrẽ amantem inuenio, qui Garſiam fratrẽ adhuc impuberem conſortem regni aſſumpſit. Quod & fecit Lacedemonius Cleomenes,qui Euclidam fratrem ſecum regnare permiſit. ut eſt author Plutarchus. Omitto fratrum odia, & ſeditiones,paucosq́ue amores,ut præſertim Romuli & Remi, Ethoclis & Polinicis, & Thieſtis & Atrei, non recitando fabuloſas Phætontiades,Hyades,& alias. Quantum verò ad amicitiam pertinet, ut ex omnigenis ſcriptoribus colligere potui,longe maiora,& ſtrictiora, & magis periculoſa facta inueniũtur. ¶Et imperatoris magno eſt nobis amicitiæ argumento uulga-
114 tus Pyladis & Oreſtis nexus,†quorum dum alter Palladis ſimulachro furti capite eſſet damnatus, quilibet amicorum ſe Oreſtem affirmabat, ut pro amico mortem ſubiret. Vnde Manilius. libro ij. Aſtronomorum.

Vnus erat Pylades,vnus qui mallet Oreſtes.
Ipſe mori, lis vna fuit per ſecula mortis,
Alter quod fatũ,raperet,nõ cederet alter.

115 ¶Nec omitto†Theſei & Pirithoi iureiurando,authore Plutarcho, firmatam amicitiam, ut non immeritò comitatu indiſſolubili ad Proſerpinæ raptum ad inferos deſcendiſſe fingant poetæ. vnde illud Horatij.

Nec Lethæa valet Thæſeus abrumpere fido
Vincula Pirithoò.

Et Ouidius etiã teſtatur dũ dicit.

Pirithoum Theſeus Stygias comitauit ad vmbras.

Et Statius.lib.iiij.Syluarum.

Cedit

Cedit tibi gloria fidi, Theſeos.

116 ¶Nyſi etiam & Euriali† patet etiã
amicitię uinculum, qui ſimul una
pro Aenea contra Turnũ pugna-
bant, mortuoque à Rutulis Euria
lo, non ſtetit alter inuindicatus,
& ſupra amici corpus ſe dedit
morti. ut teſtatur Virgilius lib. ix.
Aeneidôs.

His amor vnus erat, pariterque in bella ruebant.

Et Paulo poſt ibidem.

Tum ſuper exanimem ſeſe proiecit amicum
Confoſſus, placidaque ibi demum morte quieuit.

117 ¶Alexander demũ † tanta fertur
amicitia proſecutum Epheſtio-
nem, ut Epheſtionis inferias, quas
appellabat, fieri fecerit, uidelicet
eo mortuo urbium propugnacu-
la diripi fecit, equos, muloſq́; ton
deri, & pleraſque gregarios homi
nes interfici ad meroris argumen
tum iuſſerit, ut author eſt Plutar-
chus. ¶Aliud etiam eiuſdem eſt,
118 † dum enim Alexander Darii ca-
ſtris potiretur, uictoria obtenta
inter captiuos, mater Darii erat,
quam dum uiſendam, hortan-
damque adiret Alexander, Ephe-
ſtione fidiſſimo comitatus, illa
Perſarum more humi proſtrata,
Alexandrũ ſalutare credens, Ephe
ſtionem ſalutauit, à circunſtanti-
bus demum monita, ꝙ non Ale-
xandrum ſed Epheſtionem ſalu-
taſſet, uerebunda demum excuſa
tionem quærens ſupplex, Alexan
der ne timeas, inquit, mulier, nã
etiam Alexandrum ſalutaſti, ſigni
ficans Epheſtionem alterum ipſũ
eſſe, ut docuit Valer. lib. iiij. c. vij.
in cuius fine exclamat, ò donum
119 inclitæ uocis, danti † pariter, at-
que accipienti ſpecioſum.

¶Quid dicam de Cælio & Petro-
nio dum enim Cælius Placentiæ
obſidione opprimeretur à Cecin
120 na, & Mario† ne in poteſtatẽ eorũ
ueniret Cælius, amicum rogauit,
ut ipſum interficeret, quod uidẽs
Petronius amici mandato obedi-
uit, & ei poſt mortuum amicum
ſe comitem dedit ſibi ipſi mor-
tem tradendo.

121 ¶ Timagoras etiam † Meletem
Athenienſem uſque adeo dilexit,
ut eo iubente ſe præcipitauerit.

122 ¶Boges etiam adeo† Xerſem ama
uit, ut eius beneuolentia ſe, ſuaq́;
omnia morti & flãmis deuouerit.

123 ¶ Seruus etiam † Vrbini cuiuſdã
in agro Reatino, magnam, appa-
rentemque oſtendere uoluit ami-
citiæ conſtantiam, cuius dominũ
dum dormientem morti tradere
inquirerẽt milites, ſeruus facti cõ
ſcius in lecto ſe poſuit, domini
eius ornamentis indutus, ut cùm
irruerent hoſtes dominum credẽ
tes, eum morti traderent. In cu-
ius rei memoriam dominus & in
tantæ fidelitatis demonſtrationẽ
ei ſtatuam erexit.

124 ¶ Aeſopus ẽt Demoſthenis † li-
bertus tanto fuit amicitiæ uincu-
lo demonſtrari aſtrictus, ut nullo
uinceretur tormenti genere, ut
potuiſſet domini adulterium re-

ıelare.ut retulit Macrobius.

125 ¶Cluentii † etiam Pelignī ſeruus ſuum dominum ab inimicis captũ uideret, ne Pompeio hoſti traderetur, ipſum occidit, & ne ſui domini ſuperſtes uiuendo fieret, ſeipſum interemit.

126 ¶Aſmundus etiam Aſuiti † tanto fu[e]rat amicitiæ ligamine uinctus, ut dum Aſuitus morbo periſſet, alter Aſmundus ob amicitiæ iuſiurandum, uiuus cum eo tumulari uoluit. ut refert Saxo grãmaticus.

127 ¶Quid de Achate dicemus † perpetuo Aeneæ comite, ac ſocio? de quo Strozza Pater.

Nec minus hunc colui, quàm dux Troianus Achatem.

¶ Quid de Polluce, & Caſtore,

128 † quorum cùm Pollux immortalis haberetur, alter mortalis, fraterna Pollucis pietate fuerit redẽptus, teſtantur ſcriptores licèt fabuloſè. de quibus Vergilius lib. vj. Aen.

Si fratrem Pollux alterna morte redemit, Itque, reditque uiam toties.

De his etiam tetigit Angel. Politianus.

Nec tanta Oebalios tenuit concordia fratres, Nec tanto Atrides fœdere iunxit amor.

Et Baptiſta Pius.

Vt non Pollucem tam bene Caſtor amet.

De hiſque iam ſatis ſuperque dictum ſit, licètque à materia plurimum digreſſi ſimus, non timet uſque adeo, ut quiſquàm nobis tribuere poſſit, aliaque infinita ſuperſint, ex quibus clariſſime ſuaderi uidetur ꝙ ſtatutum iſtud cogens compromiſſum fieri inter coniunctos ipſos, cõprehendi etiã amicos, quorum coniunctio, & connexitas maximum eſt ciuibus

129 † bonum. docuit hoc Ariſtotel. ij. Politicorum. c. ij. amicitias. n. conciliare inter ciuilia officia potiſſimum eſt. voluit idem Ariſtot. vij. Moral. ad Eucle. c. j. quorum ſi to

130 tus mundus eſſet plenus, † iuſtitia opus non eſſet. dicit Ariſtot. viij. Ethic. c. j. Tu autem lector optime cogita, quia tuæ diſcretioni relinquimus cogitandum.

¶Decimoſeptimò quæro, an in ſtatuto noſtro de compromiſſis faciendis ueniant ſocer & gener,

131 † uel nurus uiuens, uel uidua; uide doct. in l. j. C. unde uir & uxo. ubi Alexand. nu. ix. dicit ꝙ appellatione uiri & uxoris non continetur ſocer & nurus, ut non ſtantibus propinquis ſocer ſuccedat nurui per bonorum poſſeſſionẽ utilem, unde uir & uxor. ¶ Bene tamen faterer, ꝙ ſi eſſet quæſtio inter ſocerum & nurum, uiduam uel ſocerum, & generum mortua filia, ꝙ dato ꝙ poſſent dici per matrimonium filiorum propinqui uel affines, nihilominus per mortem eorũ ceſſaret affinitas & pro

132 pinquitas eo caſu, & † ſic locũ nõ haberet textus noſter. de hoc autẽ paſſu uide Paul. de Caſt. in conſil. lxxij. in libro meæ impreſſionis, quod nequeo ad longum uidere, quia illud uolumen habeo penes librarium, ſed iſtam tenuit Alex.

dicens

dicens eſſe communem opinionem in l. ſed hoc ita. in fin. ff. de re iudica.

¶Decimooctauò quæro, an priuignus, & nouerca † comprehen-
133 dantur in lege noſtra, ut & ipſi teneantur compromittere? dicendū eſt ſecūdum diſtinctionem ſupra notatam in præcedenti quæſtione, videlicet ꝙ durante matrimonio patris, uel matris, cùm durat affinitas, comprehēdant in pragmatica noſtra, ex quo coniuncti, & affines compromittunt. ut in glo. ſeq. late dicetur, argu. glo. not. in d. l. ſed hoc ita. in uerſic. ſuccurrendum. ff. de re iud. ubi glo. dicit ꝙ durante matrimonio durat affinitas in parentibus uiri, & uxoris, & ſic è conuerſo, & ſic poſt mortem ceſſat. argu. l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. cum ſimilibus. & tenuit Alexand. in d. l. ſed hoc ita. quam legit cum l. non tantum. nu. xvij. ff. eo. tit. & tenuit hic Cauenſ. col. iij. in medio. Bald. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſio. & hæc plana ſunt, tenuit Paulus Caſtrenſ. in conſi. lxxx. uol. ij. & Rober. Marant. in Specu. Aure. parte ij. actu. ij. nu. xvj.

¶Decimononò quæro, an inter ſponſum, & ſponſam debeat fieri compromiſſum, breuiter dicendum eſt ꝙ ſic, † uoluit Iaſon in l.
134 quod ſeruius. col. ij. ff. de cōdict. ob cauſam. Maranta in Speculo Aure. parte ij. actu ij. nu. iij. cum ſimilibus.

¶Vigeſimò quæro, an ſi eſſet lis cum legitimo, & adoptiuo, filius adoptiuus teneatur compromittere, & comprehendatur in lege noſtra. Videtur dicendum filium adoptiuum non comprehendi,
135 ex quo in emphiteuſi † accepta ꝓ ſe, & filiis, non comprehēduntur filii adoptiui. uoluit Specu. in titu. de locatio. §. nunc aliqua. uerſ. lxviij. per tex. in c. ita diligere. xxx. q. iij. & melius in c. adoptiuis. ſi de feud. fuer. contro. inter domin. & agnat. in uſibus feudorū. ¶Sed ſine multiloquio contrarium credo uerius, ꝙ imò filius adoptiuus
136 † comprehendatur in pragmatica noſtra, tenuit Troiſius de Caua hic col. ix. hac ſola ratione, ꝙ licèt
137 adoptiuus impropriè † conſanguineus dicatur. §. per adoptionem. Inſt. de leg. agn. ſucceſſio. nihilominus cū lex, & ſtatutum noſtrū
138 ſit fauorabile, † ut notant doct. in l. qui ſe patris. C. unde liberi. & dixi latè ſupra §. j. gl. j. nu. xix. & xx. debet extendi etiam ad caſus im-
139 proprios † arg. eorum quæ uoluit Alexan. in l. j. §. lex falcidia. ff. ad leg. falcid. ¶Secundò dico ꝙ adoptiuus dicitur ſuus, etiam ſi eſt extraneus, licèt non ſit in poteſta-
140 te † eius qui adoptauit. ut uoluit Bald. in l. cum adoptiuis. in fi. in uerſ. ſui hæredes. C. de adoptio. eſt tex. in §. ſed cum hodie. Inſtit. de adoptionibus. ergo debet in pragmatica noſtra connumerari.

¶Tertiò adoptiuus ſequitur do-

141 micilium patris adoptiui.†Accurſius,& Bart. in l.filios.in fin.C.ad municip.de incol. li.xj. ¶Quartò
142 adoptiui comprehenduntur † appellatione filiorum, habetur in l. cum adoptiu°.C.de pecu. lib.x. in l.ſiquis ita.cum ſimil.ff.de lega.ij. & uoluit Spec.in tit. de feud.§.ij. verſi.vj.ubi dicit quòd adoptiuus cum filijs ſuis fit filius patris adoptantis. ¶Quintò dicẽdum,quòd ſi eſſemus in caſu,in quo nõ poſſet verificari niſi ĩ filio adoptiuo, quòd hoc caſu comprehẽderetur. puta in patre qui non poteſt gene
143 rare, † vt eſt gl.not. in l.ſi quis poſthumos. in princi.ff.de libe.& poſthum.vbi per Bal. ¶Sextò & vltimò fœdere diſtin. dicebat Alexan. in l.adoptiuum.nu.iii.ff. de in ius uoca. quòd licèt adoptiuus fictè, & impropriè dicatur conſanguineus, vt in d.§.per adoptionem, quo caſu lex noſtra, cùm loquitur in caſu noſtro uero, nõ habeat locum in caſu iſto ficto.ut in l.iij.§. hæc verba.ff.de neg.geſt.in l.ſi.C. de his qui ven.ætat.impetr.Bal.in addi.Specu.in tit.de accuſ.§.j.uerſic.primo. Abb. Panor.in c.cũ inter.nu.vj.de purg.canonic. Alexã. in cõſ.cxiiij. uiſa ſcriptura.col.iii. vol.v. & in conſil.lxxix.Franc.nu. vii.uol.vi.Hippol.de Marſi.in pra ẽta.crimin.§.quoniam.num.xxiii. Matth.de Afflict.in deciſio.Neap. xxi.Thom.Gramma. in deciſ.Neapo.lxxiiii.nu.vi. Andr. Tiraquell. cauſa.xxxvii. nu.ii. & in ſuo tract. ceſſ.cauſa.par. i.nu. xxxiii. & alibi dixi latiſſime in quodam opere, quod habeo adhuc præ manibus. Tamen quando eſt eadem ratio,
144 † fit, ac fieri debet extenſio ad caſum fictum.l.j.§.lex falc.ubi Imol. & Alex.ff.ad leg.falc. & dixit idem Alex.in d.l.adoptiuum. Quod autem ſit eadem ratio, patet,quia ſedatio diſcordiarum, & ceſſatio litium,ita debet caueri in filios legitimos & naturales, ſicuti in adoptiuos, ergo idem ius ſtatuendum eſt.l.illud.cum ſimil.ff.ad leg.falci. & ita reſideo ſine aliqua contradictione,cogita tamen.

¶Vigeſimoprimò quæro,filiusfamilias in hoc regno Neapolitano non poteſt contrahere ſine cõſenſu patris, vt in pragmatica filiorũ familias,quam pulchre commentauit D.Proſper Carauita præſtantiſſim° doctor,an eo caſu ſine patris conſenſu poſſit compromittere ſi lis occurrerit cum eo, & cũ coniuncto, omnes tenent ꝙ poſ-
145 ſit compromiſſum facere† ſine patris conſenſu, inter quos eſt Bald. in l.hac conſultiſſima.C.qui teſta. facer.poſſ. & Alexã.in conſil.xxix. quoniam abũdè.col.i.uerſi. & expreſſius.uol.i. Lanfran.de Oriano in c.quoniam contra.in verſi.confeſſiones.col.i.extra de proba. Rober.Maran.in ſpec.aureo.parte ii. actu ii.nu.x.Marcus Anto. Blanc. in tracta.de compromiſſ.q.iii.nu. xxviii.Bernard.Pand.in cõmento Ritus de executi. inſtrumen. par-

te

te ii.declaration. xviii.nu.lxxxvii. Ioan.Franc.Scaglionus.& D.Carauita in d. pragmatica filiorumfamilias.§.xi.nu.xxviii. Ex quo ſtatutum de contractibus non habet
146 locum in † compromiſſ. ut uoluit Ioan.de Imo. in c.ſi quando.de officio deleg. & etiam ex quo poteſt fieri compromiſſum nulla interce
147 dente † obligatione, ut uoluit Bal. in l.cum non ſolum.§.neceſſitate. C.de bonis quæ lib.& Scaglio.vbi ſupra. ſecus autem ubi interueniret obligatio cum iuraméto, quia ex dictis ſupra conſerem compromiſſum fieri non poſſe ſine patris conſenſu, per ea quæ notantur ſupra eadem glo.q.ij.quæ omnia ita intelligas.¶ Vigeſimoſecúdò, poſita pro uera opin. præcedétis queſtionis, & poſito quòd requireretur conſenſus patris, an ſi eſſet filiafamilias teneretur cópromit-
148 tere, † ita quòd comprehendatur ſub pragmatica filiorumfamilias, de qua ſupra mentionem fecim⁹? Dicas quòd D. Carauita in d.prag matica.§.ix.nu.xviij.dicit quòd illa pragmatica loquens de filiis familias, habet locum etiá in filiafamilias, ex quo in materia indiffe-
149 renti ſtatutú loquens † de maſculis habet locú in fœminis per Hippoly.de Marſ. í cóſ.lxxxv.& in l.ſi quis necandi.C.de ſicar.& ita reſidet D.Carauita. vbi ſupra.

¶Ego autem ut uerum fatear contrarium ſentio ex his quæ not.Rapha.Ful.in conſ.lxxv.ex facto ponitur.col.iii.uerſicu.ſed certe illud. Vbi dicit quòd ſi ſtatutú prohibet filiúfamilias cótrahere ſine
150 cóſenſu patris, ſtatutum illud† nó habet locum in filiafamilias. qué ſequitur Alex.in conſi.xxix.præclare,ſubtiľr,& copioſe.col.ii.verſic. quia reſpondeo. vol.iii. & iterum in conſi.ccxxiiii.puto circa dubiú. col.ii.uerſi.hoc etiam præſupponitur.nu.iii.uol.vi.Sidus Galliæ Andr.Tiraquell.in tract.retract.conſangui.§.i.glo.ix.nu.cxci. & in terminis nřæ pragmaticæ voluit Bernard. Pand. in commento Ritus de executio.inſtr.par. ii. declarat. xxxix. Dec.in l.fœminæ.in princi. nume.cxii.ff.de regu.iuris.

¶ Ratio autem redditur ꝙ quando ſumus in ſtatuto, ſeu conſuetudine contra ius commune, ſtatutú loquens in maſculo, non habet locum in fœmina, quia quòd maſculinum comprehendat fœmininum, non eſt ex ui, & poteńtia uerborum, ſeu ex propria ſignificatione, ſed ex interpretatione extenſi-
151 ua† iuxta not. in l. pronunciatio. in verſic.plerunq;.ff.de verb.ſign. tex.not. in l.hæc autem.ſatiſdatio. in fi.ff.de adopti.cócludit Richar. de Salyc. in quodam conſil.incip. quæritur primò an ſine. ubi dicit quòd eſt text.ad literam in l.i.§.de eo.ff.de pec.ſequitur Ioan. de Fantuciis in quodá cóſil. incip. puto. text.in l.pen.in fi.C.de propoſi. ſacri.cubicul.lib.xii.Bart.in l.i.nu.ii. ff.de verb.ſign.Cor.Peruſi.in con

ſil.

ſi. cclxxi. de hac conſultatione vſ. litera m.& in conſi.cclxxv.in pñti conſultatione. litera ſ. vol.iiii. ¶Secũdò in correctorijs, & odio
152 ſis maſculinum non† comprehen dit fœmininum, ut uoluit per illũ textum Bal. in l. quod uerò contra.ff.de legib. ſed ſic eſt, quòd per pragmaticam prædictam eſt receſ ſum a iure communi, & omnis re ceſſus a iure cõmuni eſt odioſus,
153 ut uoluit Bald. in l. non ſine.C.de bon.quæ lib.qui allegat Archidia. in c.ſiquis ſuadente diabolo.xvii. q.iiii.voluit Philip.Corn.in conſi. xiiii.in præſenti.litera y. uol.ii.ergo in dicta iam proximè pragmat. non comprehendit fœmininum. ¶Quòd autem ſimus in correctoriis, & per dictã pragmaticã ſit re-
154 ceſſum a iure communi, †patet ex l.filiusfamilias ex omnibus.ff.de actiõn.& obliga.& in l.fin.§.i.ff.de verb.oblig. & ſic cũm ſimus ĩ cor
155 rectoriis nõ ſit extẽſio. †arg.l.præcipimus.in fi.C.de appella. voluit Barto.in l.Gall.in princ. nu.ix. uer ſic.oppono de l.fi.ff.de libe.& poſthu.& ſtatutum correctorium lo
156 quens per verbum † maſculinum non comprehendit fœmininum. voluerunt Dyn.& Ioan.de Imo.in l. ſi ita ſcriptum ſit filiabus. ff. de le.ij.idem Imo.& Dominic.de ſancto Gem.& Philip.Frãc.in c.generali.de elect.in vj.Alexan.in conſ. xxix.præclare. col.iiij. uerſ.& conſtat.uol.iij.¶Tertiò in dicta pragmatica non ſit mentio, neque expreſſio: & cũm de eis non loqua-
157 tur, eius diſpoſitio non eſt † vlterius trahenda, ut in l.quod conſtitutum.ff.de teſtam.milit.vbi Bart dicit eam legem ſolere allegari in materia ſtatutorum, quòd ſcilicet
158 a ſtatuti uerbis † nõ receditur, & uoluit Petr.de Ancha.in cõſi.lxix. contra donationem.col.ii.ſed ego ſaluo Philipp. Corn. in conſil.xc. ſcrupuloſa.col.pen. verſi.accedat. vol.iij.Bal.in conſi.xcix. ſuper primo quęſito.col.j.vol.iiij.& Barto. Soc.in conſi.cviij.in hac conſultatione.col.iij.uerſi.ad hoc. vol.j.& ſtatutorũ uerbis eſt tenaciter inhę rendũ, & non licet eis aliquid ad-
159 dere† uel detrahere, ut voluit Bal. in c.i.in fi.de alie. feud. & l.maximum vitium.col.pen.verſi.in contrarium.C.de lib.præter.cũm ſint
160 fundata in ſic volo, ſic iubeo, †ſufficit pro ratione volũtas, dicit Bal. in rubr Epiſc.vel Abbatem.in feudis.& Corn.Peru.in conſi.xc.ſcrupuloſa.litera o.vol.iij.Barth.Soci. in d.cõſi.cviij.col.iij.uerſ.ad hoc. vol.j.¶Quartò & ultimò non obſtat illud quod notat d.Cara.in d. §.ix.quòd per illud verbũ(quibuſcunque)exiſtens in pragmatica de ſui natura comprehendantur etiã fœminæ, quia quòd illud verbum tantummodo intelligatur de maſculis, apparet ex ſequentibus uerbis exiſtentibus in dicta pragmatica dum dicit(cũ eorum vxoribus) ex quo apparet ꝙ tantũm de maſculis locutꝰ fuerit legiſlator, quia

alias abſona, & inſulſa eſſet prag-
maticę uerba, & intelligerentur q.
mulieres cum eorum uxorib⁹, qd
eſt abſurdum quòd mulieres uxo
res habeãt, ſicut maſculi: igit' poſi
to, & nõ conceſſo quòd legiſlator
per illud verbum (quibuſcunque)
etiam de fœminis intelligi voluiſ-
ſet. nihilominus corrigit ſe ſtatim
ex ſequentibus uerbis. argu. l. non
eſt nouum. ff. de legib. & verba ſe-
quentia declarant ea de quibus in
præfationibus & in præcedentib⁹
161 † dicta ſunt, vt in l. titia. §. idem re
ſpondit. el j. ff. de verbo. obli. & in
l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ff. de leg. j.
Marian. Soc. in conſi. xv. viſis. col.
x. uerſic. præterea etiam ſecundò.
vol. j. Barthol. eius filius in conſil.
cclxij. in cauſa Magnifici Petri de
Medicis. col. iij. verſic. ſecũdò prin
cipaliter. vol. ii. cum concordanti-
bus adductis per Ludouic. Roma.
in conſi. v. viſo puncto. nu. ij. ver.
non obſt. & ſic cum iſta poſterio-
ra verba limitando emanauerint,
162 limitatum effectũ † producere de
bet. l. in agris. ff. de acquirend. rer.
domi. & in l. age cum Geminiano.
& in l. ſi de certa. C. de tranſactio.
per quæ omnia cõcludo cõtra opi
nionẽ D. Carauitæ. Quam enixus
ſum ſaluare in alijs meis operib⁹,
quæ videbuntur in mũdo Deo au
ſpice, tu autem interim cogita.

¶ Vigeſimotertiò quæro, an filij
ſpurij ſeu naturales comprehen-
dantur, uel veniant appellatione
163 coniunctorum, † ut & ipſi teneantur compromittere. quòd non ve
niunt cõiunctorum appellatione,
uoluit glo. notab. in clem. j. in uer-
ſic. liberi. de bapt. arg. l. cum legiti
me. ff. de ſtatu hom. & in §. fi. inſti.
de nupt. uoluit Inno. in c. nonnul
li. §. ſunt & alij. de reſcript. vbi Ho
ſtien. Ioan. Andr. Ant. de But. Imo.
Dominic. Bald. & Felv. & uoluit e-
tiam Bal. in repe. l. cum acutiſſimi.
C. de fideicommiſſ. & in l id quod
pauperibus. col. fin. C. de epiſco. &
cler. Ang. in l. ſed et hę. in princ. ff.
de procurat. & Dyn. in conſil. xvj.
diligenter cõſiderata, & inſpecta.
num. vij. cum duobus ſeq. Pau. de
Caſt. in conſil. cclxviij. vol. ij. Ale-
xand. in apoſtill. ad Bart. in l. ij. nu.
x. ff. de accuſa. & in conſi. lx. viſa le
gitimatione. col. iij. verſic. ſed præ
miſsis non obſtantibus. uol. ij. v o-
luit Annib. Cauenſ. in ritu magnę
curiæ. uerſ. cclxxxvj. itẽ quòd nul-
lus admittatur. nu. xv. & hic col. j.
& ij. voluit Marant. in Spec. Aur.
parte ij. actu ij. nu. xx. nec mirum,
quia aliàs ſpurius non poteſt pro
coniuncto ſine mandato experiri,
quia non dicitur coniuncta perſo
164 na, † ut voluit Ioan. de Imo. in c.
Michael. in fin. de fil. preſby. & in
d. c. nonnulli. ſequitur Alexand. in
apoſtil. ad Bart. in d. l. ij. ff. de accu.
Bald. in l. id quod pauperibus. nu.
xxxv. C. de epiſco. & cleric.

¶ Facit ad hoc quòd ſi ſtatuto ca-
uetur, quòd nobiles pro ſe, & eo-
rum filijs dent cautionem de non
offendendo populares ſub pœna,

quòd eo

ꝙ eo caſu non comprehenduntur
165 ſpurij † filij nobilium, voluerunt Dyn. & Rayn. de Forliuio. in l. cum pater. §. mater. ff. de legat. ij. & ſequitur Bald. in d. l. cum pater. §. volo. ff. eo. ti. ¶ Et inde eſt ꝙ frater naturalis nō ſuccedit fratri na-
166 turali ex eodem patre. † Ioann. de Imo. in l. ex facto. §. ſi quis rogat⁹. ff. ad treb. ¶ Ideoq; ſi ſtatutum diſponat quòd pater teneatur emẽdare damnum datum per filium, ꝙ non comprehendet filium ſpu-
167 rium, † quia non eſt nominandus filius. Voluit Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. qui fil. ſint leg. Bald. in l. ij. C. de ſacroſ. eccleſ. Anto. de But. in c. per uenerabilē. col. xxxij. extra. qui fil. ſint legi. ¶ Et ſi cõceſſum eſt priuilegiũ regi quòd pro ſe, & ſuis liberis poſſit tẽpore interdicti celebrari facere quòd na-
168 turales non † cõtinebuntur, ut uoluit Cyn. in d. l. cum pater. §. volo. per not. in d. clem. j. de baptiſmo. ¶ Et in terminis noſtris, in ſtatuto cogente fieri cõpromiſſum inter coniunctos quòd nō compre-
169 hendantur † naturales, & ſpurij, tenuerunt Dyn. in dicto conſ. xvj. Ioan. de Imol. in l. ex facto. §. ſiquis rogatus. ff. ad Trebell. & in l. j. col. xv. ff. eo. titul. vbi dicit quòd ſi ſtatutum ſit in aliqua ciuitate quòd coniuncti uſq; ad quartũ gradum cogantur compromittere, non uidetur in tali ſtatuto comprehendi naturalis, aut ſpurius, cum tale ſtatutum ſit exorbitans a iure cõmuni, cum nemo cogatur cõpromit-
170 tere. † l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. Bart. in l. ſi furti. §. & inſuper. ff. de his qui notãt. infam. Bald. in c. j. §. ſiquis furatus. de pace tenend. & ad materiam vide Ange. in conſi. xxxij. duo ſunt genera filiorum. ſequitur Alex. in d. conſi. lx. viſa. col. iij. uerſi. hoc præſuppoſito. uol. ij. Pau. de Caſt. in d. §. ſiquis rogatus. ubi Imol. & Alex. & voluerunt Maranta in Specul. Aur. ij. parte. actu ij. num. xx. & Cauẽſ. hic. col. j. & faciunt notata per Bald. in l. fratres. in princ. C. de inofficioſ. teſta. in auth. defuncta. C. ad tertul. Anchar. in c. canonũ ſtatuta. de conſtitu. & hæc eſt communis opinio. ¶ Limita antẽ prędicta quòd ſpurius dicetur cõiun-
171 ctus † quoad matrimonium impediendum, ut uoluit Imo. in d. §. ſiquis rogatus. per not. in l. facile. §. affines. ff. de grad. & ſequitur Alexand. in d. conſil. lx. col. iij. uol. ij. ¶ Secundò limita non procedere ſi peteret cõpromiſſum cum coniunctis ex parte matris, quia tunc
172 † debet compromittere, quia tunc ſpurius dicit᷑ cõiunctus. Pau. de Caſt. Imo. & Alexand. in d. §. ſiquis rogatus. ſequitur Marãta ubi ſupra nu. v. & xx. ¶ Vigeſimoquartò quæro, an ſi ſint duo ſpurij, ſeu naturales petẽtes inter ſe compromiſſum, an debeant compromit-
173 tere? Hanc quæſtionẽ ponit † Rober. Marant. in Spec. Aur. parte ii. actu ij. num. xxj. ubi uideas ne hic

diutius immoremur.

¶ Vigeſimoquintò quæro, an ſpurius legitimatus comprehendatur i pragmatica noſtra, ut ipſe teneatur compromittere, & ueniat appellatione coniunctorum. Breuiter

174 dicendum eſt, quòd † legitimatus non comprehenditur in lege noſtra, & proprie in ſtatutis cogétibus compromittere cauſas coniunctorum non comprehenditur legitimatus. Voluit Bald. in l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſt. & in ſpecie etiam hoc uoluit Pau. de Caſt. in conſi. lxix. ſuper eo quòd quæritur aliàs in conſi. clxxviij. volumi. ij. & Cynus ante eos in d. l. quiſquis. ex quo in ſtatutis appellatio coniuncti intelligitur de legitimis & naturalibus, non au-

175 tem de legitimatis. † voluit glo. in c. j. extra de pact. Philipp. Deci. in conſi. cccxvj. col. iij. in fi. uol. ij. quam opinionem amplexus eſt etiam Alexand. in conſi. lx. uiſa legitimatione. col. ij. uol. ij. Andr. Tiraquell. indefeſſus totius Galliæ honor in trac. retract. conſanguin. §. j. glo. viii. nu. xii. Rober. Marant. in Spec. Aur. parte ii. actu ii. nu. xxvii. uoluit hic Annibal. Cauenſ. col. i. & ii. ¶ Nec poterit hoc cuiquã uideri nouum, quãdoquidem cùm legitimatus non dicatur vere le-

176 gitimus. † voluit Paul. de Caſtro in conſi. ccxxi. Signarol. Homode. in conſi. ccxviii. Quidam. col. pen. Bal. in l. vlt. C. de his qui uen. ętat. impe. Spec. in tit. de ſucceſſ. ab inteſta. §. i. in fi. Iacob. Beluiſ. in §. tribus. Auth. quib. mod. natu. effici. legit. Barth. de Caſſ. in conſue. Burg. titu. des ſucceſſions. §. i. gl. i. in fin. & titu. des baſtardos. §. vltim. glo. vlt. & Ioan. Saxon in conſuet. Turon. tit. des ſucceſſions. §. ii. glo. ii. ¶ Cuius cauſa propterea cenſuit Caſſ. i d. §. i. gl. i. in fi. tit. des ſucceſſions. in conſuetud. Burg. quòd legitimatus nõ gaudet beneficio ſai

177 ſit φ † in eũ ſicuti in legitimum, & naturalem intelligatur facta poſſeſſionis translatio; quamuis contrarium in ea re ſenſerint Alexand. in conſi. xxxvii. in cauſa mota per Ang. uol. i. Andr. Barbat. in conſi. lviii. ſapienter. uol. ii. Ioann. Gall. in arreſtis parlamẽti. q. cxliii. ¶ Hanc tandem antinomiam ita meus Tiraquell. diſſoluit in tract. le mort ſaiſit le viſ. par. ii. decla. vi. nu. viii. vbi dicit, φ ubi quis eſt legitimatus ante mortem eius de

178 cuius ſucceſſione † tractatur, eo caſu eſt ſaiſitus, ſin autẽ poſtea legitimetur cõtra, quòd non ſit ſaiſitus, ut allegat hoc uoluiſſe Bald. in conſil. ccccliiii. quidam Ioann. volu. i. Salyc. inter cõſilia Bald. conſi. xvij. ſuper legitimatione. vol. iiii. Ioan. de Lignano. & Ioan. de Ramponibus in conſi. ibi ſeq. in poſita quæſtione. col. iii. verſic. ſurgit tertius punctus. Philip. Dec. in conſi. ccclxvi. pro declaratione. col. iii. faciunt notata per Rapha. Fulgo. in conſ. ccxxx. in quæſtione vertente. ¶ Et quòd legitimatus non ſit ue-

179 rè legitimus, † tenuit Iacob. Butr. in proœmio Codicis. Bald. in l.eã quam.col.pen.uerſi. quęro utrum legitimatio.C.de fideicom.Benedi dict. de Plumbino in ſua diſputa. incipi. Statuto Piſano cauetur in primo dubio. Ludo. Roma.in l.is qui pro emptore. & ibi Iaſ.latiſſime in repet.col.51.ff.de vſuc.Andr.Barbat. in repet.l.cum acutiſſimi.fol.antepe.C.de fideicommiſſ. & in conſi.xxvii. ſcripſit doctiſſimus.col.xiii.uerſi.capio aliam dubitationem.uol.i. Alexan. in conſ. ii.col.viii.uol.i.& Barthol.Soci.in conſi.ccxlvi.eleganter. col.fi.uerſ. tertiò iſta cõcluſio.vol.ii.Curt.Senior in conſi.xiii.ſtatuto Ianuæ,& in conſ.lxxiiii.ſuper memorata.in iii.dubio.Ludouic.Bologninus in cõſi.lviii.Dominus Antonius per totum. ¶Vt non ab re in ſtatuto, ꝙ maſculis exiſtentibus non ſuccedant fœminæ, dicatur legitimatos
180 non expellere † fœminas.ut uoluit Bal.in c.p tuas.de maior. & obed. & in conſilio ccxiiii. caſus talis eſt quidam.uol.ii. ¶Quinimo in ſtatutis ſimpliciter, nunquam legiti-
181 matus habetur pro legitimo, † uoluit Ludou.Gozad.in conſi.vi.nu. ix. ubi dicit eſſe communem opinionem. ſequitur etiam Couarruuias in epitho. iiii.c.viii.§.viii.nu. iii.vbi dicit eſſe magis communẽ. voluit etiam Ioã.Bapt. Villalob.in tract.opin.commun.§.legitimat⁹. nu.lxxix. ¶Et beneficiũ retrahendi, ſeu reemẽdi, qđ a ſtatuto cognatis cõceditur, non habet locum in
182 legitimatis, † vt de hac queſtione longum edidit conſilium Philipp. Deci.in conſi.cclxxv.in cauſa quæ Lucæ agitatur in iii. dubio.uol.ii. ¶Contrarium licèt tenuerit Ange.in conſi.xvii.Comes Brãdiſius. col.pen.uerſic.præterea cõcludendo.Barbat.in conſi.lxviii. omnipotens.col.iiii.& ſeq. uol.iiii. & Bartho.Socin. in conſi.lxiii.uiſis teſtamento.col.antepen.uerſic.nec diſpoſitio. uolu.iii. ſentit hoc idem Matthe.Afflict.(ſi eſt, dum tamen nõ ſit, Ant.Caputus de Melfitto) in trac.protomixeos. in uerſ.item quæro.col.xx. Arnol.Ferronib⁹ in conſuetud.Burde. titu. de retract. §.x.& Guil.Bened.in repe.c. Raynutius.§.& vxorem nomine Adelaſiam.nu.clxxxvii. extra. de reſta. de quibus remitto te ad meũ Andr.Tiraq.in tract.retract. conſanguin.§.i.glo.viii.num.x.& xi.quia pro nunc iſtud diſcutiendum eſſe non exigit materia noſtra.
¶Demum quoad ſucceſſionẽ in feudo legitimatus non ſuccedit,
183 † niſi ſit dictum, vt hoc ſentit Salycet.in quodam conſil. incip.Comes Palatinus.quem refert, & ſequitur Alexãd.(uir omnium quos
184 guſtauerim † grauiſſimus)in conſi.lx.uiſa legitimatione.col.i.uerſ. fortius.Saly.uol.ii. & dicunt hanc eſſe cõmunem opinionem. Curt. Iun.in conſil.cxxxvi. nu.i.& Ioan. Bapt.Villalobos Hiſpanus in trac. opinio.comm.§. legitimatus. nu.

lxxij.arg.tex.in c.naturales.in titu. ſi de feud. fuerit controuerſ.inter dominum & ag. ¶Quam concluſionem proxime dictã limita non pcedere niſi in. filio legitimato p
185 ſubſequens † matrimonium, vt dicit cõmunem eſſe opinionem Iaſon in l.cum autem.nu.x.C.de inſtitu.& ſubſtit.dum tamen in contractu matrimonij interuenerint
186 inſtrumẽta dotalia, † aliàs non, vt communem dicit Curt.Iuni.in d. conſi.cxxvi.num.ii.& dicit quòd hoc procedit de iure ciuili, ſecus autem de iure canonũ, ut voluit Philipp.Dec.in conſ.clv.nu.i.in fi.Couarru.epithom. iiij.c. viij.nu.viij. Hiſpaniæ autẽ legibus dicitur indiſtinctè filios ſpurios legitimari
187 per ſubſequens matrimoniũ, † vt docuit Villalobos in d.tract.opin. commu.§.legitimatus. nu. lxxiiii. per leges illius Regni videlicet l.i. titu.xiii.parte iiii.& l.xii.tit.vi. parte j.& l.ij. titu. vj.lib.iij. quæ leges cùm ita loquantur indiſtinctè, ita etiam ſunt intelligendæ.c.ſi romanorum.xix.diſt.maxime cũ in defe-
188 ctum ſit recurrendum ad ius † canonum, non autẽ ciuile, ut voluit Ioan.Rube.in repe.rubricæ de donatio.inter vir.& uxor.col.vij. ¶Et ut ad inſtitututũ thema proſequendum redeamus, in emphiteuſi eccleſiaſtica admittuntur ba-
189 ſtardi legitimati, † ut voluerũt Barto.& Sal.in l.generaliter.§.j.C. de inſtitu.& ſubſtitu.ſub conditio.factis, ex quo ſicuti in feudis non admittuntur baſtardi legitimati, ex quo feudum eſt beneficium,
190 & honor, † ut in d.cap. naturales. proxime allegato, ita etiam non admittuntur ad emphyteuſim eccleſiaſticam, quia apud eccleſiam
191 baſtardi ſunt infames, † ut uoluit Azo in ſua ſumma.C.de infamib. & licèt ſint legitimati, non tamẽ ſunt natura legitimi. ut not. in c. innotuit.extra de electione.ita reſident Bald.& Salyc.in d.l.generaliter. Ioan. de Imo. in l. quod dicitur.col.vij. ff. de uerbor. obligat. ¶Item ſi eſſet conceſſa emphyteuſis ad quamcunque perſonã nobilem, non extenditur ad ſpu-
192 rios legitimatos, † ex quo ueriſimiliter conſiderari non poteſt concedentem de talibus intellexiſſe, ut uoluit Ang.in ſua diſpu. nobilis quidem genere.col.vj.argu.dicti c. naturales. & l.ex facto. §. ſi quis rogatus.ff.ad Trebel. ubi idẽ Ang.& Ioan.ab Imo.& eſto ꝙ ma-
193 ter ſit nobilis, † legitimati non erunt nobiles, ex quo iuxta illud Ouidij.

Ex mala arbore triſtia poma cadunt.

Eſtque illud Matthæi iam ſimile. cap.vij. Nunquid colligunt ex ſpinis uuas ? aut de tribulis ficus ? ſic omnis arbor bona facit bonos fructus, mala autem facit fructus malos.& itidem ſignificat, ſi bene intelligatur, illud Dauit pſal. cxix. Similes illis fiant qui faciunt ea. Idq; denotat illud Eccleſiaſt. c.xj. Siue ceciderit lignum ad Auſtrũ, ſiue

ſiue ad Aquilonem, in quocunq; loco ceciderit, ibi erit. Quod & voluit etiã diuus Bernardus. de quorum intellectu latè apud profundum illum, non minus ſanctum, quàm theologum Ludolphũ Saxonium in lib. de uita Christi. parte j. c. xvij. Indeque proceſſit illud
194 adagium, bonum ducem, † bonũ reddere comitem. ¶ Et ut ab inſtituto non digrediamur, legitimati
195 etiam non reuocãt † donationem ex remedio l. ſi unquàm. C. de reuo. donatio. ut ſentit Bald. in l. fi. C. ne quid in fraudem cred. & in l. j. C. de inofficioſ. don. Franciſ. Curt. ſenior. in conſi. lxxiiij. ſuper memorata. col. xxvj. Cardin. Alex. in c. per uenerabilẽ. ſol. xxvii. qui fil. ſint leg. Bartho. Socin. in conſi. cclj. quoniam in præſenti. col. xj. vol. ij. Iaſon in rubric. C. de poſt. hæred. inſtit. Martin. Laud. in diſputa. Augerius. & Ioan. Cerierius. in tract. de primogenitura. q. xiij. col. vj. Carol. Ruinus in conſil cvj. in quæſtione. nu. vij. uolu. iij. cum infinitis concordantibus traditis per meum Andr. Tiraq. in rep. dictæ l. ſi unquàm. in uerſi. ſuſceperit liberos. nu. lxx. C. de reuoc. donat. & de his ſimilibus, ex quibus latiſſime poteſt demõſtrari filios legitimatos nequaquam comprehendi in lege noſtra.

¶. Vigeſimoſextò quæro an in pragmatica noſtra comprehendã tur pueri cum quibus ſunt cõtra-
196 cta ſpõſalia. † Bald. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſion. tenet ꝙ ſic, ex quo per ſponſalia contrahitur affinitas, ideo comprehenduntur. ¶ Sed Bart. in l. quod ſeruius. nu. j. ff. de cond. cauſ. dat. tenet ꝙ nullo modo comprehendũtur in ſtatuto, & pragmatica noſtra. ¶ Facit etiam ad hoc, ꝙ ſtatuta debent intelligi in caſu uero &
197 proprio, † non autem in improprio & ficto. l. iij §. hæc uerba. ff. de neg. geſt. & in l. fi. C. de his qui ueni. ętat. impet. facit quod uoluit Bald. in addi. ad Speculat. in titu. de accuſat. §. j. verſ. quid ſi primò. Abb. Panor. In c. inter. nu. vij. de purg. canon. Alexand. in conſilio lxxix. Franciſcus. nu. vij. vol. vj. & in conſi. cxiiij. viſa ſcriptura. col. iij. uol. v. Bartho. Socin. in tractat. Falle. reg. xxxj. nu. iij. in fin. Frãciſ. Cremenſ. in ſingul. lxxxiij. mulier. in fin. & Galliarũ ſidus Andr. Tiraquell. in tractat. de pœnis. Cauſa xxxvij. nu. ij. & in tract. ceſsãte cauſa. parte j. nu. xxxiij. & Hippolyt. de Marſil. in pract. crimin. §. quoniã. nu. xxiij. Matth. de Afflict. in deciſion. Neapo. xxj. dubitabatur. nu. x. Sed ſic eſt, ꝙ in caſu iſto impropriè dicitur cõtrahi affinitas,
198 † uoluit gl. in d. l. quod ſeruius. in uerſi. affinitas: ergo non comprehenditur. ¶ Andreas autem Pomat. in apoſtil. ad Bar. in d. l. quod ſeruius. duobus mediis arguit ibi contra opinionem Bart. Primò,

quia ut concludunt Bald. Alexan. & cæteri doĉto. in l. qui ſe patris. C. unde liberi. & Paul. de Caſtr. in l. affinitatis. C. communia de ſucceſſ. ſtatutum cogens compromiſſum inter coniunctos, ut in caſu
199 noſtro, eſt fauorabile, †ut etiã nos diximus ſupra in §. j. glo. j. ubi docto. concludunt, ꝙ quando ſtatutum eſt fauorabile, comprehendit etiam caſus merè improprios, &
200 ponunt exemplum †in ſtatuto cogente compromitti cauſas inter agnatos, & eo caſu dicunt cõprehendi in ſimili ſtatuto etiam emãcipatos, & natos ex eis, licèt impropriè ſint agnati. ¶ Secundò dicit, ꝙ quando ſtatutum eſt fauorabile, & ſic idem in eodem, eo caſu comprehenditur etiã caſus impropriiſſimus. ¶ Ego autẽ ut tradam ſuper hoc opinionẽ meam, teneo cum Barto. & ab eo non recedam, ꝙ non comprehenduntur pueri cum quibus ſunt contracta
201 ſponſalia, †ex quo nullo pacto cũ eis contrahit affinitas per iura alleg. ibi per eum. & probatur aperte ſi non me fallat opinio in c. j. de deſpõſa. impub. lib. vj. & pondero etiam tex. quem ad hoc ipſi non ponderauerunt in d. l. quod ſeruius. ibi (donec maneat inter eos affinitas) & ſic in illo textu expectatur tempus, in quo erit affinitas, adeo ꝙ à principio, nec propriè, neque impropriè dicitur cõtracta, ut ibi uidere licet. Quam Bart. opinionem ſequitur ibi Alexand. quam & tu teneas, ſi tibi uidebitur uera.

¶ Vigeſimoſeptimò quęro ſi eſſet ſtatutum, ꝙ cauſæ inter agnatos compromitterẽtur, an in caſu ſtatuti comprehendetur filius eman
202 cipatus. †ꝙ ſic, tenuit Bald. in d. l. qui ſe patris. C. unde lib. ſequuntur ibi Alexand. Ludouic. Roma. & Paul. de Caſtr. & hanc etiam opinionem per tranſennam tenuit Alexand. in conſil. cxxv. viſo proceſſu cauſæ. nu. ix. vol. vij. Philipp. Deci. in conſi. xiij. vol. j. & Cauẽſ. hic. col. ij. & ad eos te remitto, & etiam ad Philipp. Deci. in d. l. qui ſe patris. nu. xxiiij. ubi per præſtantiſſimum dominum & præceptorem meum dominum Ioan. Bolognettum de Bononia. ¶ Vigeſimooctauò quæro an in terminis legis noſtræ patet poſſit compromiſſum facere pro filio. Reſpon-
203 deo ex mente Azonis †in ſumma. C. de bonis quæ lib. ꝙ poterit ẽt in bonis aduentitiis, quia in eis legitimam habet adminiſtrationẽ, ut in l. j. C. de bonis mater. ubi per Bald. & uoluit Signorol. Homæd. in cõſi. .... incip. Epiſcopus Nouariæ. quorum authoritate dicit, ꝙ licèt nõ poſſint alienari bona minoris ſine decreto, quando ſunt bona mobilia, ut in l. non ſolum. de reb. eorum. tamen ſecus in patre, qui habet legitimam adminiſtrationem, ex quo põt alie-
204 nare ſine decreto. †ita Azo ubi ſupra, & uoluit Lanfran. in tract. de

arbitris. §.iuxta pollicitum.uerſi.
quintò quæro nunquid pater. &
uoluit etiam Matth. de afflict. in
deciſ.Neap.cccxciij.nu.j.¶Vigeſi
mononò quæro an carcerat⁹ ſub
fida cuſtodia in carcere iudicis pu
blico poſſit compromittere, ita ꝙ
valeat? aperte dicendum eſt, ꝙ nõ
poteſt compromittere cũ eo qui
fecit eum incarcerare. habetur cla
205 rè† in l. qui in carcerem. ff. de eo
quod met. cauſ. ubi promiſſio in
carcerem facta nullius eſt momẽ-
ti. & hoc uoluit etiam Bart. in d.l
qui in carcerẽ. & in l. qui neque.
§.ſolutum.ff.de uerb ſigni. ſequi-
tur Ang. in trac. maleficiorum.§.
quòd iudex dictum Gaium reti-
neri, & carcerari fecit. circa finẽ.
Alexand. in conſi. cxxvij. viſo in-
ſtrumento locationis.col.ij. uerſ.
non obſtat etiam.volu.ij. faciunt
aliquantulum notata per Abbat.
Panormit. in conſi.lx.quoniam ſa
tis abunde.in princip.uol.j.voluit
etiã Matthe. de Afflict. in deciſi.
Neapol.cxlix.in cauſa magiſtri Pa
lamedis. nume. ij. & in deciſion.
ccxlvj.quidam.in fin.Stephan.Au
frer.in apoſtill. Capell.Tholoſan.
in deciſion.cccxcix.item fuit quę-
ſitum an incarceratus. & Anton.
Rambaudi in apoſtill.ad Guid.Pa
pæ in deciſion.Gratianop.ccliij.ſi
quis. ¶ Et in terminis noſtris ꝙ
carceratus ad inſtantiam carcera-
re facientis non poſſit cõpromiſ-
206 ſum† facere, noluit Raph.Fulg.in
conſi.clxxvj.Iacobus Geſtor.col.j.
uerſ.cæterum his.ex eo ꝙ regulari
ter contractus facti in carcerem
non ſubſiſtunt. ¶ Limita primò
non procedere in eo qui non fe-
cit eum incarcerari, ex quo eo ca-
207 ſu omnis contractus, & † promiſ-
ſio ab eo facta ualet.arg.l.metum.
§.ſed licet. ff. de eo qđ met. cauſ.
& uoluit etiam Bart. in d.l.qui in
carcerem.& Alexand. in d.conſil.
cxxvij.uol.v. ¶ Limita ſecundò in
eo qui debitè, & iuſtè eſt factus
carcerari ab aliquo, ex quo eo ca-
ſu omnis contractus cum illo fa-
208 ctus erit† ualidus, ut uoluit Bar.in
d.l.qui in carcerẽ. & in d.l.qui ne
que. §.ſolutũ. ſequit᷑ Bald.in rub.
C.de reſcind.uẽditio.& Rambau-
di in apoſtil.ad Guid.Pap.d.quęſt.
ccliij.ſi quis. ¶ Limita tertiò non
procedere, quando contractus tẽ
209 deret in utilitatẽ† carcerati: quia
eo caſu omnis contractus ab eo
factus ualeret. Bald.in d.rub.C.de
reſcind.uend. puta contractus eſ-
ſet factus pro ſe redimendo ab ho
210 ſtibus, † quia eo caſu talis contra-
ctus ualidus eſſet. iſte eſt caſus
Abb.Panor. in dicto conſil. lx. in
princip.uol.j.Alexan.in dicta apo
ſtill.ad Bart. in d.l.qui in carcerẽ.
ubi allegat Lud.Roman.in conſi.
ccxvj. & nunquam potui inueni-
re.¶ Limita quartò non procede
re, quando carceratus extrahere-
tur de carcere, ut ſolet eſſe cõſue-
tudo. Tamen illud extrahere ni-
hil ualet, quia cùm habeat cuſto-
dem, nec poteſt ire quò uult, dici-

211 tur etiam eſſe in carcere † dicta l. qui neque. ubi Iacob. de Aren. ff. de uerb.ſignifi. Bart. in d.l.qui in carcerem. ſequitur etiã Raphael Fulgoſ.in d.conſi.clxxvij. Iacobus Geſtor.col.ultim. uerſ. Ad ſecundum autem & Barthol.Cæpoll.in conſ.crimi.xl. Lucius ciuis.in vij. dubio.col.x. uerſ. Et idem in effectu.& Aufrerius in apoſtil.ad Capell.Tholoſ.deciſio.cccxcix. Item fuit quæſitum an incarceratus. Panor.in c.accedens. nu.ij. extra de procuratorib.¶ Limita quintò & & ultimò, non procedere in conſtitutione procuratoris, ex quo licèt quis ſit in carcerem detruſus

212 & arreſtatus, poterit tamen† procurationẽ facere. Bald. in l. ab eo. col.ij. C.quomodo & quand. iud. Alexand.in apoſtill. ad Bart. in d. l.qui in carcerem. & Ant. Franciſcus in apoſtill. ad Abbat. Panor. in d.c.accedens, & hæc nota, quia forte non repperies alibi ita congeſta, & in unum ordinata, licèt plura alia dici poſſint in hac materia.

¶ Trigeſimò quæro, nũquid monachus, uel quiuis alius religioſus poſſit compromittere, in quo diſtinguc; q. aut ſumus in monacho, qui adminiſtrationem non habet, & tunc ſine licentia ſui ab-

213 batis† compromiſsum facere non poteſt. ut in c.placuit. el ij. xvj. q. j. & ibidem in c.qui uerè. qui à nemine vſque huc ad illum effectũ eſt perpenſus. tex. etiam in c. cum ad monaſterium. de ſtatu monach.& in c.nõ dicatis.xij.q.j. ¶ Epiſcopus uerò, & Abbas qui admi-niſtrationem habent, bene com-

214 promittere poſſunt, †à contrario ſenſu eorum quæ diximus de monacho. ut uoluit Signorol. de Homod.in conſi. . . . . . . incip. Epiſcopus Nouariæ.& Innocen.in c. de cætero. de tranſact. Lanfranc. Orianus in tract.de arbitr.§.iuxta pollicitum.¶ Clericus autem nec

215 poteſt compromittere, † quoad perpetuum præiudicium eccleſię, ut in c.cum tempore.& in c.ii.extra de arbitr.& in c.expoſita.extra eo.titu. & in c. niſi. extra de præbend. Poteſt autem quoad modicum præiudicium puta de fructibus, & in quãtitate, quatenus potuiſſet donare, poteſt compromittere. ¶ Et in re propria compro-

216 miſſum ſi facere† ualebit, ut in c. dilecti. de arb. & ita reſidet Hoſt. in ſumma de arbitr. §. de qua re. uerſ.quid de clerico. ¶ Quando autem in compromiſſo clerici re-

217 quiratur † conſenſus Epiſcopi ſui diœceſani, & an ſufficiat ſola præſentia, ponit pulchrè Abb.Panor. in c.dilecti.nu.viij.de arbitr.& remiſſiue Nicolaus Superantius in apoſtill.ad Hoſtienſ.in ſumma de arbitr.§.de qua re. & ad ſupradicta uidendus eſt Specul. eo. tit. § reſtat. verſi. ſed nunquid clericus. ¶ An autem cogantur clerici cõ-

218 promittere† ſecundùm pragmaticam noſtram, & in ea compromit

tere cogant, aut nō cogant. dicam late infra quæſt. xxxij. ¶ Trigeſimoprimò quæro, nūquid fratres tertij ordinis ſancti Franciſci poſſint compromittere, ꝙ poſſint cō
219 promiſſum facere, †tenet Ang. in conſi. ccxviij. uiſa narratione facti. col. j. ex quo ut dicit Bart. in l. ſemper. §. quibuſdā. ff. de iure immun. & iſti non ſunt religioſi, ex quo non renunciant proprio, itē quia habent uxores, item quia nō ſunt clerici, quia non habent aliquem ordinem clericalem, habēt tamen aliquem modum uiuendi à Romana eccleſia approbatum, unde poſſunt teſtando, & contrahendo ad libitum diſponere, quia ſuper iuribus temporalibus habent uelle & nolle, liberū & abſo
220 lutum, ut merit laici. Specul. in titu. de ſtatu monach. uerſ. xxxvij. Ioan. Andr. in clem. j. de relig. domibus. Ang. in dicto cōſi. ccxviij. ¶ Tantò magis, quia de cōſuetudine ut laici ſolent tractari, circa
221 ſolutiones† collectarum & talliarum, & uideo iſtud proprie in patria mea. tenuit etiam Barto. in d. §. quibuſdā. ſuper quo ultimo nō approbo pro nunc, ꝙ cogantur ad tales ſolutiones collectarum, ut retulit ubi ſupra Barto. ꝙ ſint exempti à ſolutione collectarum, tenuerunt, ac cōſuluerunt Guid. de Baiſio, & Archidiacon⁹ Bononienſis, ac Dynus de Muxello, & ſequitur Ange. in d. conſi. ccxviij. ¶ Putat tamen indubitanter ibi Barto. ꝙ ſi appareret, ꝙ aliqui in fraudem illum ordinem aſſumpſe
222 rint, ꝙ eo caſu† ad collectas, & ſimilia onera cogentur, & uidere ibidem Alexan. in apoſtill. qui apportat nō nulla ſatis bene ad materiam conuenientia, & magis apta, quàm per alios.

¶ Trigeſimoſecūdò quæro, an cōprehendantur in lege noſtra cleri
223 ci, †ut ipſi compromittere cogantur? Reſpondeas ꝙ Bal. in conſil. clxxj. incip. nunquid clericus. uol. ij. tenuit quòd clerici ligātur hac pragmatica cogente fieri compromiſſum inter conſanguineos, &
224 affines. †tenuit etiam Corn. Peruſin. in conſi. cxiiij. quamuis. per totum. uol. ij. & in cōſil. ix. per totū. & in conſi. xxv. & in conſi. lxiiij. uol. iij. & ita aliàs decreuit ſacrum concilium Neapolitanum, ut habetur per Anton. Capyci. in deciſio. Neapol. lxvj. In cauſa Abbatis Caroli per totum. ¶ Et in propatulo eſt, ꝙ in ſtatuto cogente fieri compromiſſum non comprehen
225 duntur clerici, †& in indiuiduo, eam opinionem tenuit is qui ubique eſt, & nullibi uacuus abiit, Bald. in c. cum ueniſſent. colu. iiij. de eo qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruand. idem Bald. in quodā conſi. incip. Vanutius. & Alexan. in conſi. ccx. ponderatis his. col. ij. & in conſi. ccxj. viſa facti narratione. col. iiij. uerſ. idem etiam uoluit. uol. ij. & Bartholom. Socin. in conſi. lxxj. circa præſentem conſultationem.

tationem.nu.xij.vol.iiij. Idē Bald. in rep. l.cunctos populos.col.xij. C.de ſumma trinit. & fid. cathol. & in conſt.vij.dictat ſtatutum. & ibi Petrus eius Germanus in ſubſcriptione.vol.vj.Felyn.in c. eccleſia ſanctæ Mariæ.col.xliij. de conſtituti. tenuit etiā Hippolyt. de Marſil.in rep.rubricæ. ff. de fideiuſſorib.nu.cxix.& Rober. Marā. in Specul. Aure. parte ij. actu ij. nu.xxvj.& Ioā. de Arnon. dialog. xxvj.ſtante Regia. & tenuit etiam hic Cauenſ.col.ix.Ideoque hæc ui detur opinio uerior, & communior, quam ſequuntur communiter doctores maiori pondere, numero, & menſura, quàm potius eſſe ſequendam nemo eſt qui dubitet.¶Et confirmat eam magnopere id quod apud complures dici aſſolet, ꝙ ſtatutum non faciens
226 mentionem de clericis, † ad eos non extenditur. Voluerunt Ioan. Andr.in c.fi. de immunit.eccleſi. Bald.in l.fin.§.in computatione. in fin. C. de iure delib. & in l. ſi quis ſub conditione. ff. de conditio.& demonſtr.& Alexan.in conſil.ccx.Pōderatis.col.j. vol.ii. quia
227 cùm non ſint de iuriſdictione† ſtatuentis,non potuit eos ligare. c.ſi diligēti. de for. compe.c.cleric.de iudi. imò etiam ſi expreſſa mētio fieret de eis,nō comprehenderentur.uoluit Bald.in d.c.cùm veniſſent.& ideo cū in pragmatica noſtra nulla fiat mentio de clericis, ergo ipſi nullatenus comprehendentur.¶Secundò facit,quòd ſtatutum,quòd villæ, ſeu ciuitates teneantur capere malefactores,non
228 habet locum † nec intelligitur de clericis malefactorib⁹. uoluit Bal. in c.cùm non ab homine. col.ult. & ibi Fel.nu.ij.extra de iud. idem Fely.in c.eccleſ.ſanctæ Mariæ.nu. cxli.de conſtit.Hypp.in repe.rub. de fideiuſſ.nu. cxviii. & latius dixi alibi in quodam opere nouiter inchoato cum adiutorio Chr̄i,quod uidebitur, ſi fata ſinant.

¶Tertiò pro hac opinione facit, quia ſi laicorum ſtatuto cauetur quòd teſtamētum debeat inſinuari intra ſex mēſes, aliàs nō valeat,
229 ꝙ iſto caſu† ſi clericus fuerit in teſtamento inſtitutus, ꝙ licèt intra terminum non fecerit teſtamentum inſinuare, nihilominus non impedietur ex hoc hæreditatem adire.ut uoluit Bald.in authē.caſſa.ubi eum ſequitur Raphael Fulgoſ.C.de ſacroſ. eccleſ. & Petr.de Anch.in rep. c. canonum ſtatuta. q.xj.extra de conſtitu.¶Quartò ſicuti expreſsè non poterat ſtatutū in hoc arctare clericos, ut dixi ſupra in primo fundamento,ita debet intelligi ut nec etiam tacitè: quia taciti,& expreſſi eadē eſt vis,
230 & à pari procedūt,† l. triticum.ff. de uerbor.obligat.l.cùm quid.ff.ſi cut. petat.Salycet.& Fulg.in dicta authē.caſſa.idem Fulgoſ. in d.l.cūctos populos.in fin. C. de ſumma Trinit.& fid.cathol.¶Quintò ſtatutum dictans, ꝙ ſolutio debiti

non poſſit per teſtes probari, non
habet locum in clerico, facto etiã
231 poſt ſtatutum, † author eſt Ioan.
Calderi. in ſua diſputat. incip. ſta-
tuto ciuitatis cauetur. ſequit Ioan.
de Imol. in rep. c. eccleſia ſanctæ
Mariæ de cõſtit. Anch. in c. ea quæ.
de reg. iur. in vj. Abb. Panor. in c.
quod clericis. de for. competent.
¶ Sextò ſtatutum dictans, ꝙ in-
ſtrumenta habeant executionem
paratã, ſiue ut in hoc regno Nea-
politano inſtrumenta præſentan-
tur ad formam ritus, habentq́ue
paratam executionem, ꝙ eo caſu
ſtatutum tale in clerico locum nõ
habet, ut & contra ipſum accuſa-
232 tio † fieri poſſit. Voluerunt Caccia
lup. in rep. l. j. C. de ſumm. trinit.
& fid. cathol. Alexand. in conſilio
clxiij. viſo. vol. ij. Franciſ. de Curt.
in tract. de conſuetud. fol. xxxij.
Bened. Barzo in tract. de inſtru-
ment. guarentig. parte j q. iiij. An-
ton. Canarius in tracta. de execu.
inſtrum. q. xxij. Matth. de Afflict.
in conſt. regni. ſiquis in poſterũ.
q. vij. Pandus Graninas in tracta.
de execut. inſti. par. ij. declarat. xiiii.
nu. xxii. voluit Franciſc. Marc. in
deciſ. Delphin. cccxcix. nu. ii. volu.
j. Imò nec comprehendetur cleri
233 cus † hæres laici, ut voluerunt Fe-
lyn. & Dec. in c. quia. Guli. de Iud.
Canar. de execut. inſtru. q. pen. Pã-
192 *Simoniæ crimen ſpirituale eſt.*
193 *Cum ſimoniaco diſpenſat ſolus eccleſiaſticus.*
194 *Epiſcopus quandoque diſpenſat cum ſimoniaco.*
195 *Simoniæ crimen committitur in iure patronatus.*
196 *Ius patronatus non venit in confiſcationem bonorum factam per iudicem ſecularem, propter crimen læſæ maieſtatis.*
197 *Patronus laicus non poteſt ius patronatus donare ſine conſenſu epiſcopi.*
198 *Ius patronatus eſt ſpirituale, & ſpirituali annexum.*
199 *De iure patronatus ut de re ſpirituali eſt iudicandum.*
200 *Ius patronatus non ſubijcitur conſtitutionibus, aut legibus laicorum.*
201 *Magis dignum trahit ad ſe minus.*
202 *De iure patronatus fit compromiſſum in clericum & laicum ſimul.*
203 *Compromiſſum in laicum fit de re ſpirituali, quando eſt quæſtio facti, non iuris.*
204 *De violentia illata patrono iuris patronatus agitur coram iudice ſeculari.*
205 *Ius patronatus tranſit cum univerſitate bonorum.*
206 *Iudex ſecularis cognoſcit de iure patronatus quando quis dicit peto hæreditatem cum iure patronatus.*
207 *Dictio cum, quid ſignificat?*
Dictio &, quid denotat.
208 *Ablatiuus quid ſignificat?*
209 *Compromiſſum fit in laicum de occupatione bonorum ſpectantium ad ius patronatus.*
210 *Ius patronatus an præſcribatur?*
211 *Laicus non poteſt poſſidere, aut præſcribere ius ſpirituale. 212. 213 214.*
215 *Incorporalia non poſſidentur.*
216 *Intellectus c. filijs uel nepotibus. cum glo. xvi. q. vij.*
217 *Rex dicitur quodammodo religioſus, vngitur enim oleo.*
218 *Epiſcopus dicitur religioſus, & vngitur oleo.*
219 *Neceſſitas non curat leges.*
220 *Neceſſitas improbabile facit probabile.*
221 *Cauſa tutelæ an poſſit compromitti. 222.*
223 *Compromiſſum in arbitratorem eſt quædam tranſactio.*
224 *Pecunia dari, accipique non poteſt, ut quis patiatur ſe, uel alium tutorem fieri.*
225 *In arbitros electos ex forma ſtatuti transfunditur omnis prioris iudicis iuriſdictio. 226.*
227 *In mandato legis dantis cognitionem, veniunt omnia.*
228 *Iuriſdictione ad vniuerſitatẽ cauſarum commiſſa iudici delegato, poteſt omnia diffinire.*
229 *Subdelegatus præſidis prouinciæ, cognoſcit de omnibus præter membri abſciſſionem, & vltimum ſupplicium.*
230 *Qui dicit omne, nihil excludit 363.*
231 *Vbi eſt caſus legis, ibi nulla cadit dubitatio.*
232 *Crimen quaſi ſacrilegij eſt negare imperatorem poſſe & nu. 233.*
234 *Non poteſt tranſigi, nec compromitti de eo, de quo eſt caſus legis.*
235 *Lex non debet eſſe ludibrio.*
236 *Statutum arctans cauſam committi conſilio ſapientis, non habet locum quando quæſtio eſt clara.*
237 *Vbi uerba ſunt clara, non opus eſt interpretatione.*
238 *Vbi res eſt liquida per inſtrumentum, tranſactioni locus non eſt.*
239 *Statutum arctans ad compromittendum conſilio ſapientis, non debet à iudice attendi, quando petitur fruſtratoriè, & per calumniam.*
240 *Fruſtra impetratur auxilium in his quæ à lege conceduntur.*
241 *In quæſtione iuris clara non habet locum cõpromiſſum. nu 242.*
243 *Quæſtio iuris facto admixta compromittitur,*
244 *Quæſtio admixta in iure, & in facto, dicitur facti & non iuris.*
245 *Continentia cauſæ non diuiditur.*
246 *Quæſtio iuris dubitabilis compromittitur, quãdo nequiret apertis libris demõſtrari*

247 *Articulus iuris dubius idem eſt, ſicut articulus facti dubius.*

248 *Creditori non eſt danda licentia ingrediendi poſſeſſionem propria authoritate.*

249 *Multæ exceptiones opponi poſſunt poſt ſententiam.*

250 *Inſtrumenti habentis executionem paratam non impeditur executio oppoſita exceptione compenſationis, niſi in promptu doceatur.*

251 *Vbi iuramentum interuenit, ibi compenſatio non admittitur.*

252 *Compenſatio non admittitur contra ſententiam.*

253 *Super ſententia indubitata non cadit compromiſſum.*

254 *Exceptiones requirentes altiorem indaginem non admittuntur contra executionem ſententiæ.*

255 *Quando petitur officium iudicis ſuper executione contractus, & pacti, non habet locum compromiſſum.*

256 *Cauſa dicitur ante litis conteſtationem.*

257 *Cauſa moueri dicitur per litis conteſtationem.*

258 *Statutum hoc exigens compromiſſum non habet locum in caſu quo fingitur lis, & verè non eſt.*

259 *Statutum* ꝙ *minores nõ reſtituantur aduerſus laudum arbitrorum electorum ex forma ſtatuti, nõ habebit locum ubi nulla eſt lis. ſed fingitur.*

260 *Tranſigens indebitè, uel ſoluens debitũ quod dicit eſſe cõuerſum in utilitatem eccleſiæ, ſi non eſt uerum, ſed hoc fingitur, tranſactio, vel ſolutio eſt nulla.*

261 *Remittens ius quod habet, vel habere ſperat ex aliqua cauſa, non intelligitur remiſſum niſi ius quod habet de præſenti, non autem de futuro quod fingitur.*

262 *Compromiſſum licèt ſit generale ad omnes lites, tamen non extenditur ad id de quo nõ erat lis.*

263 *Arbitratoris laudum illud fieri mandans de quo lis non eſt, nullum eſt.*

264 *Compromiſſum licèt eſſet factum de omnibus litibus. quæ eſſent, uel eſſe poſſent, non tamen ad alias lites extenditur niſi ex probabili cauſa.*

265 *Arbitri laudare non poſſunt ſuper ſucceſſione facienda inter compromittentes.*

266 *Tranſactio ſuper ſucceſſione facienda nõ fit.*

267 *Fatuus eſt arbiter, ſeu arbitrator laudans ſuper non compromiſſis.*

268 *Statutum locum non habet in caſu ficto.*

269 *Conceſſio feudi pro ſe & filijs, non comprehendit adoptiuos.*

270 *Emphiteuſis conceſſa pro ſe & filijs, non extenditur ad adoptiuos.*

271 *Statutum excludens fœminas propter maſculos, non habet locum in maſculis adoptiuis, quia ſtatutum loquens de maſculis non habet locum in adoptiuis. nu 272.*

273 *Cyri apud Xenophontem dictum.*

274 *De dubijs quis debet ſe certificare.*

275 *Bene conſultare, maximum eſt lucrum ait Arthabanus.*

276 *Tranſactionis exceptio impedit litis ingreſſũ.*

277 *Sententia, & tranſactio æquiperantur.*

278 *Sententia, & tranſactio dirimendarum litiũ cauſa factæ ſunt.*

279 *Sententia impedit compromiſſum.*

280 *Exceptio tranſactionis dicitur litis finitæ.*

281 *Exceptio litis finitæ triplex iuramenti, trãſactionis, & rei iudicatæ.*

282 *Iuramentũ extraiudiciale dicitur exceptio litis finitæ.*

283 *Iuramentum in ſpecifica forma ſeruandum.*

284 *Conuentio pactum, & concordia, extenduntur ad incognita. 285.*

286 *Verba generaliter prolata, generaliter intelligenda.*

287 *Controuerſia fit tam in iudicio, quàm extra.*

288 *Petens contra tranſactionem tenetur ad pœnam in inſtrumento contentam, & perdit actionem.*

289 *Pars contrauenient tranſactioni non auditur donec non reſtituerit quod habuit ex tranſactione & tenetur ſoluere pœnam antequàm audiatur.*

290 *Compromiſſum fieri non poteſt ſuper cã per ſententiam terminata nu 292.*

291 *Statutum* ꝙ *cauſæ coniunctorum compromittantur, non habet locum in cauſis per ſententiam terminatis.*

293 *Alexander pro ſcopo ponitur.*

294 *A principio multa prohibẽtur, quæ ex poſt facto permittuntur.*

295 *Iudicium à principio nullum, ex iure ſuperuenienti conualidatur.*
296 *Alienatio rerum minoris facta ſine decreto ſuperueniente maiori ætate ualet.*
297 *Verba generalia, ſunt generaliter intelligenda.*
268 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
299 *Verbis ſtatuti ſeruire debemus ſine extranea interpretatione.*
300 *Cauſa monachationis, ac conuerſionis non cõpromittitur.*
301 *Liberalis cauſa an compromittenda. 305.*
302 *Liberalis cauſa maiores requirit iudices.*
303 *Arbitri ſententia, non per omnia ſententia dicitur.*
304 *Liberalis cauſa incidenter ab arbitro cognoſcitur.*
306 *Eccleſia non poteſt eſſe ſine capite.*
Acephala dicitur idem quid ſine capite.
307 *Alimentorum cauſa an compromittatur?*
308 *Tranſactio ſuper alimentis futuris non valet, ſed ſuper præteritis.*
309 *Authoris opinio an compromiſſum valeat ſuper alimentis.*
310 *Tranſactio ſuper alimentis futuris cum iuramento ualet.*
311 *Tranſactio ſuper alimentis futuris valet, ſaltem de iure canonico.*
312 *Iuri prohibitiuo renunciari poteſt.*
313 *Renunciatio quæ per ſe non valet, cum iuramento ualebit.*
314 *Decimæ à Deo non ab homine ſunt inſtitutæ.*
315 *Inter alia remedia ad tollendum Adæ peccatum fuit reperta primitiorum oblatio.*
316 *Ieiunium quadrageſimæ ob decimam dierum anni.*
317 *Decima ſanctuarium Dei dicitur.*
318 *Spiritualia non debent à laicis iudicari.*
319 *Decimam qui libere non reſignauerit, excommunicationis vinculo obſtringitur.*
320 *Ab excommunicatione non abſoluitur, niſi integre perſoluitur.*
321 *Laicus decimas poſſidere non poteſt.*
322 *Decima in feudum laico concedi non poteſt.*
323 *Decimæ cibus ſunt in domo domini.*
324 *Compromiſſum in laicum fieri non põt de decimis conceſſis ante concilium Lateranenſe.*
325 *Compromiſſum de cauſa decimarum fit in arbitratorem, & uide nu. 326.*
327 *Compromiſſum fit ſuper quantitate fructuum decimarum cum ſuperioris authoritate.*
328 *Noui Papæ electio ad Cardinales ſpectat. 330.*
329 *Vno ſolo cardinale ſuperſtite, mortuis, quod abſit, omnibus alijs, ad eum ſpectat noui Pontificis electio.*
331 *Papæ electio ſufficit fieri per duas partes præſentium Cardinalium.*
332 *Vnus debet eſſe Papa.*
333 *Papatus duos non admittit ſimul.*
334 *Epiſcopus ita populo exoſus, ut immineat eccleſiæ periculum, induci poteſt ad renuntiandum epiſcopatui.*
335 *Poteſtas Papæ eſt de iure diuino.*
336 *Diſcordiam duorum contendentium de Papatus electione, cognoſcenda eſt à concilio generali.*
337 *Concilij generalis congregato ſpectat ad ſummum Pontificem. & quandoque ad cœtũ Cardinalium 338.*
339 *Compromiſſum ſuper electione Papatus inter duos contendentes an compromittat. nume. 340.*
341 *Vnus Cardinalis habet electionem.*
342 *An ille unus Cardinalis poſſit iſtam eligendi poteſtatem dare alteri.*
343 *Canonici exiſtentes pari numero in eligendo, ſuperior eos concordare coget ſorte.*
344 *Concilium an cogat compromittere ſuper contentione electionis Papatus.*
345 *Iudex an cogat partes ut ueniant ad iudiciũ ſortis.*
346 *Clerici ad perditionem præbendæ an ſe obligent?*
347 *Fructus præbendarum, & redditus beneficiorum dentur creditoribus clericorum dum tamen eis aliquid pro uictu relinquatur.*
348 *Fructus beneficij locari poſſunt laico.*
349 *Laico compromittitur per clericum de rebus temporalibus nu 351.*
350 *Clericus in laicum iudicem non conſenſit.*
An conſentiat clericus in arbitrum laicum.
352 *Prælatus, aut clericus non compromittit ſuper rebus eccleſiæ ſuperiore inconſulto.*
353 *Compromiſſum eſt quædam tranſactio.*
354 *Compromiſſum de cauſa electionis in laicum fieri non poteſt.*
355 *Compenſationis cauſa an cõpromitti valeat. 357. 358.*

356 Recon-

356 Reconuentio coram arbitris locum non habet. 361.
359 Reconuentio locum non habet corã delegato
360 Aequiparatorum idem debet eſſe iudicium.
362 Lex generaliter loquens generaliter intelligi debet.
364 Renuncians generaliter omni iuris, & legum auxilio videtur renunciare. L. ij. C. de reſcind vend.
365 Renuntians omni legum & iuris auxilio, videtur renunciare beneficio ſenatuſconulti velleiani.
366 Vita noſtra breuis eſt.
367 Vnuſquiſque omnia noſſe non poteſt.
368 Statutum arctans litigantes ad cõpromiſſum habet locum re nondum liquida, & ante ſententiam.
369 Poſt concluſum in cauſa non poteſt fieri cõpromiſſum.
370 Poſtquàm proceſſus eſt publicatus, non poteſt peti compromiſſum.
371 De dolo, & fraude non debet quis commodũ reportare.
372 Lex non debet nobis ſeruire de vento.
373 Cauſa appellationis an compromittatur.
374 De ſententia excommunicationis an fiat compromiſſum in arbitrum laicum.
375 Ratio quare in laicum non compromittatur de excommunicatione.
376 Cauſa ſpolij an compromittatur?
377 Cauſa criminalis ciuiliter mota compromittitur?
378 Cauſa periurij an compromittatur?
379 Annibalis Troiſii opinio refutatur.
380 Iuramentum ſpectat ad eccleſiam, & ſtatutum de eo diſponere non poteſt.
381 Statutum q obligatus ad pecuniã liberetur ſoluendo rẽ mobilem, non habet locum in obligato cum iuramento.
382 Iuramenta reddenda ſunt Deo.
383 Imperator. ſeu Papa caſſantes conſuetudines non intelliguntur caſſare iuratas.
384 De mente reuocantis nunquàm uidetur reuocare ſtatuta iurata.
385 Statutum loquens de donatione ſimpliciter, non habet locum in donatione iurata.
386 Statutum non loquens ſpecialiter de iuramento, non habebit locum in actu iurato.
387 Statutum diſponere non poteſt ſuper matrimonio, tanquàm de re ſpirituali.
388 Statutum, q mulieres non poſſint contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, vel Mundualdi, non habebit locum vbi iuraret mulier in contractu.
389 Legi, ſtatuto, ac conſuetudini, ſi ineſt peccatum, non valent.
390 Lex permittens vſuras, non eſt lex.
391 Quando ſit contra præceptum legis diuinæ, fit peccatum mortale.
392 Maledictio domus datur in uanum iurantibus nomen dei.
393 M. Attilius Regulus iuramenti ſeruator æquiſſimus.
394 Propter periurium Saulis, famis, & peſtis fuit durantes tribus annis tempore Dauit.
395 Hieroſolyma capta propter periurium Regis.
396 Aloiſius Burgundus ob periurium obcæcatus.
397 Semper dicitur opinio æquior, quæ pro iuramento eſt.
398 Opinio tutior pro anima tenenda.
399 Dotis cauſa an compromittatur.
400 Statuta generalia non extenduntur ad perſonas & loca exempta.
401 Statutum quòd omnia inſtrumenta regiſtrentur non habet locum in inſtrumento dotis.
402 Cauſa dotis quandoque ad eccleſiaſticum iudicem pertinet.
403 Statutum, q omnia inſtrumenta ponantur in archiuo, non comprehendit dotis inſtrumentum.
404 Cauſa dotis eſt ſummaria.
40 Leges ludibrio fieri nequeunt.
40 De publica, aut populari actione compromitti nequit.
407 An de omnibus criminibus, de quibus poteſt tranſigi poſſit compromitti.
408 Contumax an tranſigat, & compromittat.
409 Tranſactio in leuibus iniurijs permittitur antequam partes compareant, ſed poſt citationem emiſſam, poſt autem comparitionem non.
410 Crimina, & iniuriæ atroces, uel leues, quæ dicantur.
11 Cauſa abſtinentiæ in qua citãtur affines, & conſanguinei, an compromittatur?

GLOSS.

GLOSSA I.

In cauſis ciuilibus, vel mixtis.

PRAGMATICA à nobis aſſumpta cogit cauſas, & lites coniũctorum compromittere, ideo antequàm ad totalem huius textus expoſitionem deueniamus, uidendũ eſt de pluribus habemus enim in iure nonnullos terminos, qui idẽ uidentur ſignificare ſcilicet litem, cauſam, controuerſiam, iurgium, quæſtionem, negotium, moleſtiam, & diſcordiã. ¶ Lis primò dicitur à limite, de quo primitus fuit controuerſia, & quæſtio iuxta illud Vergilii.

Limes erat poſitus, litẽ vt diſcerneret agri.

Ideo diuina lege Moſis cauebat.
1 Deutero. c.xix. Non aſſumes † aut transferes terminos proximi tui, quos fixerunt priores in poſſeſſione tua. & c.xxvii. cauetur. Maledictus qui transfert terminos proximi ſui, & dicet omnis populus Amen. Et hoc non mirum ſi ita acriter à ſummo Deo puniebatur in odium litium, quæ ex hoc naſci poterant, ut non ab re inde litem nomen ducere credatur, & eam legis eius fuiſſe arbitror inter alias rationem, quam Ariſtoteles lib ij. Politicorum c. vij. tradidit, dicẽs. litigare magis uidemus eos utẽtes communione rerum, quàm qui ſeparatim poſſident, & lis in iure accipit̃ diuerſo modo. ¶ Primò lis capitur pro iure in iu
2 dicio † deducto, ut in l. poſtquàm liti. C. de pact. l. litis nomen. ff. de uerbo. ſignific. in l. litis. C. de procurat. gloſſ. in l. properandum. §. fi. C. de iud. notatur in c. j. §. licet. ubi gl. de procurat. lib. vj. ubi Philip. Fra. referens Archidiacon. & Ioan. Andr. dicit ꝙ appellatione
3 litis † propriè non uenit inſtantia, & dicit facere ad ſtatuta facientia mentionem de lite, quia eo caſu non intelligitur inſtantia. ¶ Secũdo modo capitur lis pro inſtantia
4 cauſæ tantum, † ut in l. nulla. C. de procurat. l. properandum. in princip. & §. j. cum glo. C. de iudic. & tales modulos diuerſos magnus tradidit Alexand. in conſi. xxii. viſo inſtrumento. col. ii. uerſ. Cõprobantur prædicta. vol. j. Rober. Marant. in v. parte princip. nu. lxiii. in Specul. Aur. & alios referens uoluit Pandus Grauinas in comment. Pragmaticæ; diſpẽdia litiũ. nu. xvii. cum ſeq. de iud. ſummario. ¶ Tertiò lis capitur ꝙ ſit con
5 tentio † iudicialis, ut uoluit Philipp. Corn. in conſi. cclxvii. in hac conſultatione. litera. q. vol. iiii. argu. c. forus. §. lis. de verbo. ſignific. per quem ita docuit Philipp. Deci. in l. poſtquàm liti. C. de pactis. Hæc de litẽ pro nunc. Iam pergamus ad alios terminos, quia demum ad lite redibimus. ¶ Cauſa, cùm de ea fiat mentio in textu noſtro, quãdo dicatur, & quę ſit,

ſtatim dicemus ubi de lite tractabimus infra. ¶ Controuerſia uerò largiores habet habenas, & ſe habet & extẽdit in plus quàm lis, & eſt uerbum magis latum, & iu-
6 dicialem, & extraiudicialem † comprehendens controuerſiam, uoluit Ioan. ab Imol. in l. Lucius. §. tres hæredes. poſt Barto. ff. ad trebell. per glo. ibi. & not. in c. j. de alien. iud. mut. ca. fact. uoluit Corneus in conſi. cclxvii. in hac. litera. q. uol. iiij. & Bald. in l. cauſas. C. de tranſact. ubi etiam dicit, ꝙ con
7 trouerſia poteſt eſſe ſine lite. † idẽ uoluit Alex. in conſi. clxxvii. viſo teſtamento. col. j. vol. v. ubi dicit ꝙ ille dicitur controuerſiam mo-
8 uere † qui quomodocunque controuerſiam facit ſiue agendo, ſiue excipiendo, ſiue de iure, ſiue de facto, ſiue in iudicio, ſiue extra, tam poſt, quàm ante litem conteſtatã. per not. in d. §. tres. & in l. diuus. & in l. ſed ſi lege. §. ſi ante litem. ff. de petit. hæred. & in l. non ſolũ. §. ſi ſtatus. ubi doct. communiter. ff. de procurator. Præpoſitus in c. j. §. item ſacramenta. col. iiii. de pace iuramen. firman. in feudis. & tenuit Bart. in l. amplius. nu. iii. ff. rem ratam haberi. ubi dicit quòd qui promittit controuerſiam nõ mouere, committitur ſtipulatio
9 † ſiue agendo, ſiue excipiendo, tã ante, quàm poſt litem conteſtatã. & apparet in l. cui neceſſitas. in princip. ff. de liber. cauſ. & habetur in l. ſi cõtrouerſia. C. de euict.

tenet etiam d. Ioan. Fœlix Scalalco regius conſiliarius in procem. cõſuet. Neap. §. præfatis. apoſtill. incip. exceptio clericatus. facit ad hunc propoſitum tex. not. à nemine, quem huc uſque uiderim, perpenſus in l. congruentius. in prin. C. de patr. pot. ubi dicitur quòd ſi quæ controuerſiæ ſint inter patrẽ & filium, congruentius eſt intra domum, & ſic extra iudicium terminari. & quod diximus ſupra referendo Bart. in l. amplius. quod ante eũ dixerat, à quo credo Bartolũ rapuiſſe Ioã. Fabri, antiquus, doctor. in l. ſi quis. in princip. C. de tranſ. uoluit etiã Franci. Marc. in deciſion. Delphi. 846. quæritur qualiter. nu. j. vol. j. Alexand. in conſi. lii. viſo teſtamento. col. j. uerſic. & conſtat. vol. ii. facit ẽt ad hoc, quòd qui promittit & obli-
10 gatur † controuerſiam non mouere, tenetur ẽt in futurum id obſeruare. Voluit Rapha. Comenſ. in conſi. 51. Quod dominus Ambroſius. col. j. vbi plus dicit quòd veriſimiliter etiam intelligitur obligatus in futurum, cùm in futurũ ſint negatiua, & hæc paucula de controuerſia dicta ſufficiant.
¶ Iurgium autẽ eſt propriè, ut Cicero lib. iiij. de Republica docuit,
11 † beneuolorum cõcertatio. in his verbis. Si iurgant, inquit, beneuolorum eſt concertatio, lis inimicorum dicitur. & paulopoſt. Iurgare lex putat vicinos, non litigare. & idem fere ſecutus eſt Hieronymus

Capidurus apud Ciceronem lib. iiij. Rethoricorum ad Herẽnium. :.de elocutione inquiẽs. Iurgium
12 leuior res eſt, † ſiquidem inter beneuolos, aut inter propinquos diſſenſio, vel cõcertatio, inter inimicos diſſenſio lis appellatur. Cõfunditur autem hæc duo plurimum, vt quandoque unum pro alio capiatur. patet hoc ex notatis in ca. iurgantium. extra de ſent. & re iu. ubi iurgantes dicuntur quòd indiciales habent controuerſias. apud Ciceronem d. c. de elocutione. rethorices. lib. iiij. capitur lis pro iurgio ibi, nec mirum cui etiam pedagogi lites ad auriculas uerſarẽtur. Quodque iurgium inter beneuolos dicatur, accedãt quæ ſenex Terentianus Laches in Hecyra. actu. iij. dixit.

Porto hoc iurgium ad vxorem cuius fiunt hæc conſilio omnia.

Quo in loco Guido Iuuenalis Cenomanenſis affert inter litem, & iurgium Ciceronis ſupranotatam differẽtiam in effectu, licèt ipſum non alleget. in quibus veluti quandam differentiam facere videtur
13 Franciſcus † Sæpius Muranus poeta noſtri temporis celebris in Epithalamio nuptiarum illuſtris Helleonoræ Gueuaræ & Comitis Sibaritani, dum dicit.

Iurgiaque & lites ceſſent, liuorque malignus.

Cui aſtruit, & eſt ſimtimum illud Iunij Iuuenalis Satira vj. cũ dixit.

Sẽper habet lites, alternaq; iurgia lectus,
In quo nupta iacet, minimũ dormis in illo.

Et pro libito cuiuſque vnum pro alio paſſim accipitur, patet ex Epigrammate Do. Philipp. Vagnoni de Mõte Calario Equi i°, Iureconſulti, ac poetæ famoſſimi, cui titulus. de conditionibus hominum dicens.

Semper habent lites vicini, iurgia glores,

Quæſtio autem eſt voluntatum,
14 uel rerũ, verborumuè, † aut ad aliam diſſentientem uitam demonſtratio. ut uoluit Ariſtoteles in rethoric. ad Alexãdrum. c. v. & quæſtio dicitur illa, quæ fit extra iudi-
15 cium, † ut not. voluit Bal. in l. cauſas. C. de tranſac. & Robe. Maran. in Specu. Aur. parte v. num. lxviij. quod dicit eſſe magis dubiũm Philipp. Cor. in ſæpius allegato conſi. cclxvij. in hac litera. q. uolu. iiij. remittens ſe ad notata in l. amplius. ff. rem ratam hab. dicitur etiã que-
16 ſtio † lite conteſtata, ante uero q̃ lis cõteſtetur, querimonia dicitur, vt eſt notabilis text. iuncta gl. in l. iij. C. finium regund. quam ſequitur Abb. Panor. in c. quia iudicante. nu. viij. uerſicu. vj. quæro. extra. de præſcript. & Felyn. in. c. j. in fin. extra de appellatio. quam gloſſam dicit pro hac differentia notãdam eſſe Bar. in d. l. iij. remittens ſe ad eius ſcripta in d. l. amplius. ff. rem ratam habe. ubi nu. v. affert ſupradictam differentiam, tandem afferendo inſtantiã dicit ipſe hanc differentiam confundi per notata in l. qui fidem. ff. de tranſact. ubi glo. dicit, quòd ſiquis ꝓmiſit quæſtionem

17 nem non petere, † quomodocũq; petat incidit in pœnam, per l. ſiquis maior. C. de tranſ. non diſtinguẽs ante, uel poſt litis cõteſtationem. Deinde Bart. diſtinguit, quòd aut uerbum quæſtio profertur a lege,
18 & tunc dicitur † poſt litem conteſtatam, & ita procedant notata in d. l. iij. C. fini. regund. aut profertur ab homine, & tunc intelligitur ſiue ante, ſiue poſt litem conteſtatã. per no. in d. l. qui fidem. & in l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad trebellianum. per quam differentiam uidemus inferre poſſe aperte, quòd in omnibus tranſactionibus & quietationibus, in quibus dicit, & promiſit quæſtionem nõ mouere, intelligitur incidere in ſtipulationẽ,
19 ſiue ante, ſiue † poſt litem conteſtatam. Quod uidetur etiam uoluiſſe Rapha. Comenſ. in conſ. 51. quod Dominus Ambroſius. in princ. & diſtinctionem Bartoli. in d. l. amplius. enixe & expreſſim amplectitur idem Comenſis in conſil. xvij. Hieronymus de Biſcheriis. col. ij. & iij. ad quem ſe refert etiam in conſil. ccccxij. pro habenda. nume. viij. & fieri dicitur quæſtio etiam
20 † reſiſtendo, ut uoluit Bald. in l. j. C. de teſtib. & Rober. Mar. in Spe. Aur. parte. v. nu. lxviij. & prædicta faciunt ad quæſtionem propoſitã per Accurſ. in d. §. tres hæredis. in uerſ. de omni. ubi ſi aliquis reliquit monacho aliquid ut Abbas ei quæſtionẽ non faciat, aliàs ſi fa-
21 ciet † deueniat in talem, & dicit ꝙ eo ipſo quòd Abbas moleſtet, eſt locus fideicommiſſo, non tamen firmat pedes. in qua Bart. ibidem nu. ij. remittit ſe ad notata in d. l. ampli*. ¶ Quia ſupra de querimonia mentionem fecimus, ideo de ea uidendi ſunt omnes docto. de quibus ſupra faciẽtes mentionem de quæſtione, de ipſa tamen querimonia mentionando Abb. Panor. in c. j. nu. ij. extra de appella. dicit quòd promittens ſub pœna non
22 facere † ſeu exponere querimoniã, exponendo querelam iudici dicitur incidere in pœnam, per multa iura, quæ ipſe allegat.

¶ Hermagoras autem de quæſtione faciens verba contra legis noſtrę ſignificatum, ipſam dicit ſignificare dum dicebat. quæſtionem eſ-
23 ſe quæ † habet in ſe controuerſiã in dicẽdo poſitam, ſine certarum perſonarũ interpoſitione. Quemadmodũ retulit Cicero libr. de inuentione rethor. j. c. ij. quam non laudare videtur Cicero ibi ad oratoris officiũ ſpectare, per quæ habetur clare hanc diffinitionem ac ſignificationem cõtrariam eſſe ei de qua ſupra mẽtionem fecimus.
24 ¶ Quæſtio etiam in iure † pro tormentis, quæ malefactoribus dãtur accipitur ut in toto titu. ff. & C. de quæſtionibus. ¶ Accipitur etiam qñ pro aliquo emergenti dubio aut quęſito de quo dubium fieret. ut uoluit Bart. in d. l. amplius. nu. v. ff. eo. titu. ¶ Negotium autem id
25 eſſe dicitur, quod cum labore † fit.

ut Ariſtot.

ut Ariſtot.aſtruit.lib.Politico.viij.
c.iij.& iam ſæpe plurib⁹ modis ca
pitur, tam pro labore, quàm etiã
ꝑ cura, ſolicitudine, ac moleſtia.
ut uidi apud Terẽtium in Andriæ
ꝓlogo dicentem.

Id ſibi negotium credidit ſolùm dari,
Populo vt placerent, quas feciſſet fabulas.

Quod exponens quàm doctè Ae-
lius Donatus ibi pro moleſtia, &
cura, non pro labore captum fuiſ-
ſe teſtatur.& dicitur negotiũ qua-
26 ſi negans otium, † vt in c.forus.§.
negotium.de verbo.ſignifica.inde
Fabius Quintilianus lib.iij. inſtitu
tionum.c.v. definiẽdo dixit,quòd
27 negotium eſt congregatio † perſo
narum,locorum,temporum,cau-
ſarum,modorum, caſuũ, factorũ,
inſtrumentorũ,& ſermonum ſcri
ptorum,& nõ ſcriptorum.Quem
locum declarãs pulchre D. Pãdus.
in pragmatica.diſpendia.nu.xx.de
iudicio ſummario. dici negotium
dupliciciter accipi, & dici poſſe.
Primo pro nõ otio uniuſcuiuſq;
rei.Secundo uero modo pro re de
ducta in non otio.afferẽs illud an-
tiqui poetæ Ennij in Ephigen.

Otio qui neſcit vti, plus negotij habet,
Quàm cùm eſt negotium in negotio.

Ibique conciliat locum in dicto c.
forus. & quæ dicunt ſuper hoc
Quintilianus,& Iſidorus, ubi ui-
dendum eſt.Et ſeptem modis ac-
cipi prolixè declarat Barto. in l. ſi
pupilli.§.antepen.ff.de nego.geſt.
ubi de hoc ad ſaturitatem, & uo-
luit etiam Card.in clem.j.in v.no
tab.de procurator.ubi dicit ꝙ cau
ſa non dicitur niſi in iudicio, ne-
gotium uerò & in iudicio, & ex-
tra iudicium.vnde infert ꝙ procu
28 rator † ad negotia poteſt in iudi-
cio agere,& extra iudicium tracta
re negotia, ut expreſſim uoluit
Rober.Maranta in Specul.Aureo
parte v.in fine. ¶ Moleſtia etiam
habemus in iure, de qua apud do
ctores paſſim fieri aſſolet ſermo-
cinatio. Moleſtia autem cõtrouer
29 ſiæ aſſimilatur,†quas etiam æqui-
parat Alexander in conſi. lii. viſo
teſtamento.col.j.uerſicu.ſecundo
præſuppono.vol.ij. & in conſilio
cclxvij.viſo.col.j.vol.v.notat etiã
glo.in d.l.Lucius.§.tres hæredes.
ff.ad treb.& dicitur fieri,& infer-
30 ri moleſtia tam extra†iudicium,q̃
etiam in iudicio: quòd fieri dicat'
extra iudicium, patet ex not. per
Alex.poſt Barto.in l.in illa,la ij.ff.
de verbo.obligat. ubi aſſerit aper-
te moleſtiam fieri etiam extra iu-
dicium,reijciens opinionem quã
ibi tradiderat Barto.vbi etiam in-
31 ducit ad quęſtionem de eo † qui
promiſit non moleſtare aliquem,
qui habebat liberationem à credi
tore, deinde moleſtatur à procu-
ratore,qui habet generale manda
tum,quòd creditor promittẽs in-
cidit in pœnam ſi procuratorem
monere potuit, ac informare, ut
eum non moleſtaret.arg. l.ſi fide-
iuſſor.§.j.ff.mand.ſecus ſi non po
tuit mouere, ex quo difficultas ex
32 cuſat à pœna,& à mora.†l.ſi uehẽ

32 da.§.idem iuris.ff.ad leg.Rhod.de iactu.voluit Philipp.Corn.in conſil.clvj.viſa ſerie. vol.ij. Quòdque moleſtia controuerſiæ æquiparetur, patet ſicuti controuerſia, infertur etiam moleſtia, tam excipiendo, quàm agendo, tam de iure, quàm de facto, tam in iudicio, quàm extra, tam ante, quàm poſt litem conteſtatam. notant Bald.& Alberic. in l. cauſas. C. de tranſactio.& in l.ſiquis maior. C.eo.tit. & uoluit etiam Franciſ. Marc. in deciſio.Delph.846.quæritur qualiter. nu.j.vol.j.eſt tex.in Auth.de fideiuſſor.in princip.in verſ. moleſtus ſit.& Alexand.in d.conſilio lij.viſo.vol.ij.& d. conſi. cclxxvij. viſo teſtamento.col.j.vol.v.ubi dicit facere ad ſtatutũ ꝙ nullus ſub
33 † tali pœna moleſtet aliquẽ ſuper poſſeſſione alicuius rei, quòd ſiquis uocatur ad iudicium ſuper re illa, ſuper qua, uel de qua non debebat moleſtari, & ille in iudicio agat, & offerat petitionẽ, per quam in effectu excludere uellet perſonam uocatam, de illa re, & eius uſu, & commoditate, dicitur ille hoc caſu in ſtatutũ incidere, & pœna teneri, ex quo in iudicio moleſtia inferre dicitur. ad quod concinit dictum Bar.in l.ſi prius. in princip.in v.oppo.nu.iij. ff. de oper.nou.nunci. vbi inquietatio-
34 nem iudicialem † dicit ipſe moleſtiã appellari. Non omitto de hoc dicere uerbum notabile, ꝙ ſi teſtator dixerit, mando quòd hæres legatarium non moleſtet in poſſeſſione, ꝙ per hoc videtur tradita legatario facultas apprehendendi poſſeſſionem propria authorita-
35 te rei legatæ. † ut eleganter tradidit Ang.in l.eius rei. ff.de rei vẽd. ¶Cauſa aũt diffinitur in c.forus. in princip.de verbo.ſignific. ꝙ ſit
36 materia, & origo † negocij. & per negocium dicit Pand.in pragmat. diſpendia.nu.xix.de iud.ſum.intelligi actionem cauſę, quę eſt iurgiũ litis: & nulli dubium eſſe dicit materiá iurgij eſſe rem de qua eſt cõtrouerſia. cui diffinitioni dicit finitimam eſſe diffinitionem Fabij. lib.iij.Inſtit.c.v.qui eam de Iſocratis mẽte diffiniens ita inquiebat,
37 quòd cauſa † eſt res controuerſa in perſonarum finitarum complexu. Alia traditur eiuſdem rei diffinitio a Cicerone. libro j.de inuention.rethoric.c.ij. ex Hermagora,
38 quòd cauſa eſt † quæ habet controuerſiam in dicendo poſitam, cum perſonarum certarum interpoſitione, eam ſecutus retulit Bald.in conſil. ccccxciij. in cauſa.colũ.iij. volu.ij.per eundem denique; Fabiũ in d.c.v.alia traditur, & aſſignatur diffinitio ex mente Apollodori, ꝙ
39 cauſa † ſit negotium omnibus ſuis partibus ſpectãs ad quæſtionẽ, uel cuius finis ſit controuerſia. & idẽ Cicero lib. Topicorũ vi.diffinit eſſe quòd ſit id, quod certis perſonis, locis, tẽporibus, actionibus, & negotijs cernitur, aut in omnibus, aut in pleriſque eorum.

¶Quando

¶Quando autem dicatur cauſa,
quando lis, controuerſum eſt in-
ter doctores, & textus ſunt pro v-
traque parte, & videamus primò
de cauſa. & eſt ſciẽdum quòd Bal.
40 in l i. ff. ſol. matr. dixit cauſam† di-
ci poſt litis conteſtationẽ, per glo.
quæ id tenuit in d. l. cauſas. C. de
tranſact. quæ opinio tanquam fal
ſa reiicitur, & reprobatur per do-
cto. vbiq; per notata in d.c. forus.
in princip. dum dicitur, quòd cau
ſa appellatur dum proponitur co
41 ram iudice, † & ſic ante litis con-
ſtationem, quàm opinionem tan-
quam uexillifer tenuit Bart. in d.l.
cãs. dicẽs cãm appellari & ante, &
poſt litis cõteſtationem. per nota.
in auth. qui ſemel. C. quomodo, &
quãdo iudex. vt expreſſim in c. ex
parte ueſtra. el. ii. extra de uerb. ſi-
gnfi. tenuit Ang. in §. omnem. col.
ii. in Auth. de litigioſis. Alex. Cur.
Anto. de Alexand. & And. Alciat.
in d. l. cauſas. ubi etiam Ioan. ab
Imo. & Bal. ſibi contrarius. uoluit
Ludo. Roma. in conſil. ccccxii. pri-
mò habenda. nu. viii. Alex. in conſ.
xcvi. uiſo proceſſu. col. ii. uerſi. ul-
tra prędicta. uol. ii. Lanfr. de Oria.
in trac. de arbitris. parte vltima. q.
xii. ubi dicit eum ſtare cum Barto-
lo, pro quo ſunt caſus aperti. quã
etiam ueram dixit, & amplectitur
Ange. in conſil. ccxcv. ordinamen-
tum. col. i. ubi dicit de hoc in iure
eſſe textum expreſſum in l. ii. §. ſin
autem. C. de iuramẽ. calumniæ. te-
nuit eam Rober. Marant. in Spec.
Aut. parte. v. nu. lxvi. & Pandus in
commento pragmatic. diſpendia.
nume. xxi. de iudicio ſummario.
Cauſa autem mota dicitur per li-
42 tis† conteſtationem. uoluit etiam
Alexand. in conſil. xcvi. ſupra nota
to. col. ii. uerſ. ultra prędicta. uol. ii.
43 ¶ Cauſa dicitur a Chaos † quod
fuit principium omnium quæ in
terra ſunt, ut non obſcure uoluit
Cardi. in clemẽ. dudum. §. ab olim
in iii. oppoſi. de ſepult. & Marant.
in Specul. Aut. parte. ii. nu. xvii. &
parte. v. nume. lxvii.
¶ Lis autem, dicebant quidam, in
ter quos eſt Andr. Alciatus per il-
lum text. in l. litis nomen. ff. de uer
bo. ſignifi. quòd dicatur ante litis
conteſtationem. quod nullo pa-
cto admittimus uerum eſſe, &
ſecundùm cõmuniora placita con
trarium opinamur, quòd lis dica-
44 tur poſt litis conteſtationẽ † & ab
ea incipiat, ut probatur in c. ſuper
quęſtionum. §. nos autem. ibi (litis
exordium) ubi hoc expreſſe tenuit
glo. extra de offi. & poteſt. iud. de-
lega. & in l. apertiſſimi. ubi glo. C.
de iudic. & textus in d. c. ex parte
el. ii. de verbor. ſignificatio. tenuit
etiam Barto. Alex. Anton. de Ale-
xandr. & Aquenſ. in dicta l. cauſas
Alexã. Anto. de Alexandr. Philipp.
Dec. & Iaſ. in l. poſtquam liti. C. de
pactis. & videtur textus clarus, ſi
bene pẽſitetur. in l. edita act. C. de
45 edend. ibi, ſpeciem futurę litis. † er
go quãdo actio editur in cauſę pri
mordio, demonſtratur futurę litis

ſpecies, & ſic nondum lis dicitur. & hoc ibidē uoluit etiam Bartho. Soci.nu.iii.Philip.Deci.nu.ix.Anton.de Alexandr.col.i.uerſi.tertio nota & hanc eandem opinionem tenuerunt Abb.& Felyn. in d.c.ſuper quæſtionem.in prin.nu.x. ubi hanc noſtram opinionem poſuit pro regula,& demū tradidit quatuor notabiles fallentias,ſeu limitationes, & has etiam retulit Marant.in Speculo Aure.parte v.nu. lxv. ideo non dedignabor eas referre,ſuper addere,& declarare, ut res ſine ſcrupulo vadat, & materia ſit vnita.

¶Primò limitat ipſe nō procedere regulam prædictam liberationis fauore, & intuitu, puta de peremptione litis, quia tunc diceretur lis etiam ante † litem conteſta-
46 tam.ut uoluit Salyc.in d.l.poſtquā liti.C.de pact.

¶ Secundò limitat non procedere quoad inducendum vitium litigioſi, quia litigioſi uitium dicit
47 etiam ante † litis conteſtationem, ut uoluit glo.in d.c.ſuper quæſtionem.tex.in auth. litigioſa.C.de litigioſ.Scaglion.in pragma.diſpendia. de med.proced.in cauſ.ciui.

¶ Corrobora hoc tu regnicola p text.in cōſt.regni.eorū fraudib.in princi.ſub rubr.de alien.rerum in iud.deduct.ubi Federi. Imperator prohibet alienationem rerum litigioſarum, ſeu deductarum in iudicio, non ſolùm ante litem conteſtatam,ſed etiam ante citationem factam, quod eſt plus. & plenius etiam eſt cautum per text.in c.regni.Conuentus poſſeſſionem rei. ſub rubric. de conuentis qui alienant poſſeſſionem. & latè Matthe.de Afflict.in d.conſtit.eorum fraudib⁹.no.ij.nu.iiij. ad quem ſe remittit Dominus vti pater meus Ioan.Anton.de Nigris in d.c.conuentus. & pro hoc videndus eſt Bar.in l.j.C.de litigioſ.& in actione reali contrahitur uitiū litigioſi
48 † ſola citatione, uoluit Bart.in l.j. C.comm. diuid.& plenius Petr.Iacob.in tit. de re litigioſ. & Guido Papæ in deciſ.Gratiano.cccxxxvij. pro declaratione.nu.vj.& in deciſ. cccclxxix. ſupra nu.iij.

49 ¶ Tertiò limitabat fallere † quoad inducendam litis pendentiam, ut nihil innouari poſſit. cleme.ij.vbi Card.ut lit.pend. vbi dicit eſſe verum, ſi eſſet facta a iudice competenti.Vide Alexan.in l.cùm notiſſimi.C.de præſcrip.xxx.annorum. Item uerum ſi ſuper hoc eſſet facta citatio in ſerta cauſa,nō tamen quòd veniat reſponſurus ſuper tali fundo, ſine re. uti dicit ibidem Cat.q.v.& Scaglion. ubi ſupra. & eſt neceſſe ꝙ omnia intimet parti, & ꝙ relatio ſit apud acta. uoluit Alexand. in l.j.ff. de eo per quem fact.erit.& Card.ubi ſupra.per ſolam etenim citationem dicitur lis pendere,tenuit Matth. de Afflict. in cōnſtitut.eorum fraudibus.nu. v.in fi.de alien.rer. in iudic.deductarum. ubi etiam an per citatio-

nem

nem circunductam litis pendentia inducatur,† ad quem te remitto. de qua quæſtione per eundem Matth.de Afflict.in deciſion.Neapoli.ccclxvj.nu.xiiij. ad ſupradicta verò eſt glo.in c.ut debitus.de appellatio.& voluit Ludoui. Roma. in conſ.cccxxx.circa primum.col. j.nu.ij.verſi.illud autem.& uoluit etiam Matth. de Afflict. in deciſion.Neapol.ccxx. in cauſa domini Ioannis.nu.xiij.& Ioan.Fab.in l.j.nu.j.C.de litis conteſt.& Alex. in conſi.ix. circa primum . colu.j. vol.iiij. & Ioan. Petr. de Ferrariis in ſua Praxi in forma reſponſionis rei. in uerſ. exceptionem litis pendentiæ. vbi dicit litem pendere quinque modis † Primò per libelli oblationē.l.j. C.ut lite pend. Secundò per appellationem.toto tit.nil nouar. appell. pend. & per Afflict.in deciſio. Neapo. cccliiij. nu. xx. Tertiò per relationem ſeu conſultationem factam ſuperiori per iudicem.l.ex eo. C. de appell. Quartò per iudicis recuſationē. l.apertiſſimi.C.de iudicijs.c.ſecūdò requiris. & c. cum ſpeciali. de app.Quintò per poſtulatam in integrum reſtitutionē. C. de in integr.reſt.poſtul.nil no. fieri.Quæ etiam retulit Guid. Pap. in deciſion.Gratianop.cccxxxvij. pro declaratione.in fin. Adde tu micam ſalis,& dicas ſextò induci litis pēdentiam per cauſæ commiſſionē. ut per Card.in clem.ij.ſupra nota.oppoſition.iij.Septimò per impetrationem iudicis. c. ſuggeſtū. de appell.c.cauſam.il ij. de teſti. Octauò per libelli oblationē principi factam. l.j.& ij. C. quand. libell.prin.dat.Card. in dicta clem. Vbi dicit prædictos modos procedere, quo ad hoc ut nihil nouetur. ¶ Diſcordia autem dicitur †ante litem cōteſtatam, ut uoluit glo.in iam ſæpius citato c. ex parte.il ij.de verb.ſignifi. pro quo eſt text.in c.Piſanus.circa princip. & retulit Lanfran.in tract.de arbitr. vlt.q.xij.

50 51 52

¶Secundò quæro, quia in pragmatica noſtra fit mentio ꝙ compromittantur cauſæ ciuiles, & mixtę, non ab re igitur uidēdum erit quæ dicantur cauſæ ciuiles, quæ criminales,& quæ mixtæ. in qua quæſtone nonnulla effundūt noſtri doctores in uarijs locis, nos autem ueriorē afferemus ſententiā maxime in Regno, & quàm breuibus uerbis ab huius quæſtionis nexibus manus abſoluemus, & in primis Accurſius Anteſignanus.in l.iij.in princ.ff.de ſepulch. uiol.in verſ.cētum.tradidit, quòd 53 quotieſcunque pęna † applicatur fiſco, iudicium & cauſa dicitur criminalis: ubi uerò parti, tunc ciuile. quam ſequitur & dicit eſſe ueram ibi Barto. dixerat antea Cynus, in.l. ſiqua per calumniā: ubi etiam Bald. C.de epiſcop. & cler. ſenſerat Innocent. in c. qualiter, & quando. col.ij. uerſ. bene fatemur tamen.extra de accuſat.idem

Barto.in l.non ſolum.§.fina.ff.de procurat.uidetur tex. in §.in ſumma.Inſt.de iniur.ibi (ſi autem criminaliter) qui non poteſt cauillari.& voluit ibi Ange. & tenuit Felyn.in rubr.extra de iud.in princ. & tenuit etiam iſtam opinionem Alexand.in conſi.lxvj.viſo proceſſu.col.j.uerſ. ſolum. vol.j. & tetigit in conſi.lxxxij.in cauſa uertente.in fin.eo.volu.j.& tenuit Iaſon Inſti.de action.in princ.nu.xv.cũ ſeq. & Ioan. Baptiſta. Villalobos in tract.opin.Commun. §. cauſa. nu. xxv. ubi hanc opinionem poſuit in communium opinionum matricula.¶Et cauſam ciuilem facile eſt noſſe, quia conſtat iudice,
54 actore, & reo. † c. forus. extra de uerb.ſignifi.¶Criminalis ſolet appellari, quando criminaliter agi-
55 tur de delicto, † quod principaliter inducitur ad publicam uindictam.& de hoc loquitur tex. in c. cæterum.& in c.dilecti. & in cap. cauſam.de iud. Quia uera eſt opinio ſupra firmata de iure communi,ideo ſemper dicendum, quòd ſi ex delicto pœna etiam pecunia-
56 ria † applicaretur fiſco, iudicium eſt criminale. quam ueriſſimam. & communem appellauit Rober. Marant. in Specu. Aure. par. iiij. nu.ij. ¶Contra tamen eũ fortiter inſurrexit Abb. Panor.in rub. extra de iud. & adducit primò tex.in c.per tuas.de ſimon.ubi de crimine ſimoniæ agitur ad priuationem beneficij, & tamẽ dicitur ciuiliter agi, & tamen ibi non venit applicanda pœna parti.¶Quare ex hoc motus aliam ipſe tradidit doctrinam, uidelicèt quòd tũc ꝓpriè agitur criminaliter, & cauſa,ac iudicium dicitur criminale, quando crimen directa via deducitur, & inſtatur, ut grauiter, & acrior pœna quę poſſit infligatur, & ſic ut puniatur pœna ordinaria, ſiue parti applicetur, ſiue fiſco,& tunc proprie dicetur criminaliter agi,quia principale propoſitum eſt inſpiciendum.c.de cęterò.de homici.& in l.ſiquis ne cauſam.ff.ſi cer.peta.& in l.j.ff. de author.tutor.¶Aut crimen deducitur non ſic directa uia ut ſupra dictum eſt,& tũc dicitur agitari cauſam ciuiliter, etiam ſi pœna non ueniret parti applicanda.ut habetur ĩ d.c.per tuas. & ita reſidet ipſe in hoc dubio. ¶Tertiò arguas tu ꝓ ipſo hoc modo, authoritate tex.in §.reuerendiſſimus.in auth. de ſanctiſſimis epiſcop. & in l. fi. ff.de priuat. delict. & probatur in l.j. in §. hoc autem iudicium. ff. de calumn.notatur in authen.ſed nouo iure.C.de pœna iud.qui male iud.In quibus iuribus clarè patet probari criminaliter, & pecuniariter puniri, eſſe diuerſa,& cõtraria: ideo cum ponantur in dictis legibus ut diuerſa, uidetur inferri poſſe, quòd non datur iudicium criminale,in quo quis pecuniariter puniatur.¶Quibus tamẽ non obſtantibus contrarium ue-

rius

nus eſſe decerno & opinor Bart. opinionem, & ſequacium eſſe veriſſimam: & quicquid dixerit Pa-
57 nor. ab omnibus teneri, †quæ nullo modo obſtant, & ad eos patet reſponſio in promptu, & primò non obſtat tex. in d. c. per tuas. allegatus contra Bart. Quia reſpondetur, ꝙ licèt ibi non ſit pœna pecuniaria quæ parti applicetur, eſt tamen ea pœna, quę principaliter ſpectat ad cõmodũ partis, ideoq; ſuccedit in locum pœnæ pecuniariæ, quæ parti applicaretur: eccleſiæ enim intereſt, ut malus prælatus adminiſtratione priuetur, ut in ſimili per Abb. Panormi. in c. ſi quis. nu. iiij. & xij. de reb. eccleſ. alien. & ſic in caſu iſto ciuiliter agitur ad pœnam illam, quæ licèt effectualiter parti non detur, uenit tamen in eius commodum, & ſatisfactionem, & ſic uidetur ſimilis illi pœnę pecuniariæ, & hoc in effectu eſt illud quod apud noſtros dicere conſueuit, quòd ubicunque ex delicto agitᷣ nõ ad pœnã ordinariã introductã pro illo delicto, ſed ut priuetur aliquo officio, beneficio, adminiſtratione, uel dignitate, ꝙ eo caſu illa dicitur cauſa ciuilis, non autem criminalis, licèt agatur ex delicto, ex quo non agitur ad vindictam publicam, ut quis puniatur pœna condigna, ut uoluerunt Abb. & Felyn. per illũ tex. in d. c. per tuas. idem Abb. in c. tuę. de procurato. Ioan. de Anan. Abb. & Felyn. in c. ſuper his. extra de accuſat. uolui, Philipp. Corn. in conſil. xix. videtur prima fronte litera. c. volu. iij. Rober. Marant. in Specul. Aure. parte iiij. nu. xxiiij. & D. Proſper Carauita in pragmatica filiorũfamilias. §. iij. nu. ij. adeo quòd in tali cauſa tanquàm ciuili poteſt procurator interuenire, ut uolunt doct. ſupra citati. præſertim Maranta & D. Carauita. vide multa per Mich. Calidonium. in rub. extra de iudic. nu. clix. ¶ Secundò non obſtat tex. in c. tuæ. de procurat. Quia reſpondetur, ꝙ pœna ibi licèt non veniat parti applicanda, tamen agitur ad ſeparationẽ thori, quæ pœna ſimiliter ac principaliter uenit in intereſſe, & ſatiſfactionem partis, & per cõſequẽs ſuccedit in locum illius pœnæ pecuniariæ, mariti enim intereſt ꝙ adultera uxor ab eo ſeparetur.

¶ Tertiò, & ultimò nõ obſtat tex. in d. §. reuerendiſſimus. vbi criminaliter & pecuniariter puniuntur ut diuerſa, nõ enim negatur quin aliquando eadem eſſe poſſint, & ſi ponuntur ut diuerſa, ponuntur habita ratione eorum de quibus loquũtur illa iura, & inſpecto eo, quod ut plurimum, & frequentius accidit, iuxta not. in l. nam ad ea. ff. de leg. Concludo igitur habita iuris cõmunis ratione opinionem Bart. ueriſſimam eſſe, ꝙ tũc iudicium & cauſa dicatur criminalis, quotieſcunque pœna etiam pecuniaria applicatur fiſco: quan

do uerò pœna uenit applicanda parti, tunc iudicium eſt ciuile.

¶ Aduertendum tamen eſt, ꝙ in hoc regno Neapolitano uidetur ſublata ſupra notata hęſitatio per pragmaticā regis Ferdinandi. incip. Grauiter coram maieſtate noſtra. ubi dicit ꝙ illæ cauſæ dicuntur criminales, quotieſcunque ex
58 illo delicto † uenit imponenda pœna mortis naturalis, ciuilis, vel membri abſciſſio, aut mutilatio: illæ uerò cauſæ dicuntur ciuiles, ubi non uenit imponenda pœna mortis naturalis, uel ciuilis, aut membri mutilatio. quam refert & ſequitur Ioā. de Arno. Soliloq. xxiiij. Pono caſum, qui cotidie. & D. Carauita in pragmatica filiorumfamilias. §. iij. nu. iij. & idem D. Carauit. in pragmatica falſorū teſtium. nu. clxxxiij. cum ſeq. & D. Ioannes Anto. de Nigris. in c. Regni. vt delatas. nu. xxij. vbi ponit totum tenorē uerborū dictæ pragmaticę, originale cuius dicit reperiri penes uenerabile monaſterium ſanctæ Mariæ montis Oliueti ciuitatis Neapolis, ad cuius inſtantiam emanauit.

¶ Cauſa autem mixta quando dicatur, cùm de ea fiat mētio in caſu nřo, eſt dicendum quòd quando in delicto vna pars pœnę uenit fiſco applicanda, alia verò pars ſeu partis pœna parti, eiuſq; commo-
59 do, † tūc illa cauſa & illud iudiciū dicitur mixtum. ut loquitur text. in c. tuæ. de procurator. qui loquitur de thori ſeparatione, per quē ita dicebat Anton. de Butr. in d. rubri. extra de iud. & Alexan. in conſil. lxvj. viſo proceſſu. col. j. verſic. vel uerius. & in conſi. lxxxij. in cauſa uertente. in fi. uol. j. & habetur per docto. & Bar. in l. prætor. ff. de ſepulchro. uio. ubi hoc tenuit Andr. Bar. in apoſtil. ad eum, & ſentit Marant. in Spec. Aur. actu. iiij. nu. lxxv. quando agitur de adulterio coram eccleſiaſtico iudice ad tho-
60 ri ſeparationem, † iudicium eſt mixtum, ut habetur clare in d. c. tuæ. per quod ita dicebat Alex. ubi ſupra, licèt Marant. in loco ſupra citato. nu. xxvj. dixerit eſſe ciuile.

¶ Hoc tamen poteſt intelligi habito reſpectu ad partem in cuius intereſſe ſuccedit thori ſeparatio, occaſione cuius dici poſſet eſſe ciuile. Secus uerò quādo peteretur puniri pœna ordinaria, quia tunc eſſet mixtum, ut uoluerūt ſupra notati doct. quod etiam aſtruit Iaſ. in §. ſupereſt. num. xvij. Inſtitu. de actio. Troiſius in textu noſtro. colum. ij. verſi. quæritur quæ cauſæ. ubi omnes docto. ſupra notati dicunt ex finalibꝰ uerbis libelli comprehendi, an cauſa ſit criminalis, ciuilis, uel mixta. ut per glo. in l. fi. ff. de priuat. delict. & notat Panor. in c. ſeries. extra de teſtib. & cauſa
61 querelæ inofficioſi † teſtamenti dicitur mixta. l. quod de inofficioſo. ff. de inofficio. teſtam. & per ſupra dicta dici poſſet pœnam ſtatutam per pragmatic. filiorumfamilias.

quòd

62 †quòd quãdo agitur ex ea pragma
tica,iudicium ſit mixtum, ex quo
notarijs conficientibus cõtractus
filiorumfamilias,imponitur pęna
priuationis officiorum , & cētum
aureorum , quæ applicatur fiſco ,
quæ uerè dici pōt mixta,& quàm-
plura alia ſimilia poſſent exempli-
ficari. Per quæ demonſtratum eſt,
quæ ſit cauſa criminalis,quæ ciui-
lis,& quæ mixta, & patet per hoc
quæ cauſæ compromitti poſſunt.
De quàmpluribus autem ciuilibus
cauſis inter ſe reluctant docto. an
habeat locum compromiſſum,iu-
xta normam huius legis , & ſimi-
lis ſtatuti , de quibus abunde per
diſcurſum operis tractabim⁹ cum
Dei auxilio,ſi tempus dabitur.
¶ Dubitatur itaq; inter doctores
noſtros, an de cauſa mixta cõpro-
miſſum fieri poſſit.in qua re , ut
63 breuiter quæſtio † terminetur, A-
lexand.(cuius ego ſemper nomine
recreor)in cõſi.lxxxij.in cauſa uer
tēte.in fi.vol.j.expreſſe tenuit cau
ſam mixtam compromitti nō poſ
ſe,ea motus ratione,quòd cũ cau-
ſa mixta de criminalitate partici-
pet.in d.c.tuæ.de procur.& cauſa
criminalis regulariter non poteſt
compromitti, ex quo cùm cõpro-
64 miſſum † ſit quædam tranſactio ,
ut not. in Auth. ut differ.iudic.in
princip.& glo.in l.non diſtingue-
mus.§.iulianus.ff.de arbi.in crimi
nibus ut plurimũ regula eſt, tran-
65 ſactum iri non† poſſe. uulg.l.tran
ſigere . cum multi ſimilibus.C.de
tranſact.& cùm pœna tam pro pu
blico bono, quàm pro priuato ue
niat imponenda , maius dignum
trahere habet ad ſe min⁹ dignum.
not.in c.quod in dubijs. de conſe
crat.eccle. & in l.quæ religioſis.ff.
de rei uendica.cùm in caſu noſtro
ſit inſpicienda publica tanquam
66 dignior † priuata, cui etiam illa e-
rit præferenda.l.j.in princip.C. de
caduc. tollen.cum ſimilib.& ita re
ſidet in hoc dubio D. Alexand. in
d.conſil.lxxxij. uolu.j
¶ Quicquid ſit, dato, ſine tamen
ueri præiudicio, eam opinionem
uerã eſſe , quam etiam in præſen-
tiarum approbo, & fateor, & am-
67 plector. † ¶ Limitarem in regno
ueram non eſſe,& contrarium fo
re attendendum ex aperta noſtræ
legis diſpoſitione, quæ uult mixtã
cauſam compromittēdam eſſe,ſic
vult ſic iubet ſufficit pro ratione
uoluntas:lex enim quantũcunque
dura,ſequi debet.l. ꝓſpexit.ff.qui,
& a quibus.
¶ Declara tu autem ſupradictam
limitationem procedere,quotieſ-
cunq; de mixta cauſa , ſeu delicto
ciuiliter ageretur,ac ciuili via, tũc
enim tanquam cauſa ciuilis com-
promittēda foret,ſecus uerò ſi via
criminali , quia tunc ex ſupra no-
tatis nō admitteretur .aliàs autem
ſi ſecus eſſet, ſequeretᷣ quędã cõ fu
ſio,quia de duobus vnũ ſequeretᷣ,
ꝙſi.cõpromitteretᷣ cauſa mixta ,ue
niret compromiſſum crimen, cu-
ius pęna fiſco applicaretur,& hoc

fieri non poſſet. Aut ſequeret̃ cauſæ diuiſio,quia pro pœna fiſco applicanda procederetur coram iudice ordinario,& pro pœna applicãda parti fieret compromiſſum, & ſic continentia cauſæ diuideretur, quod eſſe non debet: & quis pro eadẽ cauſa apud diuerſos iudices traheretur,quod nullo permittitur iure,imò hoc faciens cauſa cadere debet ſecundùm unam opinionem in l.prima.in fin.C.de cad.toll.glo.in c.dilectus.de purg. canonic.in c.placuit.xj,q.j.in l.nemo.C.de iuriſdict.omn. iud.in c. ex tenore.de reſcript.voluit Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinat. clxxv.Quæritur an clericus.num. ij. volumin. j. & hoc caſu cauſa criminalis,cùm ſit dignior, traheret ad ſe ciuilem. & iſtam nouam declararionem,ſalua ſemper correctione rectius ſentientis,traderem. ¶ Hæc ſunt notanda circa cognitionem cauſarũ ciuiliũ, & criminalium, quarum à doctoribus plures traditę ſunt utilitates, quarum quatuor tradidit D. Robert. Marant.in Specul.Aure. parte iiij.nu. xxxiij. cum pluribus ſeqq.ad quem ſtudio breuitatis te remitto, ne quæ ab alijs ordinatè dicta ſunt,tranſcribam.

¶Adde duas alias tu, prima eſt ad declarationem, & tollendam
68 † ambiguitatem pragmaticæ noſtrę,quæ cùm uelit ciuiles, & mixtas cauſas compromittendas eſſe,neceſſaria erat & criminalitatis,& ciuilitatis diſcretio fieri, ut de eis quiſquam facilius reſolueretur.¶Secunda vtilitas, quæ inſurgit ex cognitione differentiæ cauſarum ciuilium, & criminalium, ad diſtinguendas ciuiles iu-
69 riſdictiones † à criminalibus, ut ſunt quàmplurimę iuriſdictiones Baronum in regno habẽtium cognitiones iuriſdictionum ſeparatas,ut eſt proprie in diœceſi Compſana,in Terra ſancti Andreæ, in qua Illuſtriſſimus Dominus Loiſius Geſualdus princeps Venuſii, & Comes Compſæ habet cognitionem criminalium,& Illuſtriſsimus ac Reuerẽdiſſimus D. Alfonſus Geſualdus eius filius tituli S. Cæciliæ Cardinalis S.R.E.meritiſſimus, & Archiepiſcopus Cõpſanus habet in dicta terra cognitionem ciuilium tantùm. Eſt ſimile in terra Rutiliani prouintię Barẽſis inter Illuſtriſſimum D. Ioannẽ Laurentium Pappacoda Marchionem Capurſi, & venerabilem eccleſiam ſancti Nicolai Barenſis,vt retulit mihi Magnificus D. Octauius Siriphilus meus patruelis. pro quibus & ſimilibus terris,cuius iuriſdictiones sũt diuiſæ,emanauit illa regia pragmatica ſupra citata.incipi.Grauiter coram maieſtate noſtra.

¶Non omitto, uerum non eſſe, quod dicebant quidam in ſermone alia loquendo, ꝙ pragmatica noſtra, cùm dicat compromittendas eſſe cauſas mixti imperii, dicit

cit intelligenda eſſe uerba illa in
pragmatica loquentia de cauſis
mixtis. Confunditur enim eorum
opinio, ex quo ſi talis expoſitio
uera eſſet, compromitteret vtiq;
de cauſa tutelæ, quæ eſt mixti im-
perij,& tamen hoc uerum nõ eſt,
vt uoluit Rober. Marant. in Spe-
cul. Aure. parte ij. actu ij. nu. xxx.&
infra dicam. ¶Et executio ſenten
tiæ mixti eſt imperij, vt voluit Ab
ba. Panorm. in c. ſiquis contra cle-
ricum. nu. xxxviij. de foro cõpet.&
tamen arbiter de ſententiæ etiam
ſuę executione nec cognoſcit, ut
not. in l. cum antea. §. j. C. de arb.
Bart. in l. nõ ex omnibus. in prin.
ff. eod. titu. Bald. in d. l. cum antea.
col. fi. idem Bald. in l. fi. in vj. not.
C. de iud.& Maſuerius in ſua Pra-
xi. tit. de arb. nu. iij.& dixi infra. §.
iij. glo. iiij. q. xxvj. nu. lxxxiiij.
¶Secundò quæro, poſtquàm ui-
dimus de cauſis ciuilibus, an cau-
ſa ſpiritualis compromitti valeat,
70 cùm & ipſa ciuilis ſit, † ut eſt de
mente Cardinal. in clem. ij. q. x. de
procura.& in clemen. j. q. v. de of-
fic. deleg. ideoque prima fronte
dicendum videretur compromit
tendam fore, cùm cauſę ciuiles cõ
promittantur ex uirtute legis no-
ſtræ,& omnes, quo caſu illa gene
ralitas indefinitè prolata æquipol
71 lere debeat uniuerſali, †ut ſit apta
comprehendere etiam cauſas ſpi-
rituales. not. in c. ſi romanorum
xviij. diſtinct. in c. quia circa. de
priuileg. l. fi. C. de hæredita. vend.
l. j. §. generaliter. ff. de leg. j. l. j. §. cũ
urbem. ff. de offic. præfect. vrb. Dy
nus. in procemio titu. de regu. iur.
in vj. Bart.& Bald. in l. ſi pluribus.
ff. de leg. ij. Philipp. Deci. in rubr.
ff. de regul. iur. nu. xix.
¶Quibus non obſtantibus, con-
trarium uerius eſſe decerno in ca
ſu noſtro, ꝙ imò in laicum (ita. n.
quæſtionem formari volumus) de
re ſpirituali compromiſſum fieri
non poſſit, primò per notata in c.
ij. extra de iud. Vbi laici,& ſecula-
72 res † non habent tractare negotia
eccleſiæ. Secundò de hoc textus
eſt expreſſus in c. contingit. extra
de arbi. ubi generalis habetur pro
hibitio, ꝙ ſpiritualia in laicos nõ
compromittantur,& ita ibidem
tenet glo.& Abb. Panormi.& Ho
ſtienſ. in ſumma eiuſdem tituli. §.
de qua re. ¶Facit, quia de uniuer-
73 ſa eccleſia male† iudicat, qui laico
rum iudicium quærit, ut in c. pla-
cuit. xj. q. j. imò nec de conſenſu e-
piſcopi de re ſpirituali in laicum
compromitti poteſt, niſi de ſum-
mi Pontificis authoritate. uidetur
notari in c. Mennam. ij. q. v.& in
§. verum. xxxij. diſtinct. ex quo lai-
co epiſcopus cauſam ſpiritualem
committere non poteſt, cùm ius
74 ſpirituale non cadat † in laicum.
tex. in c. bene quidem. xcvj. diſtin-
ctio.& arg. in c. ſacroſancta.& in
c. Meſſana. de electio. Vnde gloſſ.
vnica in fin. in d. c. contingit. dice
bat, ꝙ laicus nec principaliter,
nec incidẽter poteſt de rebus ſpi-

ritualibus iudicare, eo ꝙ eccleſiaſticis tantùm perſonis eccleſiaſtica
75 cauſa † eſt committenda, argu. c. ſuper quæſtionum. §. fi. uerſicu. quod ſi. & in c. cum te conſulente. extra de offic. & poteſt. iud. deleg. & ita reſident communiter in iſta quæſtione.

¶ Nec obſtant ſupra allegata, ꝙ indefinita habeatur pro uniuerſali comprehenſione, ex quo quotieſcunque non eſt eadem ratio in quolibet comprehenſo ſub in-
76 definita, † tunc non æquipollet uniuerſali, nec ſub ea comprehenditur. uoluit Florian. de ſancto Petro in l. ſeruitus. in princip. ff. de ſeruitu. urban. præd. Alio etiam modo reſponderi poſſe, ꝙ indefinità non comprehendit eum caſum de quo eſt facta ſpecialis pro
77 uiſio, † ut not. in l. cum teſtamento. §. qui tres. ubi not. Barto. ff. de hæred. inſtitu. ita in caſu noſtro, cùm ſit facta ſpecialis prouiſo ꝙ de re ſpirituali in laicum comprommittatur, per d. c. contingit. meritò ſub indefinita illa contenta in iſta materia, ac in noſtra pragmatica non comprehenditur, cùm ſpecialiter ſuper hoc eſſet prouiſum. & iſta uidetur ueritas, aduerſus quam nulla debet admitti cauillatio. Alio etiam & tertio modo poteſt reſponderi, ꝙ cùm iſta fuerit pragmatica, & lex condita à principe, & rege temporali, non potuit, nec poteſt ſuper re ſpirituali aliquid ſtatuere. argu. auth. caſſa. C. de ſacroſ. eccleſi. & cauſa ſpiritualis non debet decidi ſe-
78 cundùm ius ciuile, ſed † ſecũdùm ius canonum. ut in c. quod clericis. de foro comp. & uoluit Paul. de Caſtr. in conſil. xlviij. & ſic remanet firma concluſio, ꝙ in laicũ de re ſpirituali cõpromiſſum nõ teneat, ut communem opinionẽ dixit Ioannes de Selua in tract. de benefic. par. ij. q. xxiij. col. iiij. uerſ. ſextò pro iſta parte facit.

¶ Primò limita non procedere, quotieſcunque de re ſpirituali fieret compromiſſum in clericum & laicum ſimul, & cum ſuperioris authoritate, ex quo tunc com-
79 promiſſum bene ualebit, † notatur in cap. per tuas. ubi Anto. de Butr. & Abb. extra de arbitris. uoluit gloſſ. in dicto cap. contingit. & tenuit Hoſtienſ. in ſumma titu. de debitris. §. de qua re. Lanfranc. de Orian. in tracta. de arb. §. hactenus. uerſi. nonò quæro. Fely. in d. c. ij. nu. iij. extra de iud. & tenuit Barthol. Soci. in conſi. clxviij. in primis determinanda, col. iij. uerſic. quinimo. uol. ij. ubi dicit hunc eſſe communem intellectum. & tenuit hanc ſententiam Ludouic. Roman. in conſil. clxxiij. pro deciſione. circa princi. & Alexand. in conſi. xcj. uiſis actis. col. ii. uerſicu. nec etiam prædictis obſtat. uol. ii. & Petrus de Ancharano in conſi. xcviii. iſtam queſtionem. in prin. & Guid. Papæ in deciſion. Grationopo. lxix. licèt ſub-

diti.

diti. numero ii.

¶ Amplia iſtã limitationem, ubi loquitur de ſuperioris authoritate, quòd nõ ſolùm ſufficit conſenſus Archiepiſcopi, uel Epiſcopi, ſed ſufficit ſi interueniat authoritas iudicis, ſiue ordinarii, ſiue delegati ad quem pertineat ſpiritualis cauſę cognitio. Notabiliter uoluit Innoc. in d. c. contingit. de arbi. refert & ſequitur Antonius Rambaudi. in apoſtill. ad Guido Papæ. deciſione lxix.

¶ Sublimita autẽ illam primam limitationem nõ procedere in delegatione, ex quo dato quòd ſimul clerico, & laico fieret ſpiritualis
80 cauſæ delegatio, nullo modo † fieri poſſet. ut uoluit Anton. de But. in c. decernimus. extra de iudiciis. & Hoſtienſ. in ſumma de offic. deleg. §. ij. uerſic. quid ſi delegatur, cauſę enim eccleſiaſticæ eccleſiaſticis debent perſonis delegari. ut not. in c. ſuper queſtionum. extra de offi. delega. & in d. c. decernimus. extra de iudiciis.

¶ Secundò limita concluſionẽ ſupra firmatam, quòd res ſpiritualis nõ poſſit compromitti in laicum, non procedere, quo ad fructus,
81 † & expenſas, tangentes rem ſpiritualem, quia de eis compromitti ualet in laicum. ut docuit Hoſtieſ. in ſumma. de arbit. §. de qua re. in fi. Specu. in tit. de arbi. & arbitrat. §. reſtat. nu. ii. uerſicu. item de ſententia excommunicationis.

¶ Tertiò limitatur concluſio præ dicta nõ habere locum in arbitratore, ex quo de re ſpirituali in laicum uti arbitratorem ualet com-
82 promiſſum. † tenuit Hoſtienſ. in d. §. de qua re. in fin. Specu. in d. §. reſtat. nu. ii. uerſic. item de ſententia. tenuit Bal. in titu. de pace conſta. §. ſententiæ quoque. in v. uerſ. poſſeſſiones. Pet. de Anch. in conſil xcviii. iſtam quæſtionem. ubi dixit dictum c. contingit. in arbitratore locum non habere, & ſequitur ſublimis Alexand. in l. Titia. ff. ſolu. matr. & in conſil. xcii. uiſis actis. col. ii. uerſic. prædictis. uol. ij.

¶ Quam limitationem (parcãt mihi tantorum uirorum, manes) ueram non eſſe diiudico, ea tantùm fretus ratione ex notatis in d. c. decernimus. ibi, decernimus ut laici eccleſiaſtica tractare negotia non præſumant, maxime ſubſequitur ibi text. de illis quę ſpiritualia eſſe noſcuntur, laicorũ iudicio nõ diſponant. Per quæ uidetur ſiue ut arbitris, ſiue ut arbitratoribus, ac quocũq; modo laicis ablata ſpiritualiũ cognitio. Quam opinionẽ tenuit nimis reluctanter Lud. Roma. in conſi. cccxix. in propoſita cõſultatione. nu. x. & per totum. & uidetur de mente Abb. Panor. in d. c. contingit. nu. i. in fi. per notata in d. c. decernimus.

¶ Et non ab re ſpiritualis cauſa laico abſolute compromitti nequit, clerico autem ſimul cũ laico ſic, ratione connexitatis clerici, cùm & aliàs faciat eandem fere opera-

tionem

tionem, ſcitis illud, quod cotidie ſentitur per ora doctorum uolitare, quòd ſi propter delictum commiſſum eſſent inquiſiti clericus, & laicus, vel alij quamplures inter quos clericus reperiatur, qui ad eccleſiaſticum iudicem ſe remitti petat, ꝙ rõne clerici ẽt laici cauſa
83 † eſt ad eccleſiaſticum iudicem remittenda, ne ſequatur cauſæ diuiſio, ac etiam plures ſententiæ forſan diuerſæ. ita originalitet dixit Antonius de Prato ueteri in l.j. in fi.ff.quæ ſenten.ſine appell. reſcinden.& in indiuiduo cõſuluit Mar. Socin.in conſil.xij. quoniã in præſentiarum.col.v. uerſic. uerum in terminis.uol.j. quẽ refert, & nuncupatim ſequitur Barthol. Socin. eius filius in l.cum ſenatus. in fin. ff.de reb.dub. ubi dicebat ita conſuluiſſe genitorem ſuum. & dixit idem Marian in c.fin.xj.principali articulo. fallẽ.viij. extra de mut. petit. faciunt notata per ducem meum Alexand.in conſil. cxlix.in cauſa inquiſitionis.per totum.uolu.vj.refert ac ſequitur Felyn.in c. placuit.nu.xj.extra de pręſcriptio. Ioan.ab Imo.in conſil.cxxxix.præfatus ſeruus.col.iij.cõgerit Hypp. de Marſ.in conſil.crimin.lxvij.Domine Deus cœli.nu.lxij.& in ſing. clxxx.plura tenuit Ioã.de Arnono, Soliloq.lvij.non eſt negligendum. ubi dicit ita ſe in facto obtinuiſſe apud religioſiſſimum iudicem: & ſi obtinuit, fortaſſe non obtinuit in magna curia vicarię.Quãquam ita etiam dicat Anto.Capyc.in deciſion.Neapo.clxxiij.quando ſunt plures.ubi dicit,quòd quãdo ſunt plures conuenti,inter quos eſt clericus, petens fori declinatoriam, ac remiſſionem,quòd quãdo cauſa eſt diuidua, retinent laicos,& remittunt clericos, & ita dicit ipſos ſeruare ſolitos in ſacro cõcilio, & ponit ibi exemplum in ciuilibus, ut ibi uidere poteris.

¶Inde eſt quòd occaſione clerici, fratres habentes commune,& indiuiſum patrimonium cum clerico, non tenẽtur collectas ſoluere.
84 † Voluit Ludou. de Lodouiſijs in quodam ſuo cõſilio.incip.præmittendum eſt.ubi dixit,quòd ſi ſunt duo fratres, qui cõmune poſſidẽt patrimonium, quorũ unus excuſatur a ſolutione collectarum ob numerum duodecim liberorum, quòd ratione communionis, eo priuilegio etiam alius frater gaudere debet.refert & ſequitur Hippoly.de Marſil.in d.ſingu.clxxx.& in conſil.crimin.lxxxiiij. Vias tuas domine.nu.xxxiiij. cum ſeq. & in l.de minore.§.tormenta.nu. xiiij. ff. de quæſt. & uoluit etiam Bernardinus Bombinus Cõſentiuus. in ſuo quæſito.viij.poſt eius uolumen conſiliorum.

¶ Non omitto circa iſtam materiam, quòd laicus non poteſt eſſe
85 uicarius epiſcopi, † bene autẽ poteſt eſſe aſſeſſor. ut uoluerunt Innoc.Anton.de Butrio.Abb.Pano. & Felyn.in d.c.decernimus.& uo

luit Lanfranc. Orianus in tract. arbitrorum. §. hactenus. uerſicu. nonò quæro. & Ioan. de Selua in tracta de benefic. parte ij. q. xxiij. col. iij. verſic. tertiò pro iſta ſolutione. mouentur quaſi omnes authoritate tex. in c. in noua. xvj. q. vij.

¶ Limita autem nõ procedere in epiſcopo habẽte iuriſdictionẽ tem
86 poralem, ex quo tũc † laicus poterit eius eſſe vicarius. Ita Abb. & Felyn. in d. c. decernimus. per c. fin. extra ne cleri. uel monach.

¶ Tertiò quæro, an matrimonialis cauſa in noſtræ legis campis uerire poſſit, ita ut in laicum compromitti ualeat? Prima facie dicẽdum uidetur, matrimonialem cauſam in laicum compromitti poſſe, ex quo iudex qui cognoſcit de cauſa principali, poteſt incidẽter cogno
87 ſcere † de cauſa matrimoniali, ut eſt text. not. in l. quoties. C. de iud.

¶ Secundò probatur ex eo quòd ubi proceditur de plano per modum confeſſionis, non autem per modum, & viam ordinariæ diſce
88 ptationis, permiſſa eſt ipſi † laico iudici ſpiritualis cognitio incidens. Voluit Specul. in titul. de rei vendi. §. ſed nunc dicamus. uerſic. ſed nunquid incidẽter. refert Bal. in l. Titia. per totum. ff. ſolu. matr.

¶ Tertiò & ultimò probari uidetur ex eo, quòd ubi ſummaria eſt cognitio, nõ eſt prohibitũ laico iudici de ſpiritualibus cognoſcere. uoluit Bal. in auth. ei qui iurat. C. de bon. authorit. iudi. poſſid. & in l. ij. C. de carbon. edict. ergo &c.

¶ Quibus non obſtantibus cõtrarium uerius eſt in caſu de quo agitur, & ĩ ſtatuto, & pragmatica noſtra. Primò remouebo contraria, & deinde fundabo opinionem ueriorem & legibus, & rationibus, & argumentis.

¶ Ad primum igitur reſpondeas
89 non obſtare tex. in d. l. quoties. † ex quo ille tex. intelligi debet, quòd ille iudex ſecularis incidẽter cognoſcat de alia re, non autem quando incideret quæſtio ſpiritualis, ut eſt in caſu noſtro. Ita dicit not. Bar. in d. l. quoties. in princ. Vel ſecundò reſponderi poteſt illud antea proceſſiſſe de iure ciuili, ſecus autem de iure canonico, quia ab eo fuit limitatum. ita uoluit idem Bartol. in d. l. quoties.

¶ Ad ſecundum patet reſponſio per fundamenta dicenda pro opinione noſtra.

¶ Ad tertium & ultimum reſponderi poteſt, quòd dato, & nõ conceſſo, quòd ubi proceditur ſummariè, ſit pmiſſa iudici laico quæſtionis ſpiritualis cognitio, tamen non habet locũ in arbitro, ex quo arbiter debet, ac habet de iure procedere iuris ordine ſeruato, & ordinariè, non autem ſummariè, ut dixi latè infra. §. iij. glo. j. num. xxj. cum pluribus ſequentibus. Ideóq; cùm debeat ordinariè procedere, non ſumus in ſummarijs. & iſta concluſio firmari poteſt ex omnibus dictis in præcedenti quæſtio

ne, &

ne, & infraſcriptis ultra ibi dicta.
¶Primò quia cauſa natalium, in
qua de matrimonio habet tractari
in caſu, & ſucceſſione Reginæ Ci
90 pri, ut † quæ ad eccleſiaſticum fo
rum ſpectabat, fuit tandem per
Honorium iij. Ludouico cuidam
Francorum regi cognitio prohibi
ta.ut no.in c.tuam non credimus.
extra de ordine cognitio. & idem
notatur i c.lator.extra.qui fil.ſint.
leg.faciunt notata in c.ſi iudex lai-
cus.in prin.de ſentẽ. excom.in vj.
¶Secundò probo, quòd quando
ex forma conſtitutionis,ut in caſu
noſtro, vel ſtatuto caueretur om-
nes cauſas eſſe compromittendas
in arbitros, & arbitratores de iu-
91 re, & de facto † eo caſu non pote-
rit compromitti cauſa ſuper qua
eſt prohibita tranſactio.ut not.uo
luit Bartol.in l.ius dandi.aliàs inci
pit l.prætorum.ff.de tutorib.& cu
rato. dat.ab his.ſed ſic eſt quòd in
huiuſmodi cã matrimoniali tran-
92 ſactio eſt prohibita, † ut in c. ſta-
tuimus.extra de tranſ.ergo &c.
¶Tertiò facit,quia conſtitutio ge
neraliter loquens nunquam con-
tinet,aut comprehendit ea de qui
bus ſtatuentes non potuiſſent ſpe
93 cialiter diſponere,aut † ſtatuere.l.
Lucius Titius.§.Imperatores.ff.ad
municip.& l.ſi pater.ff.de his quę
in fraud.cred.ſed conſtitutio irra-
tionabilis temporalis iuriſdictio-
94 nis iuri † canonum contraria non
ualet, ergo &c. Quod autem non
ualeat, ſubtiliter diſputãdo tenuit
Ioan.Calderinus in cõſil.xviij.ſub
rubr.de conſtitu. & habetur clare
in c.cum eſſes.extra de teſta.quòd
autem uideretur irrationabilis,pa
tet,quia laico eſt prohibita omni-
moda cognitio ſpiritualium.ut in
d.c.decernimus. extra de iudicijs.
& etiam ex hoc, quia epiſcopi iu-
riſdictio debilitaret, & minor ſu-
perioris legẽ tolleret, quod eſt ab
ſurdum. ut in cle. ne Romani. de
elect.cum concord.
¶Quartò & ultimò ꝙ cauſa matri
monialis compromitti nequeat,
95 † eſt tex.expreſſus qui inficiari nõ
poteſt,in c. cauſa in fi. extra de in
integrit.reſtitu.
¶Ratio autem huius concluſio-
nis eſt, quiã cauſa matrimonialis
maiores requirit iudices, ut in l.
non diſtinguemus.§.iulian⁹.ff. de
arbitri. & habetur ĩ d.c.cauſa. ibi,
in matrimoniali uerò cauſa, ac li-
berali,uel criminali,quia maiores
requirit iudices,arbiter conſtitui
non poteſt: arbitri autem mino-
res dicuntur iudices, & ideo eorũ
ſententia, non per omnia ſentẽtia
dicitur.ut in l.quid ergo.§.ex com
promiſſo.ff.de his qui not. infam.
vbi arbitri ſententia non infamat,
ſicuti ſententia iudicis.
¶Secunda autem concluſionis ra
tio ea eſt,quia cùm matrimonium
96 †ſit de iure diuino,quia fuit a deo
inſtitutum in paradiſo delitiarũ.
vt habetur Gene.c.ij.ibi hoc nunc
os ex oſſibus meis, & caro de car-
ne mea & ibi, creſcite,& multipli

camini.& habetur per Flauium Ioſephum antiquit. Iudaicarum.lib. j.c.ij. eſt enim ſacramentum eccleſiæ catholicæ. ut docuit Auguſtinus in lib.de fide ad Petrum.c.xlij. ubi dicit formaliter. Firmiſſime tene, & nullatenus dubites nuptias quoque diuinitus inſtitutas. & benedictas. & paulò poſt. Nec ſolas primas nuptias a Deo inſtitutas, ſed etiam ſecundas & tertias, pro eorum qui ſe continerre non poſſunt infirmitate conceſſas. Ob qđ ut interim id obiter non prætermittam, confunditur hæreſis chataphrygum, quorum authores fuerũt Montanus, & duę ipſiũs pſeudoprophetiſſę Priſca, & Maximilla, qui ſecundas nuptias pro fornicationibus prohibebant. ut docuit Auguſtinus in lib. de hæreſibus.c. xxvj. ad quos dum aliquandiu in fidę catholica perſtitiſſet Tertullianus Carthaginenſis tranſiit, & factus hæreticus ſecundas nuptias cõtra apoſtoli doctrinam tanquam ſtupra damnabat. Auguſtinus horum hęreſes, uti peſtiferas catholicæq; fidei contrarias reſpõdit per ſupra notata. Matrimoniũ enim, ut ab inſtituto non diſcedamus, ſacramentum eſt antiquæ, & nouæ legis, antiquæ quantum ad inſtitutionem, nouæ autem quantum ad effectũ, & perfectionem. vt docuit Ricchardus in iiij.diſtinctio.articulo xxvi.q.ii.cui etiam aſcribit ſacroſancta ſynodus concilij Tridẽtini, facta ſub Pio.iiij. Pontifice Maximo, ſeſſione xxiiij. c.j. incip. Matrimonij. Cùmque iuris diuini, non autem ciuilis, fuerit inſtitutio, ideo ad inſtituentis vicarium, ſeu per eum deputatũ eius cognitio ptinet. ut dixit hoc Abb. Pano.in c. cùm ſit generale.extra. de foro compe. hac igitur ratione in compromiſſum reduci nõ põt.

¶Tertia concluſionis ratio ea eſt, quam ſolent tradere doctores cõiter, ex illa regula generali, tradita in pręcedenti quæſtione, ꝙ cauſa matrimonialis ideo compromitti nequit, quia iudex laicus, nec principaliter, nec incidenter cognoſcere poteſt de ſpiritualibus. ut in c. quanto.& c.decernimus.de iud.& in d.c.lator.qui fil.ſint legit.

¶Quarta, & ultima ratio eſt, quia cùm matrimoniũ ſit à Deo inſtitutum, ut ſupradictũ, quos Deus coniunxit, homo non ſeparet. c. quos Deus.xxxiii.q.ii. & in c.ii.de tranſl.præl.itaq; pronunciare non fuiſſe matrimonium, uel eſſe, non homo ſed ſolus Dei Vicarius poteſt, vt in d.c.ij. vicarius Dei intelligitũr deputatus ab eo, vt eſt epiſcop⁹ qui de hoc cognoſcit, c. i. de conſang.& affinita. qui epiſcopus tunc tenet locum Dei, vt probatur in c. accuſatio. in fi.ij.q. vii.

¶ Quę cõcluſiio vt ſupra firmata vnico omnium ore amplectitur, & in primis eã tenuit gloſſ. in c. i. de conſang.& affin.glo.in c.tuam. de ordi. cognitio.alia gloſ. notabilis in d.c.lator.qui fil.ſint leg.& in

d.c.ſi iudex laicus. de ſent.excommu. in vj. tenuit etiam Goffredus de Trano in ſumma extra de arbi. & Hoſtienſ.in ſumma titu.eod.§. de qua re.tenuit etiam Bartol.in l. quoties.C.de iud.Abb.Pano.in d. c.tuam.nu.iij.in ij.notab.idem Panor.in d.c.lator.nu.iij.& in c.cauſa reſtitutionis.nu.iiij.extra de reſtitu.in integrum.latiſſime congerit Ludouic.Rom.in conſi.ccxix. in propoſita conſultatione.per totum.Lanfranc.Orian.in tract.arbitrorum.§.compromiſſum. & hæc eſt communis ſententia.

¶Primò limita eam nõ procedere,in arbitratore,in quem uti amicabilem compoſitorem poteſt de re matrimoniali compromiſſum
97 † fieri. ut multos allegãs uoluit Petrus de Ancha. in conſil.xcviij.iſtã quæſtionem.per totum.

¶Iſta tamen concluſio meo quidem iudicio nullo modo poteſt ſubſiſtere,ex quo confunditur, & annihilatur per ea quę diximus in quæſtione præcedenti, quando ex quorundã mente in arbitratorem de re ſpirituali compromiſſum fieri poſſe dicebatur, quã nullo modo ibi approbauimus,ut uidere & per ea etiam reſpondere poteris ad iſtam limitationem. Quam etiam (quem ſequor) nullo modo acceptare uoluit Abb.Panor.in c. contingit,extra de arbit.eamq; limitationẽ etiam totis viribus pręturæ compulſis refellit eleganter Ludo. Roman. in d.conſil.ccxix. in propoſita, per totum.Quam & ego etiam minimus, & inter doctores uermiculus enixe recuſo.

¶ Secundò limita præfatam concluſionem ſecundùm doctrinam Barto.in d.l.quoties.non procedere quando eſſet cõtentio,num fuerit contractũ matrimoniũ per verba de præſenti, ex quo tunc poſſet
98 compromitti, † & coram ſeculari iudice hoc videri.Quam nõ admittit Abb. in d.c.lator. nu. j. & eam refellit Bal.in l.non diſtinguemus. §.de liberali.ff.de arbit.vbi dixit ꝙ non poteſt arbiter recipere probationes ſuper matrimonio, etiam ſi ſit quæſtio ſuper iure ſuccedendi,quod ultimum non admittere, & illi limitationi obnixè cõtrariari uidetur tex.in d.c.tuam.de ord. cognitio.vbi coram Rege Francorum tractabatur ius ſuccedenti in comitatu per Reginam Cypri cui per tertiũ fuit oppoſitus defectus natalium, in quo ueniebat diſcutiendum, an matrimonium eſſet perfecte contractũ,& tamen prohiber ibi cognitio, donec non fuerit determinata natalium quæſtio per Romanum Pontificem, & ſic eſt contra Bartoli opinionem.

¶ Tertiò limitabat prædictã concluſionem Abb. Panor.in c.cauſa reſtitutionis.nu.iiij.extra de in integrit.reſtit. non procedere in matrimonio ſpirituali,quia ſuper eo
99 poteſt arbiter † aſſumi.per not.in c.ex parte.extra de arbit.& in c.cũ inter.de elect.cum concord.quod

an verum

an verum ſit, cùm ipſa ſpiritualis cauſa ſit, in proceſſu tractatus demonſtrabitur.

¶ Quartò quæro, an cauſa uſurarum ueniat in pragmatica noſtra, ita vt & ipſa compromitti ualeat in laicum? & omiſſo multiloquio, quod pro vtraque parte fieri poſſet maximè cum aliàs, ad alium tamen finem, locutus fuerim de iſta quæſtione, & in effectu in regno iſto Neapolitano hoc uidetur magis dubitabile, quia quòd compromitti poſſit in laicum cauſa vſuraria, probari uidetur ex conſtit. Regni. Vſurariorum. ſub rub. de vſurar. prauit. & in conſtit. ſtatuimus. eod. titu. vbi rex Rogerius dicit, ꝙ
100 quæſtio uſurarũ † in ſua curia adducta, in eadem diffiniatur, & terminetur, & ſic infertur apud ſecularem iudicem poſſe uentilari, nimirum ſi apud arbitrum ſecularẽ compromitti poſſit, cùm & arbitria ad iudiciorum ſimilitudinem ſint redacta, ut in l. j. ff. de arbit. cũ ſimilibus. ſecundò ad hoc etiam facit regia pragmatica Caroli de Auſtria. V. Imperatoris. incip. vſura-
101 riorum. ubi datur poteſtas † ſecularibus iudicibus procedẽdi, & inquirendi ex officio contra vſurarios manifeſtos.

¶ Quæ tamen ſi bene conſiderentur, nõ faciunt ad caſum noſtrum, & cõtrarium uerius eſſe exiſtimo primò quia quæſtio uſurarũ ſi bene inſpiciantur uerba conſti. uſurariorum. §. crimen. titu. allegato, dicitur crimẽ, & ſic uſurarum cauſa dicitur criminalis, maximè cùm pœna publicationis omnium bonorum ſtatuta in illo textu applicetur fiſco, quo caſu dicitur criminalis ſecundùm glo. no. in l. iij. C. de ſepulch. viol. cum infinitis concordantibus adductis a nobis ſupra eadem glo. nu. liij. ideoq; cùm cauſa vſuraria dicatur criminalis, nullo modo cõpromitti poteſt in arbitros, ꝑ notata in lege noſtra, ubi ſtatuitur tantummodo ciuiles cauſas & mixtas compromitti debere ibi (in cauſis ciuilibus, uel mixtis) de criminali aũt an compromiſſum fieri poſſit, infra dicam in diſcurſu materiæ.

¶ Secũdò quòd talis vſuraria cauſa in laicos arbitros nequeat compromitti, ſic probo. Quæſtio ſpũa-
102 lis incidẽs corã iudice laico † debet remitti iudici eccleſiaſtico. ut in c. tuam. de ordi. cognit. & in c. lator. qui fil. ſint leg. ſed ſic eſt, ꝙ quęſtio vſuraria eſt ſpiritualis, ergo &c. & debet remitti iudici eccleſiaſtico. Minor, quòd quæſtio vſuraria ſit ſpiritualis, probatur per c. ex tenore. extra de for. compe. & in c. quomã. extra de vſuris. & ſic data maiori, & minori propoſitionẽ pro uera, vt eſt in effectu, ſequitur concluſio neceſſaria, quòd cauſa vſurarum non poteſt per laicum arbitrum cognoſci.

¶ Tertiò uſura eſt crimen eccleſiaſticum, ut notat text. iuncta glo. in ſumma. xj. q. j. ſed crimina eccleſiaſtica

103 ſtica ſolus iudex † cognoſcit eccle-
ſiaſticus, ut notatur ĩ c.ſiquis cum
clerico.ĩ ſi.xj.q.j. ergo vſura in lai
cum tãquam in arbitrum non ua-
let compromitti, cùm toti⁹ cogni
tionis laicus iudex ſit incapax.
¶Quartò & vltimò facit, quia iu-
dices & officiales ſeculares non de
104 bent ſe intromittere † ad cogno-
ſcendum de crimine eccleſiaſtico
ut patet per capitulum regni, edi-
tum a Rege Carolo ſecũdo. Quod
incipit. Item ſtatuimus.ſub rubri.
quòd ſeculares perſonæ non ſe in
tromittant ſuper aliquo crimine
eccleſiaſt. Sed cauſa uſurarum eſt
cauſa & crimen eccleſiaſticum, ut
ſupra probatum eſt, ergo per iudi
cem, ſeu arbitrum laicũ nullo vn-
quam modo cognoſci poteſt.
¶Demum in hoc communis eſt
omnium doctorum ſententia, co
gnitionem criminis vſurarũ per-
tinere ad iudicem eccleſiaſticum,
105 non autem ad iudicem † laicum.
& in primis eam tenuit Paul. de
Leazariis in clem. ex graui.de vſu
ris. tenuit Camillus Salernus in
proœ.conſuetud. Neap. §.præfa-
tis.ſequitur cum Barto.aliquantò
tamen moderatius in l. Titia. nu.
vij.ff.ſolut.matr.tenuit Cardinal.
in conſi.cxc.Philipp.Corn.in con
ſil.ccxxvij.viſo ꝓceſſu agitato. lite
ra.d.vol.iij.Calderin.in conſil.iij.
Ioannes de Firmo.in tract.de Epi
ſcopo.lib.iiij.parte ij.col.ij. uerſi.
tertiò quæro. & Philipp. Franc.
in c.i.in principio de vſur. lib.vj.
videtur de mente Socin.in conſi.
ccxix. Circa primam difficultatẽ.
volu. ii. expreſsè tenuit Raphael
Fulgoſ.in conſi. cxxxiiij. In quæ-
ſtione uerſa.colu.fin.uerſ.poſtre-
mò.& Gaſpar Calderi. ſi bene in-
ſpiciatur in conſi. ccxxxvj.Inhærẽ
do.in fin.inter conſil.Petri de An
char. & voluit etiam Alexand. in
d.l.Titia.col.iiij.& uoluerat antea
Federic. de Senis in conſi.xcvj. &
in conſi.ccxlv. & iterum in conſi.
ccc.Felyn.& alii in c.cùm ſit gene
rale.extra de for.compe. idem Ga
ſpar Calder.in d.c.j.de vſur.in vj.
& tenuit expreſſim Laurẽ. de Ro
dulphis.in tract.de uſuris.q.cxiij.
voluit Alexand.in conſi.xxxix. vi-
ſo ſtatuto,& themate.col.ij.verſi.
ſecundò moueor.vol.iiij.& in cõ
ſil.lviij.circa primum.in fin.& in
conſi.lix.viſo inſtrumento.col.iij.
vol.j.Mattheus de Afflict.in dicta
cõſtit.ſtatuimus. Andreas de Iſer.
in c. j. §. contrahentium inceſtas
nuptias.in prima col.tit. quæ ſint
regal.in feudis. Antiquus doctor
Sebaſt.Neapoda.de Neapoli in d.
c.regni. item ſtatuimus,ꝙ officia-
les, ſiue ſeculares.ſub rubr. Quod
perſon.ſecul. non ſe intromittit.
in aliq.crim.eccleſiaſt.Paris de Pu
teo in tract.ſynd. in verſ.inquiſi-
tio.in fin.Rober. Marant.in Spe-
cul.Aur.in verſ.inquiſitio.nume-
ro cvij.cum pluribus. ſeqq. & D.
Franciſc. Marcus in deciſio. Del-
phinat. ccccxcvij. quæritur an in
cauſa.à nu.xxj.uſque ad finem.vo
lu.j.

lu.j.Ioan.de Arnon.in problemate.xiij. in Epithomatibus. ſentire uidetur etiam D.Anton. Florentinus in Summula confeſſ. cui titulus. defecerunt. parte ij. titulo de
106 epiſcopis.ubi dicit ꝙ peccat† mortaliter epiſcopus non puniens uacantes uſuris, ludis, & aliis, ut ibi, tenuit etiam Orianus in tract. de arb. §.compromiſſum. uidendus eſt etiam de hoc D. Andreas Alciat. in c.pernicioſam. nu. lxxvij. de offici.ordi. Ioan. Bapt. Villalobos in tract.opin.commun. §.uſura.nu.72.ad quod facit,ꝙ non ualet ſtatutum diſponens de modo probandi contractum uſurariũ, ex quo cauſa uſurarum non ſpe-
107 ctat ad laicos.† uoluit Federic. de Senis in conſi. cxvii. quem refert & ſequitur Alexand. in conſil.lix. viſo inſtrumento.uerſ. pro hoc allegat.col.iij.uol.j. ad quod concinit etiam aliud,ꝙ ſi agatur coram epiſcopo petendo abſolutionem à iuramento, qui impetrauit abſolutionem prædictam ab epiſcopo, non poteſt agere de ſimulatione contractus, uolendo oſtendere eum uſurarium coram alio iudice, quia debet uideri coram epiſcopo, ratione cõnexitatis, quam habet præparatorium cum præparato. Voluit not. Alexand.in d. conſi. lviij. circa primum.in fin. vol.j.& dum de facto interrogaretur an crimen uſurarum eſſet eccleſiaſticum celeberrimi doctores Domini Ioannes Angelus Piſanellus de Neapoli, & Ioannes Nicolaus de Vicarijs de Salerno Patritius primarius, ut fuit mihi oſtenſum uotum ipſorum. & hæc eſt concluſio communiter recepta.

¶ Quam primò limita ſecundùm quoſdam & quaſi omnes ſupra citatos non procedere, niſi quando agatur ad cognoſcendum, an ſit commiſſa uſura, uel non, & an cõtractus dicatur uſurarius, uel nõ, ex quo tũc indiſtincte eius cognitio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, & ita inter alios memoro dixiſſe D. Andream de Iſer. in d.c. j. §. contrahentium inceſtas nuptias.col.j.titul. quæ ſint regal. in feudis, & poſt eum ſentit Bald. in c.j.§.ſimiliter. in princip. titu.de contr. inueſtit. in feudis. ſenſerat Bart.in d.l.Titia.nu.vij.ff.ſol.matri.& Philipp.Franc. i c.j.de vſur. lib. vj. ac poſt eos Paris de Puteo. in tract. de ſyndicatu. in uerſ. inquiſitio.in fin. & D. Bernardinus Siriphilus de Oliueto, meus auunculus ſuo tempore iuriſconſultus celeberrimus in quadam apoſtilla ad Iſern. in d.§. contrahẽtium.
108 Qui miro ordine † ſcripſit ſuper capitulis regni ante D.Ioannẽ Antonium de Nig. & ſuper ritibus ante D. Proſperum Carauitam, Troiſium, & Scaglionum, & complura alia opera ſubtilia, utilia, & fructuoſa, & in regno apprimè neceſſaria, quæ ob eius mortem nõ fuerunt impreſſa, & reperiuntur penes duas eius filias, quæ alicui

noluerunt fidere, & bene, mortuus eſt dum eſſet conſiliarius Sereniſſimæ Bonæ Sfortiæ de Aragonia Reginæ Poloniæ, poſt obuitum cuius in eius locum ſubrogatus fuit peritiſſim' Doctor D. Vincẽtius Maxilla, ut ipſe teſtatur in ſuis operibus ſuper Conſuetud. Bari. in §. quicunque. nu. xxiiij. ſub rubr. de immunit. noſtr. ciuita. licèt D. Follerius in Fragmẽtis poſt praxim criminũ. in titu. de vſur. nu. liiij. dicat ꝙ iudex ſecularis erit iudex competens, quando dubitatur an cõtractus ſit uſurarius. per notata in dicta conſt. ſtatuimus. Quod an uerum ſit, ex ſupra notatis patet, & aliis per quæ dico eius opinionem ueram non eſſe pro nunc.

¶ Secundò limita, quòd tunc uſurarum crimen ad eccleſiaſticum iudicem pertineat, quãdo peteretur uſurarium puniri iuxta pœnas canonum, quæ ſunt plures.

¶ Prima ꝙ non admittatur ad cõ-
109 munionem altaris. †ut in c. quia in omnibus. extra de uſur. quod ampliat ibi Abb. Panormita. quod non aſſiſtat in eccleſia quando celebrantur diuina. ¶ Secunda ꝙ non admittatur ad oblationem. ut in d. c. quia in omnibus. ¶ Tertia, ꝙ non recipiantur ad confeſſionem peccatorũ donec de uſuris non ſatisfecerint, uel cautionẽ idoneam præſtiterint de reſtituendo uſuras extortas tam præſentibus, quàm abſentibus. iuxta not. in c. quaquàm. de uſur. in vj. ¶ Quarta, ꝑ vniuerſitates, & collegia, non oriundi exercentes vſuras debẽt expelli. ut in c. uſurarũ. de uſur. lib. vj. ¶ Quinta pęna vſurarii eſt ut nõ ſepelliatur in ſepultura eccleſiaſtica. ut in d. c. quia in omnibus. ¶ Sexta pœna eſt, quia uſurarii efficiuntur infames infamia iuris. ut in l. improbum. C. ex quib. cauſ. infam. irrog. & habetur in c. infames. iij. q. vij. & in c. infames. vj. q. j. Voluit D. Anto. de Butri. in c. Raynutius. extra de teſta.

¶ Septima pœna, ꝙ in eorum teſtamentis nullus interueniat niſi ſatisfecerint. ut in d. c. quanquàm.

¶ Octaua pœna, ꝙ eorum teſtamenta ſunt ipſo iure nulla, ſi non ſatisfecerint, ut in d. c. quanquàm.

¶ Nona pœna eſt, quia repelluntur ab obtinendo beneficio, ut uoluit gloſſ. in c. præterea. de uſuris. Panormita. in c. inter dilectos. colu. ij. extra de exceſſ. prælat. ¶ Decima pœna eſt, quia clerici vſurarii, ab officio, & beneficio ſuſpendũtur. ut noluit tex. in d. c. præterea. de uſuris. & uoluit alia enumerãs Ioan. Bernard. Diaz Hiſpanus, in utili Pract. crimin. Canonica. cap. lxxxij. vſurarii. per totum, & in c. ſeq. Et ſunt nonnullæ aliæ pœnæ, quas cùm non ſit materia noſtra ex propoſito prætermittimus.

¶ Quando verò tractatur de imponenda pœna vſurario iuxta tradita per ius ciuile, tunc ſpectat cognitio ad iudicem ſecularem.

ut uoluit Andr. de Iſern. in d. §. contrahentium inceſtas nuptias. colum.j. & uoluit Sebaſtianus de Neapoli.in d.c. item ſtatuimus ꝙ officiales,uel ſeculares.¶Sed contrarium uidetur innuere Bald. in d.§.ſimiliter.de controuerſ.inueſtitur.Vbi dicit, quòd nec de reatu cognoſcit iudex ſecularis, in materia noſtra, ſcilicet vſurarum. tu cogita.

¶Tertiò limita eandem concluſionem non procedere, ubi ageretur de quantitate uſurarum,quoniam illius cognitio apud iudicē

110 ſecularem uideri poteſt.†Philipp. Franc.in d.c.j.col.j.de uſur. in vj. & voluit Lanfranc. de Orian. in tract.de compromiſſis ſeu de arbitris.§.compromiſſum. uerſicu. Ego puto.

¶Quartò limita eandem concluſionem procedere non poſſe, ubi

111 uſura peteretur ut intereſſe,† ſiue lucrum ceſſans, ſiue damnū emergens: tunc enim iſta cognitio ad iudicem ſecularem ſpectat, & eſt permiſſa.Innocen. in c.j. extra de uſuris.Lapus allegat. v. & iterum allegat.lvj.Philipp.Franc.in d. c.j. Hieronymus Cagnolus in l.curabit.nu.xlv.C.de act.empt.

¶Quintò & ultimò ſupra notata concluſio limitatur non procedere

112 in arbitratore laico,† quia in eū uſuraria cauſa compromitti poteſt,ut cōcludit Petrus de Ancharano.in conſi.xxxiiij. in hac cauſa quia.col.ij.idem Ancha. in conſi. xcviij.iſtam quæſtionem. ubi hoc expreſſe fatetur. ¶Cōtrarium cuius enixe tenuit Ludo. Romanus in conſi.ccxcix.in propoſita cōſultatione.per totum.& nos latè docuimus ſupra eadem gl.nu. xcvij. ubi te remitto. ¶ Quicquid autē ſit in iudice, in arbitro an valeat compromitti quæſtio uſuraria,

113 †Lanfranc.in tract.de arbitr. §. cōpromiſſum. allegans Bal. in titul. ſi contra. vaſal. in vſib. feud. quē non potui inuenire, imò nec etiā inueni titulum hoc modo allegatum,& Abb.Panor. in c.cōtingit. nu.ij. de arb.allegans dictum eiuſdem Bald.in tit. de cōtrouerſ. inueſt. §. ſimiliter. ubi nullo modo de hoc facit uerbum aliquod, cōcludunt tamen Panor. & Orian. quòd ſi agatur de uſuris, & dolo præterito, quòd fiat compromiſſum in arbitrum: aut de dolo futuro, & tunc non fiet, licèt quodammodo Panor.ibi ſtet ſuſpenſo pede more gruis.

¶Contrarium tamen (& hoc mihi uidetur uerius) quòd compromitti nequeat in arbitrum laicū cauſa uſuraria. tenuit Lapus Caſtellioneus.in alleg.lv.Quidam ce rani iudice. Ioannes de Imol.in c. innotuit. extra de arbitr. Paul. de Caſtr.in conſi. lxix. in princip. E ego minimus, ut meum etiam in hoc cadat iudicium, idem cēſeo, ſola contentus authoritate eius, qui ubiq; eſt, Bald.in c. ex literis. extra de iureiurand.Vbi ſimpliciter

ter aſſerit, uſurariam cauſam in laicum aliquo modo compromitti minime poſſe, cui, ueluti optimo duci, toto corpore inhæreo, cùm ſolus non ſim, ſed idem ſenſerint Lapus, Imola, & Caſtrenſ. ubi ſupra, motus etiam ex textu not. in c. decernimus. extra de iudic.

¶Sola tamē ſemper mihi placuit opinio, tunc in arbitrum laicum de uſuraria cauſa compromiſſum tenere, dum peteretur ut intereſſe emergentis damni, ſeu ceſſantis lucri, ut ſupra dixi ī caſu quartæ limitationis.nu.cxij. Cùm hoc non uideatur iſta cauſa habere in ſe annexum aliquod ſpiritualitatis, & ita cōcludo in terminis huius l. noſtrę, ſaluo iudicio rectiori, cùm idē videatur ſenſiſſe Panor. in conſi. lxiiij. Quo ad primum. col.ij. uerſic. valuit inſuper dicta prouiſio.vol.j.

¶Nec obſtant notata in dicta cōſtit. ſtatuimus. & conſt. vſurariorum. Quia licèt difficile eſſet in regno aliter ſeruari in iudiciis, ſecus tamen in arbitrijs, quia cùm cōſt. ſtatuimus. dicat in curia noſtra. in dubio intelligitur ſolum in ſacro conſilio, uel magna curia vicarię, ut in potiori ſignificatu. ut in l.j. §.j. ff. ſi ager vectig.

¶Nec demum poterat imperator, ſeu Rex in dicta conſt. ſtatuere, & ſic imponere falcem in meſſem alienam, quia imperiali iudi-

114 cio, nequeant † eccleſiaſtica iura diſſolui, ut in c.j.x.diſtinct. Imperium nanque ſuis quotidianis diſtributionibus deber eſſe contentum, ac adminiſtrationibus, non quæ ſolùm domini ſacerdotibus conueniunt, uſurpare. ut in c. imperium. ead. diſtinct. & inde illud uulgatum.

Diuiſum imperium cū Ioue Cæſar habet.

Et dixit Dominus. Nolite tangere Chriſtos meos. Et inde lex illa facta à Ludouico Bauariæ duce, tunc temporis ſe pro Imperatore gerente, cenſetur inualida, qua ſtatuit, non licere Romano Pontifici transferre ſedem de vrbe Roma ad alias nationes, aut ciuitates. ut docuit Petrus de Monte in tua Monarchia de præſtanti. & poteſt. Rom. Pontificis. q.j. principali. colunin.xj. in paruis. & aliam cōſtitutionem quòd imperium a ſolo deo immediate dependeat, nec imperialem dignitatem Pontificali ſubiacere, aut aliquo eius cōſenſu, authoritate, ſeu approbatione indigere. Quam cōſtitutionem fecit idem Ludou. de Bauaria, quæ an valuerit, nouem præſentis meæ ſpeculationis officium, remitto me ad notata. per Alberi. de Roſat. in l. bene a Zenone. colū. vij. C. de quadrienn. præſcript. & Ioannes Lecerier. in trac. de primogen. lib.ij. q.xij. nu. viij. quāquam etiam bonum ſit ſuper hoc a rege prouideri, ut mætu pœnæ abſtineant homines a tali peccato mortali, quia cā ex licèt leges

tranſgredi, iuxta uulgatum illud Innoc.in c.j.de conſtitut.cum mil le ſimilibus adductis per nos alibi, ne iterum repetam quod alibi dixi & videbitur in mundo Deo duce, & niuium frigora nos premunt.

¶Quintò quæro iuxta ſeriem uer borum huius noſtræ pragmaticæ, an cauſa reconuentionis poſſit cō
115 promitti † coram arbitris electis vi gore huius ſtatuti, & ab ipſis poſ ſit cognoſci? Formauit iſtam quæ ſtionem Specu.in titu.de recuſa.§. effectus.nu.xx.uerſic.ſed nunquid coram iſtis, ubi finaliter cōcludit quòd non, cùm ſit eis commiſſus unus articulus. ſ. an iudex ſit ſu ſpectus, ideo eorū iuriſdictio non debet extēdi ad aliud: quia ſi de re cōuentione cognoſcerent arbitri iſti, plus debito cauſa prorogaret, contra c.legitima.de appella.in vj. & iſtud quia æquiparat arbitrum ſtatuti, arbitro electo in locum iu dicis recuſati ut ſuſpecti. de quo in l.apertiſſimi.C.de iudic.& in c. ſuſpicionis. extra de offic.& pote ſta. iudic.deleg.

¶Et quòd arbitri de reconuentio
116 ne non † cognoſcant, eſt text.in c. cum dilectus.extra de arbit.tenuit Barto.in auth.& cōſequenter.nu. xx.C.de interlocut.omn.iud. Spe cu.in titu.de reconuentio.§.nunc dicamus.nu.vj.uerſi.ſed nunquid coram arbitro. Ludouic. Roman. in ſingul. ccccccclxxvj. reconuen tio.& Ioan.de Arnon.problē.xxv. quæro num arbitris. & per trāſen nam Alexand.in conſi.cxviij.quę ritur an.col.ij uerſ.non obſtant al legata.uolu. ij.

¶Tu tamen diſtinguas pro ma iore iſtorum recognitione, quòd aut loquimur de arbitris uolunta rijs, aut de arbitris iuris & ſtatuta rijs, ut in pragmatica noſtra. Pri mo caſu, quando loquimur de ar
117 bitris voluntarijs, † indiſtinctè di cendum eſt coram eis reconuen tionem locum habere non poſſe. ita eſt glo.nota.in l.non diſtingue mus.§.itē ſiquis Romę.in verſ.de fendat.ff.de arbitris.ubi pręſuppo nit quòd reconuentio nō habeat locum coram arbitro, ex quo non habet iuriſdictionem prorogabi lem, & tunc dicendum quòd arbi ter non poteſt cognoſcere niſi de
118 his, de quibus ſit mētio in † cōpro miſſo.ut in l.de his. & in l.arbiter. ff.de arbitr. ſed de reconuentione non ſit mentio in compromiſſo, ergo de ea arbiter non cognoſcit.

¶Rationem horū aſſignabat Dō. Iacob.Butrig.quòd partes ſibi im putent quare de omnibus litibus nō compromiſerunt, ut in l.ſi cū dies.§.plenum.ff.de arb.inde dicit Hoſtienſ.in ſumma.de arb.§.qua liter.uerſi.ſed nunquid.quod pro
119 cedit niſi in compromiſſo † dica tur plene de omnibus controuer ſijs.ut in d.§.plenum.

¶Specul.tamen in titu.de recon uen.§.i. in princi. quòd tunc non dicetur cognoſcere de reconuen tione eius uirtute, ſed potius com

promiſſi principalis,in quo plene
de omnibus eſt facta mẽtio.Quod
etiam placuit D.Anton. de Butri.
in c.ii.extra de mutui.peti.ubi de-
clarat,quomodo procedat opinio
Hoſtienſ. & hanc etiam opinionẽ
tenuit Guil. de Cuneo in d.l. ſi cũ
dies.§.arbiter.ff.de arbi. Cynus in
d.auth. & conſequenter. hanc di-
ſtinctionem notabilem etiam tra-
didit Maria. Socin.in tract.de mu
tuis petitiònibus. articulo.iiij.col.
xii.verſi.quintò principaliter quæ
ro. ubi dicit hãc eſſe communem
opinionem.

¶ Qñ uerò ſumus in arbitris iu-
ris, tunc idem Spec in tit.de recu
ſat.uer. ſed nunquid coram. dicit
quòd nec ipſe de reconuentione
cognoſcat, cùm ſuper vno tãtùm
articulo aſſumatur.quod ſpecula-
toris dictum ubi ſupra, expreſsè
refellit Abba.Panor.in d.c.cùm di
lectus.nu.iii.& dicit eſſe intelligẽ-
dum in terminis ſuis,ueluti in ar-
bitro iuris,qui ſuper vno tantùm
aſſumit artic. ſecus uero ĩ arbitro
iuris ſuper tota cã electo, quia ha-
bet iuriſdictionẽ,& procedit corã
eo,ſicuti coram delegato procede
120 ret † recõuentio ipſa, vt docuerũt
Anton.de Butr.& Ioan.de Imo.in
d.c.ii.de mutu.petit. quod tantò
magis procedit in noſtra pragma-
tica,quæ non tantùm cogit cõiun
ctos compromittere ſuper tota v-
na cauſa,ſed ſuper omnibus,quo
caſu, ratione generalis diſpoſi-
tionis in ea cõtentæ, nullo modo
ipſi arbitro iuris debet intelligi ſu
blata recõuentionis cognitio,ma-
xime cùm arbitri electi,aut qui e-
ligũtur vigore huius pragmaticæ,
vel ſtatuti, dicãtur arbitri iuris,ut
latè diximus infra.§.ii. glo.i.num.
xxxiii.cũ pluribus ſeqq. in quibus
arbitris dicit Abba.in d.c.cùm di-
121 lectus. quòd text.† non habet lo-
cum, ex quo recõuentio ab eis co-
gnoſci poteſt,inducendo queſtio-
nem in terminis noſtræ pragmati
cæ,quòd ſi ex forma ſtatuti cõſan-
guinei uel aliæ perſonæ neceſſitan
tur ad cõpromittendum,quòd co
122 ram talibus arbitris † habebit lo-
cum reconuentio, quia tales ſunt
arbitri iuris ut diximus,& ita pro
cedant notata per glo.in l.quid ta
men. in princ.ff.de arbitr.& dicta
per Specu. habent locum in arbi-
tro uoluntario,& nõ in electo vi-
gore ſtatuti,ac eius neceſſitate, &
ita limitabat dicta Bartol. Iaſon in
l.eſt receptum.ff. de iuriſdict. om.
iud.& ſequitur eum licèt falsò alle
gans Anton.Franciſ.in apoſtill.ad
Abb.in d.c.cùm dilectus. & ita e-
tiam opinionem iſtam amplexus
fuit Marian.Soci.in dicto tract.de
mutu. petition.art.iiij.col.xii.uer-
ſicul. quintò principaliter quæro.
quæ tantò magis hodie ſine ſcru-
pulo ſecũdùm terminos pragma-
ticę noſtrę habẽt procedere in Re
gno,cùm notarii quaſi in omnib⁹
compromiſſis apponere cõſueue-
rint,quòd compromittentes com
promiſerunt omnes & quaſcunq;

lites, cauſas, & controuerſias, motas, & mouendas, actiuas, & paſſiuas. per quę ultima uerba omnis uidetur ambiguitas tolli, cùm eo caſu compromiſſum ſit pleniſſimum, iuxta not. in d. l. ſi cùm dies. §. plenũ. ff. de arb. & per Hoſtienſ. in ſumma. de arbit. §. qualiter. uerſicu. ſed nunquid. & ita concludo in quæſtione iſta, meliori ſemper ſententia reſeruata, licèt in termi-
123 nis noſtræ pragmaticæ † Ioan. de Arnono problẽ. xxv. quæro inaduerteuter & nimis præcipitanter arbitratus fuerit cõtrariũ, & male, cùm ipſe idẽ Arnoni. in eodẽ problemate, & alibi pluries dixerit arbitrum electũ in terminis noſtris appellari arbitrum iuris, qui cùm æquiperet delegato, neſcio quare de reconuentione nõ cognoſcat.

¶ Sextò quæro pro perfecto noſtræ legis ornamento, an ſtantibus eiuſdem pragmaticæ terminis, & ſi de aliquo dubio feudorum controuerſia, & lis oriretur inter coniũctos, & affines, compromiſſum fieri poſſet? in qua qõne nõ eundo per iuris apices, ſed ueritatis tramites dico nullo modo ſuper ea cauſa compromiſſum fieri poſſe.

¶ Ea potiſſimum ratione cõſiſus, quòd ſtatutum cogens coniunctorum
124 rum cauſas compromittendas † eſſe, intelligitur, dum tamen cauſa de ſui natura ſit cõpromiſſibilis, per ea quæ uoluit Bartol. in l. prætor. ff. de tutorib. & curato. dat. ab his. & in l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbit.

¶ Hinc dicitur quòd ſtatutum cogens compromitti cauſas coniun-
125 ctorum, non habet locum in † re prohibita alienari. Voluit Bart. in d. l. non diſtinguemus. §. de liberali. ff. de arbi. & uoluerunt Barto. & Bald. in d. l. prætor. Sed ſic eſt, ꝙ res feudalis maximè in iſto regno Siciliæ prohibita eſt alienari ſine
126 aſſenſu † Regis. Clarè habetur in conſt. regni. Scire uolumus. ſub rubr. de iurib. rer. regal. & in conſtit. Conſtitutionem diuæ memoriæ. ſub rubr. de reuoc. rer. feudal. Matth. in dicta conſti. ſcire. notab. v. nu. vj. & in dicta conſtit. Conſtitutionem. notab. j. nu. j. D. Marinus Freccia in tract. de ſubfeudis Baronum. lib. ij. c. incip. prima authoritas. nu. xix. imò ipſo iure rei feudalis alienatio redditur nulla
127 † ſine regis aſſenſu. Voluit idem Matth. de Afflic. in deciſione Neapol. lx. Notarius Goffredus. nu. ij. & Freccia vbi ſupra. Ideoque cùm ꝓhibeatur eius alienatio, adeo ꝙ de tali re priuatus nõ poſſet liberè diſponere, ſequitur compromiſſum non tenere de re ſuper qua quis liberè diſponere non poteſt. vt ultra alios noluit Anton. Capycius in deciſione Neapoli. xciij. in cauſa Athenaſij.

¶ Quòd autem de re feudali compromiſſum fieri nequeat in regno iſto, expreſſum eſt per notata in dicta conſt. Conſtitutionẽ diuæ memoriæ. ſub titu. de reuocat. feud.

&

& rerum feud. §.arbitria. ubi omnino †prohibetur rerum feudaliũ compromiſſum. & ſimile eſt in pragmatica noſtra. in fine. ibi (*nec etiam in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio compromiſſi non admittatur*) & ideo ſumus in terminis claris, cùm tex. noſter dicat, feudalia in compromiſſo uenire non poſſe. Eandem ſententiam nulla habita noſtrarum legum conſideratione tenuit Andreas de Iſern. in c.j.§.ſi inter partes. de lege Cõrad. in feudis. (licèt muſſitet ibi præpoſitus de ſancto Georgio.) & ante illos tenuit Hoſtienſ. in ſumma. tit. de feudis. §.apud quem, vel apud quos iudices. col.ij. uerſi. ſed quid ſi quæſtio ſit inter archiepiſcopum Viennenſẽ. Voluit Specul. in tit. de arbi. §.reſtat. nu.vj. uerſi. ſed nunquid uaſallus. uidetur ſi rectè inſpiciatur gl. in uerſi. uaſallus. in c.j. ſi de feud. uaſall. fuer. interpell. meus Alex. in l.j.§.& poſt operis. in fi. ff. de ope. noui nunciati. Abb. Panor. in c. cum tempore. nu.iij. extra de arbit. & Matth. de Afflict. in d. cõſt. cõſtitutionẽ diuç memoriæ. col.j. uerſic. hic eſt ſexta pars. & hoc idem authoritate textus noſtri tenuit Rober. Maranta in Spe. Aur. parte ij. act.ij. nu.xxij.

¶ Horum autẽ omnium ea eſt ratio, quare de feudo cõpromiſſum fieri nequeat, ex quo feudalis cauſa maioris habet iudices. habent enim feudatarij iudices ꝓprios. ut in d. conſtitut. & habetᷓ per not. in c.j. de controuer. inter epiſcop. & uaſall. de beneficio. & in c.j. de cõtrouer. feud. apud pares termin. & remiſſiuè Marinus Freccia in tracta. de ſubfeud. Baron. lib.j.c.j. nume.xxix. & hoc nunc pertranſeat, quia ſi tempus dabitur dicemus alibi diuino ſidere.

¶ Baldus autem in pace conſtantiæ. in §.ſententiæ. in verſic. poſſeſſiones. aliud agens aliudq; ſonans dixit, quòd in cauſa † Imperatoris arbiter eligitur, qui de regalibꝰ habet tractare. quod ſi ſane intelligatur, legi noſtræ non contradicit. & ſi contra, quid inde? Remanet ideo recta concluſio feudalem cauſa corã arbitris uentilari nõ poſſe.

¶ Amplia eã primò procedere etiam in uita & militia, quam ſoluit primogenitus ſecundogenito, ut nec de ea fieri compromiſſum poſſit, quæ uita & militia in Regno Franciç ſolet appellari apanagium. ut late & pulchre per acutiſſimum doctorem D. Ioannem le Cirier. in tract. de primoge. lib.ij. q.xvi. ſubſequitur. nu.vii.xix.& xx. quæ etiam dicitur † onus feudi, ut uoluit Andre. de Iſern. in Regni conſtitut. In aliquibus. de ſucceſſ. filior. Comit. & Baron. & in rep. Conſt. Comitibus in adiutorijs ꝓ militia fratris. & habetᷓ in regni. c. alienationis actus. & uita & militia dicitᷓ portio† feudi, dicit Andr. Iſer. in dicta Conſt. Comitibus. Abb. Panor. in conſil. xij. ut clarè. col.ij. in tertio dubio. vol.j. ¶ Li-

cè

cèt Marinus Freccia in tracta. de
ſubfeud.Baronũ.lib.iij.fol.cclxiij.
uerſ.decimonono.nu.ij. tenuerit
ꝙ uita,& militia nõ ſit feudi por-
tio, cuius ueritatem alibi auſpice
domino diſcutiemus. ¶ Et quòd
de uita,& militia compromiſſum
132 fieri nõ poſſit, †in terminis prag-
maticæ noſtræ in facti contingen
tia determinauerunt Domini de
concilio, ut habetur per Matth.
de Afflict.in deciſio. Neapo. xliij.
dictæ pragmatica. nu. ij. & iterũ
in deciſione cxxxviij.ſtante conſti
tutione. tetigit Scaglionus hic. &
D.& vicinus meus Ioan. Anton.
de Nigris in dicto c. alienationis
actus.nu.xviij.& Rober. Marant.
in Specu.Aure. parte ij.actu ij.nu
me. xxiij. ¶ Quanquam de facto
appareat in regno factum fuiſſe
compromiſſum de uita & militia
inter quoſdam Illuſtres de Carra-
pha.ut apparet per Anton. Capi-
cium.in deciſio.Neap.ccxj. in cau
ſa domini Abbatis.per totũ.¶ Li-
mita primò hanc ampliationem
non procedere,ubicunque de ui-
ta & militia fieret compromiſſũ
133 Regis aſſenſu interueniẽte, †quia
tunc bene fieri poſſet. Matth. de
Afflict.in dicta deciſione cxxxviij.
nu.ij. Niger in dicto c. alienatio-
nis actus.nu.xviii.

¶ Secundò limita non procedere,
ubicũque de quãtitate vitę & mili
tiæ quæſtio eſſet.exempli gratia,a-
ctor dicit ſibi deberi mille,& reus
dicat deberi quingentos, quia eo
caſu ſuper quantitate uitæ & mili
134 tiæ bene fit compromiſſum.†ex di
ctis percipitur Andreæ Iſern.in di
cta conſtit.Comitibus.uoluit Mat
th. Afflict. in d. deciſi.Neap.xliii.
dictæ.& deciſ.cxxxviii.ſtãte. quod
confirmat illud qđ ſupra dixi hac
eadem glo. nu. xc. ubi licèt uſuria
cauſa in ſecularem compromitti
non poſſit regulariter, fallit tamẽ
vbi de uſurarum quãtitate dubiũ
135 † fieret, quia eo caſu compromiſ-
ſum fieri poteſt.ut ibi dixi.

¶ Ampliarem ſecundò concluſio
nem ſupra traditam, compromiſ-
ſum prohiberi nõ ſolùm in re feu-
dali,ſed etiã in quacunque re pro
hibita alienari, verbi gratia ut eſt
nũc in facto Mag.V.I.D.dominus
Berna. Siriphilus legauit maſculis
ſuę nobiliſſimę a quatringentis an
nis familiæ Siriphilorũ, a quo Ma
gnifi. Iuſtina mea mater uti fœmi-
na de eadẽ familia eſt excluſa, duo
magna olíueta, uolens ꝙ ea ſem-
136 per † in familia permaneant, mo-
dò ſi oriretur quæſtio ſuper lega-
to prædicto, non poſſet fieri com-
promiſſum, quia cùm non poſſit
rẽ alienare, nec de ea libere diſpo-
nere, nec põt compromiſſum face
re, ut per illum tex. uoluit Abb.Pa
nor. in c.cum tempore. in vltimo
notab.extra de arbit. & etiam pla-
cuit Antonio Capycio in deciſio.
Neapol. xciii. in cauſa Athanaſij
Ferrarii. nume. iii.

¶ Limita hãc ampliationem non
procedere, quando eſſet lis, ſeu

queſtio inter maſculos eiuſdem familiæ, ex quo licèt eſſe prohibitū compromiſſum, tamē prohibitio intelligitur inter illos de familia, & extraneum: ſecus uerò inter illos de familia, in caſu enim ſupra notato alienari non dicitur, quan
137 do fit alienatio † in ſuis. vulg. l. in ſuis. ff. de libe. & poſthu. & alienari prohibita extra familiā non prohi
138 beñtur alienari in conſortes † & collegatarios. ut uoluit Barto. in l. filiusfamilias. §. Diui. nume. x. ff. de leg. j. per tex. notabilē in l. pater. §. quindecim. ff. de leg. iij. Bartholo. Socin. in l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. xij. ff. de uerbo. oblig. Ioannes de Firmo in tract. de epiſcop. parte iiij. q. xlv. Vdalrichus Zaſi. in dicta l. qui Romæ. §. cohæredes. nu. v. uerſ. tertiò collige. Et ſic nō ſolùm res feudalis, ſed uita & militia, & res ſubiecta reſtitutioni, compromitti nō poſſet, ſicuti alia bona feudalia.

¶ Limitatur hoc primò non procedere, ubi in cōpromiſſo rei feudalis interueniret regius aſſenſus
139 † per notata in dicta conſt. conſtitutionem. §. arbitria. quia eſt eius
140 uelle, cuius & nolle fuit, † ut in reg. eius eſt. de regul. iur.

¶ Secundò limita non procedere in quæſtione facti, quia compromiſſum in cauſa feudali non fit, ubi eſt quæſtio iuris, ſecus in quæſtione facti. colligitur ex Andr. in conſt. Comitibus. ubi etiam Anto. de Alexandro. & latiùs per D. Gulielmum de Perno Siculum. in notab. feudorum.

¶ Tertiò & ultimò, cùm iſta non ſit materia noſtra, limita nō procedere in re feudali, quæ ex cōſuetudine eſt facta alienabilis abſque regio aſſenſu, ex quo dijudicarem eo caſu compromitti poſſe, quia cōſuetudo in illis caſibus eſt pro aſſenſu. ut uoluit Franciſc. Curt. in tract. feud. parte iiij. ſicuti in illis terris in quibus, ut ſunt nonnullæ in regno, ſoluitur tertiaria, ſeu quartaria Baroni, ut feudum non deuoluatur, quæ quartaria ſeu tertiaria uidetur habere uim quandam conceſſionis alienandi releuando vaſallum in uno, ut non fiat deuolutio, & in alio grauando circa ſolutionem tertiarię, ſeu quartarię. docuit etiam And. de Iſern. in c. imperialem. §. illud quoque. col. j. uerſi. nota ꝙ ob. de prohibit. feud. alie. per Federicū. Steph. Bertrandi. in conſil. iij. vol. iij. ad materiam uide Specu. in titu. de locato. §. nunc aliqua. uerſi. cxxvj. Bartholo. de Caſſeneo in cōſuetud. Burgund. tit. des cenſ. nu. iij. Iacobinus de ſancto Georgio. in l. cum fundus. §. ſeruum tuum. ff. ſi cert. peta.

¶ Et ſupradicta concluſio non ſolùm procedit in rebus feudalibus, ſed etiam in re emphyteutica, ut
141 nec de emphyteuſi † abſque directi domini conſenſu compromiſſum fiat in eius domini præiudicium. ut uoluit not. Lanfranc. in

tract.de arbit. §. compromiſſum. in fin.& Speculator.in tit. de arb. & arbitratore. §. reſtat. Vbi licèt loquatur de re feudali, tamen idē debet procedere in re emphyteutica, quia de feudo ad emphyteuſim, & è conuerſo ad libitum ar-
142 gumētamur, † cùm eiuſdem ſint ferè naturæ.ut uoluit ipſe Specul. in titu.de feudis.§.quoniam.q.xl. in uerſi.Idem iuris.& uoluit Ioannes ab Imola in c.potuit.colu.penult.de loca.Barto.in l.iuriſiurandi.§.ſi liberi. ff. de operis liber. & in l.quod dicitur. col.penul. ff.de uerbo.obligat.& ideo ſicuti quando vaſallus deliquerit, ob quod
143 eius bona publicentur,† non confiſcabitur feudum.ut in c.j.An ille qui int.fra. don. ſui. & in c.j. ſi uaſall. feud. priuet. eodem etiam modo non confiſcabuntur bona emphyteutica propter delictum emphyteutæ, eſt communis concluſio in l.ſi finita.§.ſi de uectigalibus.ff.de damn. infect. ubi Bart. & alii.voluit Guil. de Cun. in l. ſi quis presbyter. C. de epiſcop. & cleric. Petrus de Anchar. in c.poſtulaſti.q.viij.de for.compe.Imola in c.ex parte.de feudis. Alexan. in conſil.lxxxviiij. vtrum emphyteuſis.col.j.volu.iiij.& in conſilio xxiij.col.iij.vol.j.

¶ Septimò quæro,an cauſa terminata per ſententiam poſſit compromitti, maxime exiſtente ſententia,quæ tranſiuit in rem iudicatā? in quo paſſu omnes ſecum traxit portans uexilla Bald.in l. poſt rē. ff.de tranſact. & in l.eleganter. §. ſiquis poſt. ff.de condit.indeb. in quibus locis dixit ꝙ ſtatuta loquē-
144 tia †de compromittendo quæſtiones coniunctorum, non habent locum, nec poſſet compromiſſū fieri ſuper re,in qua lata eſt ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam.ut tenuit idem Bald.in l. j.col.ij. C. quand. prouo. non eſt neceſſ.tetigit Salycet.poſt Cyn.in l.ſi cauſa cognita.C.de tranſact.& Alexand.in l.ſi diuerſa. nu.iiij. & in dicta l.ſi cauſa cognita. nu. vij. viij.& xj.C.eo.titu.Bald.& Salycetus in l.fratris.ubi etiam Alexan. in fin.eo.titul.dixit. Et hoc nunq̄ exeat mentem tuam, quia habui de facto,& obtinui.Sequit' ibi Philipp. Deci.in fin. voluit Angel. in conſil.cxcviij.teſtator.col.ij.idem Angel.in conſi.ccxviij.viſa narratione facti.col.ij. uerſic. præterea eſt.Alexan. in dicta l. eleganter.§. ſiquis poſt.nu.iiij.ff.de condit.indeb.idem Bald. in conſil. ccxliiij. vol.ij.Ludouicus Roma.in conſi. ccccciiij.In caſu propoſitę conſultationis.nu.vj. Florian. de ſancto Petro in l.certo.§.ſi totus ager. in fin.ff.de ſeruit.ruſt. præd. Philip. Corn.in conſi.cxxj.quanquàm.in add.conſilii.in fine.vol.j. Alexander in conſi.xxij. viſo inſtrumento ſyndicatus communis Scandiani.col.j.uerſ.Moueor primò. vol. j.idem etiam Alexand.in conſilio xciiii.in cauſa & lite.col.ii.uerſic.

Nec

Nec etiam prædictæ.volu.ij. & in conſil.lxxij.videtur prima cóſideratione.col.fi.uerſ.bene facit.vol. iij.Lud.Rom.in conſi.lxviii.viſis. in fin.& in cóſi.ccclxix. Circa primum conſultationis articulum. nu.xv.& tenuit Petr. de Anchara. in conſi.clxxxiji. Pro clariori intellectu.col.i.uerſ.Tertiò principaliter.& Abb.licèt reluctanter & dubiè in c.expoſita.nu.iii.extra.de arbitr.& tenuit nouiſſimè D. Franciſcus Marcus.in deciſ.Delphina. cccclxvi. Quæritur an poſt ſententiam.per totum.vol.i.& hæc communis eſt omnium doctorū ſententia.¶Et nimirum ſi cauſa per ſententiam finita nō compromittatur,ex quo cùm ſtatuta requirē
145 tia compromiſſum †facta fuerint ut litium finis habeatur. ut in l.i. cum ſimilibus ff.de arbi. abſurdū eſſet poſt ſententiam per cōpromiſſum litem denuo viuam facere, ideoque cum per ſententiam,
146 quæ habetur pro† veritate,ut in l. res iudicata.ff.de regu.iur.quęſtio ſit finita,nō poteſt dici uerba ſtatuti hunc caſum comprehēdere, aut in hoc uerificari. cùm aliàs in tantum res indicata habeatur pro ueritate,ut nec reſcriptum Principis ualeat contra ſententiam,quę tranſiuit in rem iudicatam. habetur in dicto c.expoſita.extra de arbi.in l.cauſas, uel lites. C.de tranſact.in l.fi.C.ſentent.reſcind.non poſſ. Imò ſententia lata contra rē iudicatam non ualet,ut in l. i. C. quand.prouoc.nō eſt nec.Et propterea cùm pragmatica noſtra in odium litium, & in earum finem emanauerit, quo caſu in cauſa p ſentētiam terminata, finita,ac ſopita eſſet quæſtio,& ſic uerba ſtatuti ceſſarent, quo ſtante & compromiſſum,ac eius effectus ceſſare debet.ut voluit Paul.Pariſius in conſi.xcviii.Circa præſentem conſultationē.nu.xxx.vol i.arg. l.adigere.§ quamuis. ff.de iure patro. & uoluit Andreas Tiraquellus meus.in tract.ceſſante cauſa. parte j. nu. ccxxxv. ſtatuti. & uoluit hoc expreſſe pragmatica noſtra in fine.ibi (ubi eſſent inſtrumēta ſententię.)¶Quam cōcluſionem cōmuniter receptam primò limita, ut illa ſolum concluſio procedat in arbitratore, ſecus tamen in arbitro, cui recte compromitti po-
147 teſt cauſa† per ſententiam ſopita, ut traditum eſt apud Abb. Panormita.in c.expoſita. nu.iii. de arbitr.Per quem textum fulcitur communis ſupra notata concluſio. ¶Quam Panormit.limitationem nullus,quem ego puer huc uſque uiderim, recipit,imò contrarium
148 ibi aſſeuerat uerius† eſſe Innoc. ꝙ nec in arbitrum compromittatur cauſa tranſacta in rem indicatam per ſententiam, & ſi rectè inſpiciantur omnes primæ relatæ claſſis doctores id aſſerunt, & in Regno præfatam Abbatis limitationem ueram non eſſe diiudico, cōſtatq; hoc ex uerbis huius pragma

ticæ quæ loquendo de cõpromiſſis faciendis in arbitros, dicit hoc locum non habere ubi eſſent ſententiæ. Quod & uoluit hic Annibal Cauens.col.antepen.

¶ Secundò limita non procedere quotieſcunque diceretur in compromiſſo,non obſtãte tali ſententia deſuper lata trãſacta in rem iu

149 dicatam, † quia eo caſu communi conſenſu uidetur ſententię renunciatum,& potuit vnus cõpromittentium, uel omnes iuri pro ſe introducto renunciare, ut argu.l.ſiquis inconſcribendo.C.de pact.& habetur in d.l.eleganter.Vbi Bald. & in d.l.ſi diuerſa. Alex.in d.l.fris Glo.notab.in d.l.cauſas,& lites,& alia glo . ſimilis in d.l.ſi.C.ſenten. reſcind.non poſſe. Fely.in c.inter mõnaſteriũ. nu. xxx. & xl.extra de ſentent.& re iudic. Sebaſtia.Sapia in apoſtil.ad Abb.Panorm.in d.c. expoſita. in verſi.dubia. Ludouic. Roma.in conſil.lxix. & iterum in d.conſil.cccccciij. Alexã.in conſi. xxii.uiſo inſtrumento. col.j.uol.j. Philipp.Deci.in d. l.fratris.in ſi.& D. Franciſcus Marcus in allegata deciſion.Delphin.cccclxvj.uolu.j. ubi notatur bene.

¶ Sed an requiratur ſpecialis clauſula non obſtante tali ſententia,laſon.in d.l.ſi cauſa cognita.

¶ Tertiò ego limito non procedere ubicunque de exceptione,ac de ſententia lata in compromiſſo nõ fieret mentio, nec quando compromiſſum fuit petitum pars oppoſuit extare ſententiam,& compromiſſo locum non fore ratione rei iudicatæ,quia eo caſu dicerem tale compromiſſum ualere.per ea quæ uoluit Felynus in d.c. inter monaſterium.nu. xxi. in prima limitatione.de re iudicata.ubi cùm ſtatuiſſet regulam quòd ſecunda ſententia contra primã,quæ tran-

150 ſiuerat† in rem iudicatam, non ualerit. per text.regularẽ in d.l.i.C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.dicit ipſe hoc non procedere quando pars,quæ erat tuta,& ſe defendere poterat rei iudicatæ exceptione,& ipſam non oppoſuit,nec de ea uerba aliqua fecit ſed reticuit, quia eo caſu ſecunda ſententia primæ contraria eſt ualida, uoluerat Ludouic. Rom.in l.ſtipulatio iſta. §.i.ff.de uerb.obli.per tex.in l.fin. C.de tempo.appell. cogita tamen ne fallamur.

¶ Quartò& ultimò ego limito nõ procedere ubicunque eſſet ſententia quæ licèt tranſitum fecerit in rem iudicatam, ſubiacet tamen alicui ex capitib⁹ nullitatis,& eſt nulla, quo caſu nunquam tranſijſſe dicitur in rem iudicatam,cùm triginta annorum ſpacio poſſit proponi.ut in l.querela, ubi glo.C.de falſ.& in l. ſicut.C.de præſcriptio. xxx.anno.& in princ.Inſti.de perpet.& tempo. act.tenuit Specula. in titu.de ſenten.§.quoniam. uerſicu.in ſumma. & in §.iuxta.in fi. gl.magna.ĩ c. vnde quęritur.xxxv. q.ix. & uoluit Bal.in l.data opera.

col.

col.antep.C.qui accuſ. nō poſſ.& uoluit Alexand. in conſil.lix.uiſo. col.iiij.nu.xv.uol.iiij.Philipp. Deci.in cōſi.viii.diuino.col. pe.in fi. vol.j.& Cardi.in clem.i.q.xiiii.ubi etiam Imol.col.iiii.uerſic.quo autem iure.de re iudicata.Lanfranc. de Oriano in c. quoniam contra. in prin.uerſi. unum reſtat uidere. & in §. interlocutoriæ. nu.xxxvij. extra de probat.imò perpetuò poteſt dici de nullitate ſententiæ. vt videtur capi ex dictis Bald. in l. data opera.C.qui accuſar. nō poſ. hoc tamen ſane intelligitur procedere, ubi nullitas eſt euidenter manifeſta ex ſententia ita aperte apparente, quia tunc ut nullitas euidens perpetuò proponi poteſt, & nūquam dicitur ſententiam tranſijſſe in rem iudicatā, ut pulchre docuit Ioan. Franciſ. Balbus in tracta.præſcript.parte iiij.partis quartæ princip.q.xxxii.nu.iiij.ubi dicit quòd quando nullitas eſt velata, dicit de nullitate intra annos triginta, ſi eſt euidens durat perpetuò, ei ſemper poteſt opponi.per quę vide ſi ſtare poteſt in caſu propoſito hæc limitatio, tuo enim recto iudicio (lector amātiſſime) remittimus cogitandum.

¶ Nullitas autem dici poteſt euidens, quando apparet ex actis ut ſi bene recolo magnus tenuit Alexan. de Imo. (ueluti alter magnus Macedo in potētia) ſic iſte in iure. & proprie in l.iiij. §. condemnatum.col.ij.ff.de re iudic.idem Alexand.in conſil.lxxvii.in cauſa, & lite uertente coram reuerendo.col. pen.uol.ij.& in conſil.lix.uiſo titulo.col.pen.uerſic.ad confirmationem. vol.iiij. & in conſil.lxxvij.uiſis dubitationibus.col.iij.& in cōſil.cvij.uiſo themate.in fin.uol.iij. Raph.Comenſ.in l.ſi expreſſim.ff. de appell. acta enim inducunt notorium. ut voluit Innoc. & alij in c.per tuas. de teſtib.& in c.fin. de cohab.cleri.& mulier & in c.cùm olim.de uerb.ſignific.& Matth.de Afflict. in Regni conſt.humanitate.in vij.notab.ſub rub.de his qui fideiuſſor.dar.poſſunt.

¶ Octauò quæro an cauſa, ubi eſſent inſtrumenta & obligationes liquidæ, debeat compromitti, & ſic etiam in ſimilibus publicis atteſtationibus? Breuiter dicēdum eſt quòd non debent tales cauſę compromitti: hoc habetur in text. noſtro ibi (hoc tamen locum non habeat ubi eſſent inſtrumenta † 151 ſententiæ.) Per quæ cùm ſimus in claris, non opus eſt coniecturis. uulg. l.continuus.§.cum ita.ff. de verb. obliga. & attendendus eſt legis tenor, cùm ita loquatur.ut in l.proſpexit.ff.qui, & a quibus.

¶ Et hanc opinionem, & antea, & poſt, paſſim receptam eſſe apud noſtros docto. iuris mundani authoritate reperio, & primò aperto ore id fatetur auriga noſter Barto. in proœmio C. nu.vj. ubi dixit, ꝙ 152 ſtatutum † cogens cauſas ad compromittendum, non habet locum

vbi eſſent cauſæ habẽtes executionem paratam ratione inſtrumenti,ut ſunt cõmuniter per Italiam, & de quibus habetur in regno per ritum clxiiij. & tenuit idem Bart. in l.poſt rem. nu.ij.ff. de tranſact. tenuit Bal. in l.ſi cauſa cognita.C. de tranſ.& in l.j.C.quãd. prouoc. non eſt nec.Anton. de Butr.& Canoniſtę.in c.expoſita.extra de arb. voluit Maria. Socin. in conſil.iiij. viſis actis, & actitatis. uol.j. Paul. Caſtrenſ.in l.j.ff. de tranſac.& Bartholo.Socin.in conſil.ccc.in cauſa interpellationis.col.iij.uerſ. ſecundo quia ex quo.vol.ij. ubi dicit, ꝙ
153 ſi ex forma ſtatuti,† ut in caſu noſtro, deberet fieri cõpromiſſum, non fieret ſuper re liquida & clara.per notata per Bart.in l.ille aut ille.§. cum in uerbis.ff. de lega.iij. vbi dixit,ꝙ iudex non debet com-
154 mittere conſilio ſapientis † quæſtionem,quæ non habet dubium, & ſic claram, & liquidã.ſequitur Andreas Pomate.in apoſtil.ad Barto.in d.procem.C.nu.iiij. ad quod faciunt notata in quæſtione pręcedenti, quando diximus, quòd vbi eſt ſententia, quæ fecit tranſitum in rem iudicatam nõ compromittitur regulariter uigore huius ſtatuti.per not.in d.l.poſt rem. & in l.elegãter. §. ſiquis poſt.ff.de condict.indeb.& in tantum iſtud procedit,quòd ſi ſtatutum,& tex. noſter tantummodo de inſtrumẽtis loqueretur,adhuc locum haberet in obligationibus factis coram iu-
155 dice†apud acta, ex quo in ſtatutis appellatione inſtrumentorum hæ iudiciales obligationes cõprehenduntur. ut uoluit Ange.in conſil. xlix. reperiuntur. circa fin. ex quo acta etiam ſunt inſtrumenta.notatur in c.quoniam contra. extra de probat. tenuit Bernardinus Pandus ĩ cõmẽto ritus de exec. inſtrumen.parte j.declarat.xx.nu.xcix.& Franciſcus Purpuratus in rubrica. C.de edendo. uerbis finalib.

¶ Et ne ambulemus in ambiguo, quando dicatur inſtrumentum,& obligatio liquida ad cognoſcendũ de quibus intelligatur in pragmatica noſtra videndum eſt.

¶ Et quãdo eſt clarum, & certum dicitur inſtrumentum liquidum,
156 † vt docuit Benedictus Barz.in tracta.de inſtrumen.guarentig. parte j.q.ij.in primo dubio. Voluit Petr. Philipp.Corn.in conſil.ccxxxv.uidetur.litera d. vol.iij. & inde illud quod cõſtat dicitur liquere. ut uoluit Accurſ.in l. ſi de meis.§.fin.ff. de arbit. cuius uocabuli antiquiſſimani eſſe ſignificationem docuit Pandus in dicto ritu. parte iij. declarat.xxj.num.lxv. ex Aſconio Pediano,& Aulo Gellio. Tu adde ex Terentio in Eunucho.dum ait.

Illum liquet nihil deierare.

Et Plinius Nepos.lib.ij.epiſtolarũ. Nec inquit,liquet mihi.

¶ Quæ omnia in hoc regno Neapolitano faciunt ad materiam executionis inſtrumentorum ad formam ritus.clxiiii. habentium exe-

cutionem paratam, in quo ad hoc ut procedant, inſtrumēta liquida
157 eſſe † debent. uoluit multa allegans meus Alexand. in conſil. xxv. uiſo inſtrumento. col. iij. uerſic. iſtis ergo. & in conſil. clxxxviij. uiſo proceſſu agitato. col. j. verſic. uenio ad primū. uol. ij. & e noſtris Robert. Marant. in Specul. Aureo parte ij. actu. viii. num. ij. & v. Annibal Cauēſis in d. ritu clxiiij. nu. xix. ubi etiam D. Carauita. & eſt expreſſum in ritu. clxv. nota quòd iſte.

¶ Liquidum igitur inſtrumētum
158 † appellatur, quod eſt. & ſtat per ſeipſum, ſine adminiculo alterius ſcripturæ. Voluit Bal. per illū text. in l. fi. C. de falſa cauſa adiecta leg. ¶ Et poſtq̄ pragmatica noſtra limitat, & nō habet locū ubi eſſent obligationes & inſtrā liquida nūquid īſtrumētū, & obligatio cōditionalis dicantur liquida, ut in eis compromiſſi huius petitio locum non habeat. in hac re, ne diutiùs aquam verberare videamur, ut in prouerbio eſt. Bald. ille, qui vbiq; eſt, in l. ij. in fin. C. de execut. rei iudic. dicit quòd inſtrumentum in-
159 certum † ſeu conditionale non dicitur liquidum. ſequitur eum Philipp. Deci. in conſi. iiij. & in conſi. xlvj. col. iij. uol. j. Troiſius hic. col. vij. Pandus in ritu de executio. inſtrum. parte. iij. declaratio. xxj. nu. lxvi. ubi etiā declararat, quot modis dicatur illiquidum. & ſic cùm inſtrumenta con ditionalia non dicantur liquida, compromitti nequeunt. ¶ Limita autem tunc inſtrumenta appellari cōditionalia,
160 quando non eſt liquidata † conditio. Voluit idem Bald. in l. ſi quidē. C. de except. ubi dicit quòd inſtrumenta conditionalia tūc non exequūtur, quando non eſt liquidata conditio. & hoc idem docuit ipſe etiam Bal. in l. cum teſtamento. in fin. C. de manumiſſ. teſtam. vbi dixit, quòd inſtrumentum guarentigiæ habens conditionem purifica-
161 tam † licèt re uera in iudicio nondum probatam, dicitur purum, & non conditionale, ſed tamen non habere executionem paratam. quē ſequitur Philipp. Deci. in d. conſil. xlvj. uol. j. Ioan. de Imo. in l. fina. §. titius hæres. ff. de uulg. & pupill. Iaſon in l. j. col. lxj. ff. de edend. hinc dicit idem Bald. in l. j. ff. de lega. ij. quòd via executiua non habet locum, quando tale inſtrumentum guarentigiatum eſt offuſcatum,
162 † & dicitur uerificata, & purificata conditio, etiam ſi nō coram iudice, per ea quę uoluit Bar. in l. ij. ī fin. C. de ſentē. quæ ſine cer. quantit. & per iſta dicerem, quòd quando conditio contenta in inſtrumē
163 to eſt uerificata, † licèt adhuc non fuerit in actis deducta, nihilominus dicerem eo caſu compromiſſum fieri non poſſe. per not. per Bald. in d. l. cum teſtamento. & videtur de mēte Mariani Socini in conſil. iiij. uiſis actis. per totū. uol. j. & in terminis pragmaticę noſtrę idem uoluit hic Troiſius. col. vij.

¶ Nonò quæro ad intelligentiam textus noſtri de notabili quæſtione pluries occurrente, an cauſa ſuper qua extat teſtamẽtum, poſſit, aut debeat compromitti? & nunc habeo in facto in cauſa Palmæ de Raſco. & prima facie videtur prag mat nr̃am locũ habere in teſtamẽtis, ex quo teſtamentũ dicit᷑ inſtrumentum illiquidum ex quo requirit ꝓbationes extrinſecas ut mortẽ teſtatoris, & alia,
164 † quo caſu cũ requirat extrinſecas probationes dicitur illiquidum. vt voluit Bald. in l. ij. C. de execut. rei iudic. quem refert & ſequitur Franciſ. Aretin. in conſi. xxxij. diligenter conſideratis. col. j. uerſi. Circa primũ. ubi dicit idem procedere in inſtr̃o dotis reſtituendæ, ꝙ nõ ſit
165 † liquidũ, quia extrinſecus neceſſe eſt ꝙ demonſtretur, & probetur præceſſiſſe legitimum matrimonium, maritum deceſſiſſe, ac caſum reſtituẽdæ dotis factum fuiſſe, per not. per Bald. in dicta l. ij. Troiſiũ hic. colum. vij. ac etiam per Thomam Grammaticum in deciſione Neapo. lviij. Magnifica Margarita. nu me. xij. & xiii. vbi de inſtrumento dotis, & de teſtamento loquutur non poſſe exequi ſecundùm formam ſtatuti, ex quo ſunt illiquida, ut per Alexand. in conſi. xc. viſo. col. ij. vol. iij. vbi de hoc habet᷑.

¶ Vtcunque tamen res ſe habeat, contrariam ego amplector ſentẽtiam, ꝙ imò quando extat teſtamentum, non poſſit cauſa cõpromitti, iuxta textum huius pragmaticæ, ex quo paria ſunt inſtrumentum eſſe liquidum, & de breui liquidandum,
166 † ut habetur in ſimili per l. fina. ubi doctores. C. de compenſationib. Ad quod facit quod voluit Bald. in l. cum teſtamento. in fin. C. de teſtament. manumiſſ. Vbi dicit, ꝙ inſtrumenta guarentigiæ
167 † ſi habent conditionem re uera purificatam, non tamen adhuc in iudicio probatam, non dicuntur eo caſu inſtrumenta pura, & non conditionalia. & inde poſt Accurſium dixit Ange. in l. fi. §. j. ff. de uulgar. & pupill. ꝙ paria ſũt ſi conditio ſic pura
168 † & conditionalis, & cõditio eo caſu ſit impleta, & etiam purificata. ut uoluit Alexand. in l. quidam exiſtimauerunt. col. iii. nu. vi. ff. ſi cert. pet. & uoluit Philipp. Corn. in conſilio ccxxiii. videtur prima facie. litera. b. vol. ij. & uoluit etiam Alexand. in cõſi. cj. ſuper quæſito quo quæritur. col. ij. uerſ. accedat ad confirmationem. uol. iiij. Vbi expreſſe loquit᷑ in ſtatuto caſus noſtri. Quod voluit ipſe antea Bar. in procœmio
169 C. nu. vi. ubi dicit † ꝙ quando ſtatutum uult, ꝙ cauſæ coniunctorũ compromittantur, non habet locum ubi eſſent inſtrumenta, quæ habent executionem iuratam ratione inſtrumenti, uel teſtamenti, & ſic uult ꝙ cauſa compromiſſibilis non eſt ubi extat teſtamentum, & in facti contingentia ita fuit Neapoli determinatum in ſa

cro Concilio,ꝙ in terminis pragmaticæ noſtræ cōpromiſſum non habeat locum, quando ſumus in teſtamento,ex quo eo caſu cenſetur tanquam liquidum, ut habetur per Antonium Capicium in deciſion.Neapol. xlviii. In cauſa magnificæ Camillæ, tenuit etiam Vincentius Macilla in commēto conſuetudinum Bari. §. marito. nu.xxii. ſub rubri. de iure dot.

¶Nec obſtant contraria, quia illæ loquuntur non eſſe liquida, quoad id ut ex eis poſſit deueniri ad executionem iuxta formam ritus,& ſtatuti, vt uoluit Capycius in dicta deciſio.xlviii.nu.iii. ¶Cuius cōtrariū tenuit Philipp.Corn. in conſi.ccxxiii.videtur.per totū. vol.ii.ubi uoluit,ꝙ quando breui eſt liquidandum, fit executio ad formam ſtatuti. Quod & ante eū voluerat Guil.de Cuneo.ante Barto.in l.i.ff.de edēd. & idem Corn. in dicto cōſi.cxxiii.litera.b.in medio, & dicit ita tenuiſſe Ioannem de Monte Sperello præceptorem ſuum, ac ipſum etiam legendo dictam l.i.ff.de edend.& inde idem Barto.in l.i.ff.de leg.ii. dixit in ſtatuto inſtrumentorum habētium executionem paratam, licèt non appareant inſtrumenta liquida,
170 †tamen poteſt peti ea mādari executioni,& in ipſa cauſa executiua liquidabitur liquidādū, eodemq; pacto ſententia diffinitiua de ſui natura meretur executionem. ut in toto tit.C.de executio. rei iud. nihilominus ſi ſententia non eſt liquida, petitur eius executio, & in cauſa executiua liquidabitur li
171 quidandum†Accurſ.Bar. & Bald. ac Angel.& communiter doct. in d.l.i.in princip.ff.de eden. & Bar. ī l.ii.C.de ſentēt.quæ ſin.cert.quāti.quibus cum ſuis allegatis hærere uidetur Pādus Grauinas. in tracta.de execut. inſtrumento. parte iii.declaratio.xxi.nu.lxviii.

¶Et aliquando quando inſtrumētum non eſt liquidum, poteſt ta-
172 men ex ſpeciali pacto † pro liquido haberi per partes, nulla alia ꝓbatione quæſita.Bart.in l.iij.in q. iii.princi.C.de pignorib.& Annibal de Caua hic.col.vii.

¶Et ad materiam an requiratur partis citatio in liquidatione fa-
173 ciēda,†vide Benedict.Barz. in tracta.de inſtrument.guarentig.parte j.q.ij.& dicemus alibi deo dante magis latius quàm alibi uſque huc dictum ſit.

¶Decimò quæro an cauſa reſtitutionis in integrum,poſſit in arbitrum compromitti?Ad quod breuiter reſpondendo dicimus textū uideri expreſſum in l.fi. C.ubi, & apud quē.ubi Iuſtinianus expreſſe
174 decidit†cauſam reſtitutionis in integrum ab arbitris & compromiſſariis cognoſci non debere, nec poſſe.ubi hoc uoluit Bart. & Abba.Panor.in c. penul. extra de reſti.in integr. & ante eos Hoſtienſis in ſumma de arbitr. §. de quare.in fin. & Speculat. in titul. de arbitr.

arbitr.& arbitrato. §. reſtat. nu.i.
uerſi. item de cauſa reſtitutionis.
Lanfrancus Orian.in tract.de ar-
bi.§.compromiſſum.circa finem.
& eſt cõcluſio communiter à do-
ctoribus recepta.

¶ Limita eam tu primò procede-
re illam concluſionem,ꝙ ab arbi-
175 tris reſtitutionis † in integrũ cau-
ſa nequeat cognoſci prĩcipaliter,
ita procedat tex.in d.l.fi. C.ubi &
apud quem. Secus autem inciden
ter, habetur ĩ d. c.pen.de reſtit.in
integr. Hoſtien.in d.§. de qua re.
in fin.per tex.in d.c.penul. uoluit
ibi Abb.Panor.nu.vj.ubi dicit illũ
textum non poſſe cauillari,& per
eum limitari textum iuris ciui-
lis, ꝙ ille iuris ciuilis tex. proce-
dat quòd principaliter arbitri nõ
cognoſcant de reſtitutione in in-
tegrum, ſecus uerò incidenter. &
tenuerũt Zacharias. & Anto.Fran
ciſ.in apoſtill.ad eum.& Specul.in
d.§. reſtat.nu.j. quam limitationẽ
ueram etiam tradidit Philip. Cor.
in conſi.cccxxxviij.dictos actores.
litera k, la ij.uol.j.tenuit Bal.in d.
l.fi.& Lanfran. in d.§.compromiſ
ſum.Hoſtiẽ.adducit ſimile in cau-
ſa ſtatus.ut in l.j.ij.& iij.C.de ord.
cogni.& ĩ l.quoties.C.de iudicijs.

¶ Secundò limito nõ procedere,
ubicunq; arbiter non reſtitueret
in integrum,ſed pronunciaret re-
ſtituendum,ita † uoluit Accurſ.in
176 d.l.fin. in uerſi. compromiſſarios.
Quã ſub nube & ſub dubio ſequi-
tur Barto.ibidem numero v.dans
uerum pro ſuo iudicio intellectũ
ad illam glo.Quam ſententiã non
confirmat Panorm.in d.c.pen.nu.
vij.uerſic.ex hoc infero.Tu tamen
pro uera cognitione autumes.

¶ Tertiò & ultimò limita nõ pro-
cedere in arbitratore,ex quo bene
per eum cauſa reſtitutionis in in-
177 tegrum cogniſci poſſet, † uoluit
Barto.in d.l.fina.nu.vi.

¶ Fretus ea ratione,quòd quemad
modum ſuper cauſa reſtitutionis
in integrum poteſt tranſactio fie-
178 ri † eodẽ etiam modo per arbitra-
mẽtũ. Quã nullo modo approbat
Abb.Panor.in d.c.pen.nu.vii. ſal-
uando tamen Bart.dicit ipſe eiuſ-
dem Barto.opinionem poſſe intel
ligi, arbitratorem non poſſe uere
cognoſcere de cauſa reſtitutionis
179 in integrum,de ea tamen† amica-
biliter componere bene quidem
poſſe,& ita reſidet.

¶ Quicquid ſit tamẽ in Regno ar
bitri electi uigore huius pragmati
cæ habent iuriſdictionem, ut latè
dixi infra.§.iij.gl.i.nu.lvi. cum plu
ribus ſeqq. Ideoque poſſent de ea
cognoſcere, maximè cùm conclu-
ſerimus ibi arbitrum electum vi-
gore pragmaticæ noſtræ ęquipara
ri delegato, qui etiam de reſtitu-
180 tione principaliter† cognoſceret.
ut uoluit Abb.Pano.in d.c.penul.
nu.vii. p quæ vt æquiparatorũ ea-
dem ſit ratio, idem dicendum eſ-
ſet in arbitris electis ſecũdùm ter-
minos noſtros.

¶ Vndecimò quęro,an cauſa iuris

patronatus eccleſiaſtici vigore legis noſtrę poſſit in laicum arbitrū compromitti? nimium vrgent quę dam rationes quòd poſſit cōpromitti in laicum, quas adducit ſubtiliſſimus doct. Do. Franciſc. Aret. in rubr. extra de iudi. quas ego adducā in forma ſyllogiſtica, & cathegorica.

¶Primò quòd queſtio iuris patronatus eccleſiæ ualeat compromitti in lacum, ex eo dependet quòd ius patronatus ſit quid temporale, quo caſu temporalia per laicū
181 † preſcribi poſſunt, ſpiritualia autē minime. ut habet in c. cauſam. extra de præſcript. ſed ſic eſt quòd ius patronatus poteſt per laicum
182 præſcribi, † ut eſt tex. ubi hoc notat Anton. de But. in c. querelam. extra de elect. ergo cùm ius patronatus ſit quid temporale, rectè poteſt præſcribi, & conſequenter coram laico arbitro compromitti.

¶ Secundò dum aliquoties laico
183 conceduntur ſpiritualia, † detinentur eo caſu per laicum, nō autem poſſidentur .. ut notatur in c. cum apoſtolica. ubi hoc notat Anton. de Butrio. extra de his quæ fiunt a prælat. facit quod notat Ioan. Andr. in c. ii. de prębend. in vi. Innoc. in c. quod ſicut. de electio. ſed ſic eſt quòd ius patronatus poſſidet
184 † per laicum, ut in c. conſultationibus. extra de iure patro. ergo ius patronatus non eſt ſpirituale, ſed temporale, & ideo in laicum arbitrum compromitti poteſt.

¶ Tertiò ad corroborādam hanc opinionem ego adduco, quòd iu-
185 dex ſecularis poteſt de iuris † patronatus quæſtione cognoſcere, ut eſt tex. iuncta glo. in c. filiis, uel nepotibus. in uerſicu. regis. xvi. q. vii. ergo nimirum ſi iuris patronatus controuerſia in laicum arbitrum poſſit, ac ualeat cōpromitti.

¶Quartò facit, quia laicus poteſt
186 baptizare, ac etiam † confeſſiones audire, ut in c. quod quidam. q. i. & in c. quem pęnitet. de pęnitent. diſtin. i. ubi notatur.

¶ Quintò, & vltimò, ꝙ cauſa iuris patronatus poſſit in laicum ar-
187 bitrum compromitti, † patet in c. examinata &c. de confirm. util. uel inutil. ubi quæſtio iuris patronatus ſancti Angeli, uertens inter dominum quendam Matthæum, & quoſdam alios milites de campania fuit compromiſſa, & ſic quæſtio noſtra uidetur deciſa clare, quòd compromitti poſſit in laicum, vt in d. c. examinata.

¶Contrarium autē poteſt rectius ſuaderi ex alia opinione, & ueriori, quòd imò ius patronatus ſit ſpirituali annexum, & de eo uti de re ſpirituali nō poſſe in laicum compromitti, ut concludam ex infraſcriptis.

¶ Primò quia ius patronatus eſt communicatum laicis ex gratia,
188 † ut in c. iii. extra de iure patrona. ex quo datur intelligi, quòd ſi nō eſſet datum ex gratia, eſſet temporale, & non ſpirituale, & ſic de iure com-

re com-

re cõmuni, vt de re tẽporali, cõpeteret eis, ac concederetur. ut in ſimili uoluit Abb. Panorm. in c. j. de præbend. & dignitatibus. & ante eũ Anto. de Butr. in rub. extra de indic. & in c. quanto. extra. eo. tit.
¶ Secundò transactio eſt prohibi-
189 ta in † ſpiritualib⁹. ut in c. ſuper eo. de tranſact. ſed ſic eſt quòd tranſa-
190 ctio prohibetur ẽt ſuper iure † patronatus, & in c. præterea. de iure patro. ergo ius patronatus eſt ſpirituale. Et propterea cum arbitramentum, & tranſactio æquiparentur, & ſint quaſi † ſimilia, vt uoluit
191 Bartol. in l. quòd ſi Epheſi. §. interdum. in fine. ff. de eo quod cert. loco. Idem Barto. in l. furti. §. ſi iuſſu. ff. de infamib. Bald. in rubr. C. de rer. permutat. & in l. fi. in ij. oppoſit. C. de contrahend. empti. & in l. ſub prætextu. la ij. C. de tranſact. Vnde ſicuti ſuper iure patronatus tranſactio nõ admittit', ita nec & arbitramentum, & cõpromiſſum, arg. l. a Titio. ff. de uerbo. oblig. & l. illud. cum mille ſimilibus. ff. ad leg. aquili.
¶ Tertiò, nulli eſt dubium, ꝙ crimen ſimoniæ, eſt crimen ſpiritua-
192 le, † & nemo hoc negabit & capitur ex dictis Richardi in iiii. diſtinct. xxv. articu. iii. q. ii. Aſteſan. in ſumma. lib. vi. titul. lv. & in ſi-
193 moniaco ſolus eccleſiaſticus † diſpenſat, ut ſummus Pontifex. voluerunt Calderin. poſt glo. in cap. poſt translationem. de renuncia. Anto. de Butr. & Abb. Panor. in c. in ſimoniaco. extra de ſimon. & quandoque epiſcopus diſpenſat,
194 † ut in c. præſentium. j. q. v. & Tancredus in c. ſicut nobis. extra eod. titu. ſed in iure patronatus com-
165 mittitur crimen ſimoniæ, † ut in c. j. extra de iure patro. cui hærere noluit ſancta ſinodus Tridentina in generali Concilio congregata. in c. ix. incip. ſicuti legitima. ibi (Nec dictum ius patronatus uenditionis) ſeſſione xxv. In decreto reformationis. Et ſic cùm ſit ſpirituale, de eo nullo modo in laicũ fieri poteſt compromiſſum.
¶ Quartò in confiſcatione bonorum facta per iudicem ſecularem in bonis alicuius, propter crimen læſæ maieſtatis uel ſimile non ue-
196 nit † ius patronatus, ut uoluit glo. in clem. paſtoralis. de re iud. doctor. in c. cùm ſecundùm. de hæretic. in vj. Bart. in l. ſi finita. §. de vectigalibus. ff. de damn. infecto. Philip. Frãc. in c. felicis. §. nullus. de pœnis. in vj. & concludit Felyn. in c. quanto. nu. iiii. de iudic. & ſic cenſetur ſpirituale, aliàs cõfiſcaretur cum aliis bonis.
¶ Quintò quia laicus patronus
197 non poteſt ſine † epiſcopi authoritate, uel conſenſu ius patronatus eccleſiæ donare, ut in c. cura paſtoralis. extra de iure patronat. ergo ſequitur ꝙ ſi eſſet aliquod tẽporale, poſſent de eo laici abſque epiſcopi conſenſu diſponere. arg. l. in re mandata. C. mandati. ergo cenſetur quid ſpirituale, quod

laico arbitro cognoſci prohibet. ¶ Sextò facit, quia ius patronatus eſt ſpirituale quoddã, uel ſpiritua
198 li annexum, † ut habetur in c. quã to. extra de iud. tenuit Mich. Calido. in rub. extra de iud. nu. 138. & notat gl. in c. de iure. extra de iur. patron. voluerunt etiam Goffredus, & Hoſtienſ. in ſummis. titu. de iure pat. & communiter doct. in dicto c. quanto. Archidiaco. in c. piæ mentis. xvj. q. vii. Antonius Florentinus in ſumma. parte ij. §. xxiiii. titu. j. cap. v. & Cardinal. in Rubr. de iure patro. q. ii. Federicus de Senis in conſi. ccxxv. Si opinio. col. j. & latè modernorũ omnium princeps (pace aliorum dicam) meus Andreas Tiraquel. in rep. l. ſi unquàm. in verſ. donatione largitus. nu. cccliij. C. de reuocan. don. & ideo cùm ſit annexũ ſpirituali, de eo ut de ſpirituali eſt iudicandum, cùm connexorũ
199 ſit idem iudiciũ, † ut in c. translato. de conſtit. & in d. cap. quanto. Nec legibus, aut cõſtitutionibus laicorum ſubiicitur quæſtio iuris patronatus, quia procedũt à pari, forum laicorum ſortiri, & legi
200 bus eorum ſubiici, † ut eorum argumento uoluerunt Anton. poſt Innocẽ. in rubr. extra de cõſuetu. uerſ. unã regulam habetis. Archidiaconus in c. quo iure. viii. diſtin. meus Andreas in d. l. ſi unquàm in uerſ. donatione largitus. nume. cccliii. C. de reuoc. don. maximè in caſu noſtro, cùm ſpiritualia ſint digniora, minùſque dignum
201 à magis digno trahi † apertum ſit, ut in l. ii. in princip. C. commun. de lega. cum ſimilibus. ergo cùm ſpiritualia compromitti nequeãt in laicum, ut ſupra latè docuimus hac eadem glo. nu. lxxii. cum non nullis ſequent. & habetur in c. decernimus. extra de iudic. in c. ſacroſancta. & in c. Meſſana. extra de electión. ſequitur clariſſima cõ cluſio, quòd de iure patronatus in laicum arbitrum compromiſſum fieri non poteſt. ¶ Quam cõcluſionem vt ſupra receptam, quæ non poteſt meo iudicio aliter ſuaderi, primò limita, vbicunque de iuris patronatus quæſtione fieret compromiſſum in clericum, uel iudicem eccleſiaſticum,
202 quia tunc † bene fieri poſſet. ita procedit tex. in allegato c. examinatæ. de confirmat. util. uel inutil. ubi Abb. Panormi. dicit, quòd ibi uicedominus Sabinenſis erat vicarius eius epiſcopi, & Cardinalis. & ita ſenſerat antea Anto. de But. ibid. & Felin. in d. c. quanro. nu. ii. ¶ Secundò limita non procedere, ubicunque eſſet quæſtio facti, & non iuris, ut puta, tu promiſiſti mihi donare tale ius patronatus, & modò negas, hoc caſu in laicum rectè fieri poterit cõpromiſſum, quia quando de re ſpirituali eſſet quæſtio facti, & non iuris, tunc poteſt compromiſſum fieri
203 in † laicum, ut concluſiue dixit Anto. de But. in d. c. quanto. per not.

per Bart.in l.quoties. C.de iudic. & in l.omnium.C.de ſacroſ. eccl. & in l.Titia.ff.ſolu.matr.& uoluit Felin.in d. c.quanto. in fin. quod cùm procedat in re ſpirituali,quãtò magis in caſu noſtro? cùm ius patronatus ſecũdùm unam opin. non ſit merè ſpirituale, ſed ſpirituali annexum.& ita etiam probatur ex eo quod dicit notab.Cardi. in c.ſignificauit.de teſtib.ut refert & ſequitur Felin. in d. c. quanto. ubi dicit eſſe contra opinionem Abbatis ibidem qui contrariũ ſenſerat. & hãc opinionem ſequitur Franciſcus Aretin.in conſi.vi. viſo inſtrumento. in fin.

¶Tertiò limita nõ ꝓcedere, ubicunque ageretur de uiolentia illata

204 †patrono dicti iuris, ex quo tũc coram ſeculari iudice agitari poterit, quia illo caſu habet' ratio iniuriæ perſonalis.ut uoluit Bald.in c. quanto. & ſequitur ſimpliciter Andreas Barbat. ibi in apoſtillis ad Abb.Panor.in fin.

¶Quartò limita non procedere, quotieſcunque ageretur petitione uniuerſitatis bonorum, inter quæ reperiretur forte ius patronatus, ex quo ſi compromiſſa eſt in laicũ tota cauſa, poteſt unica ſententia de eo etiam generaliter terminare, non facta eius mentione nec in libello, nec in ſententia, ex quo cùm tranſeat cum uniuerſita

205 te bonorum,†ut in c.ex literis.extra de iure patron. rectè comprehendi poteſt ius patronatus acceſſorium bonorum, per regul.acceſſorium.de reg.iur. in vi. & l. cum principalis.ff.eo.titu.& maximè, quia quando quis dicit, peto hæ

206 reditatem†cùm iure patronatus, poteſt cognoſcere, ſecus ſi diceret,& ius patronatus.uoluit Abb. Panor.in c.querelam.de ſimon.ſequitur ẽt Marian. Socin. & Ioan. de Anania,& Felin.in d. c.quãto. nu.v.quia ubi eſt dictio, cum, ue

207 nit acceſſoriè:†vbi verò dictio,&, coniungit omnia æque,& principaliter.Voluit Barto. in l.iii.& in l.ſi cui.ff.de fund.inſtruct.& inſtr. legat.

¶Quintò limita, quotieſcunque diceretur in libello, peto talia bona,cum pertinẽtiis,& iure patronatus in caſu ablatiuo; quia tunc ualet: & ſicuti uẽditio hoc modo facta ualet,ita & compromiſſum,

208 †ut uoluit Marianus Socin.in dicto c.querelam. & Felin. in dicto c.quanto.nu.v.

¶Sextò limita nõ procedere,ubicunque de iure patronatus fieret compromiſſum in laicũ & in clericum ſimul,arg.eorum quæ notantur per Panormita. & alios in c.per tua.de arb. per Alexand. in conſil.xcj.uiſis actis. col.ii.uerſic. nec etiam prædictis obſtat. vol.ii. Petr.de Ancharan.in conſi.xcviii. iſtam quæſtionem in princip. & latè dixi ſupra ead.glo.nu.lxxix.& lxxxiij.cum pluribus ſeqq.

¶Septimò & ultimò limita non procedere, quotieſcunque non

princi-

principaliter, & in capite agere-
tur de iure patronatus, ſed de a-
blatione bonorum exiſtētium in
iure patronatus, & eorum occu-
209 patione, ex quo tunc bene † poſſet
compromitti, & ita intelligo tex.
i dicto. filiis, uel nepotibus c.xvi.
q.vii. vbi ſucceſſores eorum, qui
eccleſiam erigi fecerunt, uel dota-
uerunt, poſſunt in epiſcopi deſi-
ſidiam, ac negligentiam, ad Regis
iudicium accedere, & agere con-
tra fraudantes, ac occupantes bo-
na eccleſiæ. Quæ omnia notanda
ſunt, quia diſperſa in unum colle
gi pro iſta materia ornanda.

¶Nec obſtant contraria, quia ex
dictis pro iſta opinione patet re-
ſponſio, & etiam ex infraſcriptis,
quæ ſubſequuntur.

¶Primum non obſtat, quòd tem
poralia præſcribuntur, ſed ius pa
tronatus præſcribitur, ergo eſt tē
porale: quia ea opinio, quòd ius
patronatus pręſcribatur, non eſt
210 ita tuta, † & cōtrarium quòd imò
ius patronatus non pręſcribatur,
tenuerūt Archidiaconus in c.hor
tamur.lxxxj. diſtinct. & Abb. Pa-
nor.in ſua diſputat. incip. Ange-
rio.in primo dubio.colu.vj. & in
d.c.querelam.Philipp. Deci.in ru
bri. extra de iudic. Panormita. in
c.cauſam.de præſcrip.& in conſi.
vj.caſus.uerſ. ſecundò principali-
ter.vol.ii. Felin. in dicto c. cauſā.
Alexand.in conſi.lxxv.viſis.in fin.
volum.iiii.ea potiſſimum ratione
quam Abbas in dictis locis dicit
inconuincibilem, uidelicet quòd
ſicuti laicus non poteſt poſſidere
211 † ius ſpirituale, nec per conſequēs
præſcribere, ut in dicto c.cauſā.
de præſcript.pari etiam modo idē
eſt dicendum in iure ſpirituali
annexo, ſicut eſt ius patrona-
tus.ut in dicto c. de iure. de iure-
pa. cùm ut ſupra docuimus, cōne-
xorum idem ſit iudicium. ut in c.
præterea.de tranſact. cum cōcor.
Si igitur laicus mero iure illud
212 poſſidere † non poteſt, ſequitur quod
nec præſcribere.argu. c. ſine poſ-
ſeſſione.de reg.iur.in vj.quā quæ-
ſtionem per multos caſus exami-
nat, & concordat Ioannes Franci-
ſcus Balbus in tract. præſcript. in
prima parte. v. partis princip. q.
ix.per totum.

¶Secundum non obſtat funda-
mentū opinionis contrariæ: quia
reſpondetur ſecundùm Philipp.
Deci.in allegata rubri.de iudiciis.
quòd per laicum poſſideatur ius
patronatus, ut in dicto c.conſulta
tionibus. ex quo, ut apparet in il
lo textu, loquitur in patrono di-
213 cti iuris † patronatus, ſecus uerò
per laicū qui non eſt patronus, per
quem non poteſt poſſideri, quia
cum illo fuit diſpenſatum ut ha-
beat ius patronatus, ſecundùm
Abb. in loco ſupra allegato. vel
alio modo reſpondeamus, quòd il
214 le text. non loquitur † proprie de
poſſeſſione, ſed de detētione. facit
text.in l.ſtipulatio iſta.§. ei quoq;.
cum ſimilibus.ff.de verb. obli.uer

bum nanque (poſſideant) ibi uere
ſtare non poteſt pro poſſeſſione,
quia ius patronatus, cùm ſit ius,
eſt incorporale, & incorporalia
215 non poſſidentur, † ut in l.ſeruus.
§.incorruptibiles.ff.de acquir.rer.
dom.glo.in c.conqueſtus. de foro
competen.& in cap.nemens.de in
grita.reſtitutio.

¶ Tertium non obſtat fundamen
216 tum, ꝙ cognoſcat ſecularis, † per
glo.in c.filiis,uel nepotibus.xvi.q.
vii. ex quo argumentum illud du-
plici reſponſione diluitur. primò
quia ille textus non loquitur prin
cipaliter,& ĩ capite de iure patro-
natus, ſed de rebus, & dote iuris
patronatus. Secundò ibi in negli-
gẽtia epiſcopi pōt adiri Rex, qui
Rex nō per omnia dici poſſet me
re laicus,cùm antiquitus vngeren
217 tur, & † conſecrarentur, ut habe-
tur in libris regum, vbi dominus
præcepit Heliæ,ut reuerſus Dama
ſcum, ungeret Aſahel regē ſuper
Syriam, Iehu filium Nam ſi ſuper
Iſrael & Heliſæum filium Saphat,
qui eſt de Abelmaula vnges ꝓphe
tam ſuper te. ut habetur in c.uni-
co.extra de ſacr.vnctio.& habetur
per Panorm.in c.intellecto.nu.iij.
de iureiurā. & lib. iij. Regū.c.xix.
& habetur apud Flauium Ioſephū
antiquitatum iudaicarum.lib.viij.
c.vij.in hęc verba.Mādatúq; mox,
ut domum reuerſus, declaret po-
puli regem Ieum Nemeſſei filium,
apud Damaſcum uero Sirorum
Azaelem,& pro ſe prophetā Heli
ſæum conſtituat, ex Abela vrbe o-
riundum. Hæc ille. licèt poſt domi
ni Noſtri I E S V Chriſti aduentū,
non in eo loco ungantur, ſed in
bracchio, aut humero. ut in d.c.v-
nico.ubi Abb Panorm.extra de ſa
cra vnct. nec omittendum, quòd
nō dicūtur eſſe propriè in ſacris,
licèt ungantur, ut voluit Specu.in
titu.de leg.§. nunc oſtendendum.
officium tamen gerit cū miniſtrat
epiſcopo. iuxta notata per gl.in c.
Valentinianus.lxiij.diſtinct.& uo-
luit Martin. Laudenſ. in tract. de
principibus.§. cccccliiij. licèt Im-
perator. quemadmodum religio-
218 ſus eſt epiſcopus, qui † & ipſe ſan
cto oleo ungitur. ut in d.c.j.de ſa-
cra unctio.& in c.ordinationes. il
primo.lxxv.diſt.& habetur per Io-
annē de Firmo in tract.de epiſco-
po.lib.iii.parte iii.principali ſecun
da particula.in c.de cauſa formali.

¶ Quartum non obſtat, quòd lai-
cus poteſt baptizare, & audire cō-
feſſiones, quia non ſequitur cōſe-
quentia, poteſt baptizare, ergo co
gnoſcere de iure patronatus.& in
d. c. quod quidā.& in c.peruenit.
& intelligitur hoc eſſe tempore ne
219 ceſſitatis, q̃ alias † occurrēdo non
curat leges. ut in l.j.C.de oper.li-
bertorum.in l.ii.ff.de offic.conſul.
habetur per doctores in l.ij. ff. ſi
cert. pet. & per Cardinal.in clem.
j.q.xix.de reb.eccleſ. non alien. &
poteſt neceſſitas cogere, ac proba-
220 bile facere, quod aliās eſſet † impro
babile, ut in caſu nr̃o docuit Bald.

in l.cùm antiquitas.C.de teſta.

¶Quintum & vltimū, quòd cauſa iuris patronatus compromittatur per dictum c.examinata.extra eod.ex quo,ut ſupra diximus,textus ibi loquitur in clerico, & ſic remanet expedita iſta quæſtio.

¶Duodecimò quæro,oritur controuerſia inter duos de tutela, ſcilicet quis ſit ponendus tutor, an ea cauſa poſſit ab arbitro cognoſci, & in eū fieri compromiſſum? breuitati inſeruiēdo dicam, quod dixit Bart.in l. prætor.ff. de tutor. & curator.dat.ab his.quòd ea cau
221 ſa tutelæ compromitti non † poteſt,ex quo eſt mixti imperij.l.muto.§.tutoris datio.ff. de tutel ideo compromitti non poteſt.l.non diſtinguemus.§.Iulianus.ff. de arbi. eandem opinionem antea tenuerat Specul.in titul.de arbitr. & arbitr.§.reſtat.nu.v.uerſi.quid ſi mater.idem per tranſitum tenuit Ludouic.Rom.in conſi.cclxii.in propoſita cōſultatione.nu.vj. & Ornanus.in tracta.de arbi.q.xlviij. quo ſtante Bartol. in d.l.prætor.ſubſequitur, quòd ſi ſtatutum diceret, quòd omnes cauſæ cōpromittantur in arbitros, & arbitratores de iure,& de facto, quòd ſi ſit inter
222 duos contentio † de tutela, non compromittetur:quia illud compromiſſum in arbitratorē eſt quędam
223 tranſactio,†ut in Auth.ut differ.iud.§.j.ubi notata.quæ tranſactio nō cadit in tutelæ quæſtione, non enim poteſt quis dare, uel accipere pecuniam vt patiatur aliū
224 tutorem eſſe, † uel ſeipſum.ut in l.eos.ff.de tutel.& ita reſſidet Bar. in iſta ſupra firmata quæſtione.

¶Ego autem anxie,ac timidus talem concluſionem ita receptam & traditam limitare ſolebam aliàs in margine Bartoli in d. l. prætor. & ne tanti inuicti uiri manes, reliquiaſq; turbarem,ut infra ſequitur,eius opinionem iuxta legē noſtram ueram non eſſe dicebam:ex quo cùm concluſerimus infra §. iij.gl.j.per totū arbitros electos uigore ſtatuti dici arbitros iuris, & æquiparati iudicibus, per ea quæ notat Bald. in l.j.C. ſi quacunque præd. pot. ubi dixit quòd in arbi-
225 tros electos† ex forma ſtatuti trāſfunditur omnis iuriſdictio prioris iudicis, propter quod, vt quid eſt i cauſa quare tutelæ cauſam in arbitros compromitti non poſſe voluerint?imò poſita pro conſtanti altera opinione,quòd arbitri electi ex forma legis noſtrę,ac ſtatuti dicantur arbitri iuris, & æquiparērentur iudicibus delegatis iuxta notata per Abb.Panor. & Felin.in c. ſuſpicionis.extra de offi.deleg.per Philipp.Franc.& alios in c.ab arbitris.de officio.deleg.in vi. cum latè,ac concluſiue tradidimus infra §.iii.glo.j. per totum.ubi diximus æquiparari delegatis, & maximè in caſu noſtro,cùm iſti arbitri ſint delegati a lege,quo caſu dicuntur iudices ordinarij, ut not.in l.j.ubi iſtud notat Alexand.in iii.not.nu.

viij.ff.de offic.eius cui mand.eſt iuriſdict.quod autem ſit delegatus a lege, patet, quia lex iſta eſt facta a rege in regno, & lex eſt, & pro lege ſeruanda.uoluit glo.no.ubi Andreas de Iſern.in prœmio.conſtit. noſtrarum.in princi.ſed iſta pragmatica eſt facta in regno, & a rege noſtro,ergo eſt ſeruanda,maximè cum ſit facta a rege,qui dicitur lex animata in terris.ut in §.fin.in Authen.de conſulibus.& potuit hanc legem in ſuo regno cõdere,ut per multa latè diſſeruimus.infra §.iij. gl.j. nu.xxxij. cum pluribus ſeqq. vnde a primo ad ultimũ, cùm delegatus a lege dicatur iudex ordinarius, non uidetur poſſe negari, arbitros ex lege noſtra electos de tutelæ cauſa cognitionem non habere, cùm iudex ordinari* cognoſcat d mero,mixtoq; imperio, maxime in regno Neapoli. unde poſito pro conſtanti opinionem Barto.in d.l. prætor. veram eſſe, per quam dicitur tutelæ controuerſiã eſſe mixti imperii per l.muto.§.tutoris datio.ff.de tutel.cui ego nullo pacto cõtradico: omnia tamen iura, quibus præfati doctores mouentur,dicunt de inferiori delegato,non autem principis, ut in caſu noſtro, qui cùm dederit talem poteſtatem arbitris,uidetur ordinariam iuriſdictionem tribuiſſe,
226 † cùm poſſit.ut in l.j §.cùm vrbẽ. ff.de offic.præfec.vrb.quòd autem de inferiorum iudicium delegatis ipſi loquãtur, patet, cùm ſemper allegent leges in tit.ff.de offic.eius cui eſt mand.iuriſdict. qui titulus loquitur de inferiorum iudicum delegatis. ut ibidem docuit Ludo. Rom. & ideo nõ habent procedere in caſu noſtro,in quo diceretur delegatus a lege,qui cùm habuerit poteſtatem cognoſcendi in omnes cauſas inter coniunctos,uidetur comprehenſa etiam cauſa tutelę, quia in mandato legis dantis
227 cognitionem † ueniunt omnia,ut voluit Bal.in l.qui procuratorem. ff.de procura.& cùm ſint delegati ad vniuerſitatem cauſarum inter coniunctos,iam acquirunt iuriſdictionem,qua acquiſita omnia poſſunt terminare.per notata per Iacobum Butrigar. in d.l.qui procuratorem. Vbi dicit, quòd ſi eſt cõmiſſa iuriſdictio delegato ad vniuerſitatem cauſarum, poteſt omnia
228 † diffinire,& terminare,& ratio eſt,quia iam habet iuriſdictionem acquiſitam.ſequitur Ang.ibidem.& Salyc. in l.vbi.C.de falſ.facit etiam pro hac opinione tex. in §.ad hoc ꝓhibemus. in fin. Auth. de collat. ubi ſubdelegatus præſidis prouintię cognoſcit de omnibus
229 † præter membri abſciſſionẽ, & vltimum ſupplıciũ,quantò magis in caſu noſtro uidet̃ poſſe cognoſcere, cùm non ſit ſubdelegatus,ſed delegatus,a maioritate rationis.arg.auth.multo magis.C.de ſacroſan.eccleſ.cum concord. adductis per Petrum Andream Gãmarum in Dialectica legali lib. ij.

in c.

in c.de loco a minori ad mai⁹.quę tantò magis habent procedere in caſu noſtro, quòd quæſtio tutelæ cognoſcatur per arbitros, ſi oriretur inter conſanguineos,& cõiunctos, cùm lex & pragmatica noſtra dicat compromittẽdas omnes cauſas ciuiles, quo caſu nulla excludi
230 † debet.argu.c.ſi romanorum.xix. diſtinct.& c.ſolitæ.de maiorita. & obed.& in l.iulianus.cum ſimilib. ff.de leg.iii. quibus ſtantibus dicerem in caſu noſtro bene poſſe talem tutelæ quæſtionem compromitti in arbitrum uigore legis noſtræ quicquid dixerint Bart. & ſequaces.qui forſan, ut ex uerbis licet uidere, nimis abſens eſt a caſu noſtro, & in aliis terminis ſtatutorum forſan factorum a ciuitate non habente iuriſdictionem, nec valenti dare poteſtatem, ſecus in caſu noſtro, in quo ſumus in lege regia generaliter prolata a principe. & ita concludo ſaluo iudicio meliori, tu autem regnicola melius cogita, tuo nanque iudicio id remittimus.

¶ Decimotertiò quæro, an quæſtio iuris poſſit, aut debeat compromitti? dicẽdum uidetur, quòd cùm ſit quæſtio iuris, ac in iure clarum ſit reperiri poſſe, eam uidetur compromittendam non eſſe, ex quo vbi eſt caſus legis, ibi nulla
231 cadit† ambiguitas, aut dubitatio.l. ancillæ.ubi Bar.nu.iiii.C.de furtis. allegat tex. notab.in l.ſacrilegij.C. de ſacroſanct.eccleſ.ubi dicitur ſecundùm Salyc.ꝙ crimen quaſi ſa-
232 crilegii eſt negare† Imperatorẽ poſſe, cùm ſit clarum, & indubitabile ſupremam eſſe eius potentiam ſuper principes, ideo diſputare de his, quæ pertinent ad eius iuriſdi-
233 ctionem, eſt crimen † ſacrilegii. gloſſa iuncto textu in l. diſputari. C.de crimin.ſacrileg. ſecus autem in non pertinentibus ad eius iuriſdictionem, ut fecit Federicus Imperator qui fecit Cardinales, & Antipapã, ut tetigit Accurſ.in dicta l. diſputari. in fin. & Martinus de laude in tractat. de principibus.§.ij. Inde dixit Alexand. in apoſtill.ad Barto. in l.poſt rem.in princip.ff.de tranſ.quòd non po-
O vita fallax abditos ſenſus geris.

Et maxime cùm vita noſtra breuis
366 ſit, † iuxta illud Chryſoſtomi.dixi
uobis, quia uia eſt uita præſens, cu
ius triſtia, & læta pertranſeunt,
& nundinæ ſunt, quæ cernimus
omnia.quod & confirmatur ex il-
lo Maronis lib.ii.Georgi.dicentis.

Optima quæq; dies miſeris mortalibus ævi
prima fugit.
Subueniunt morbi, triſtiſque ſenectus,
Et labor, & diræ rapit inclementia mortis.

Quo uerissimo exiſtente, & ut ue-
riſſimum eſſe nemo ambigat, non
367 poteſt vnuſquiſque omnia† noſſe,
de quo etiam nos admonet exem-
plo breui Vliſſes apud Homerum
dicens.

Non vni dat cuncta deus, formoſus ut idem
Sit ſimul, ac prudẽs, & multa laude diſertus:
Qui ſpecie carus Deus hic uenerabilis ornat
Viribus eloquij, quo ſis mærentur ut unum
Hunc alij ſuauis linguæ dulcedine capti,
Hic autem fidens orat, leniq́ue pudore
In cætus excellit agens, quem numinis inſtar

Suſcipiunt, vrbem quiſq; petiere loquentem
Aſt alium forma bonitas, quoniam cominus æquas
Cælitibus, penitus deficit gratia linguæ.
Et ad illud tendit dictum præclariſſimi poetæ, ac philoſophi Franciſci Philelphi in epiſtola conſolatoria ad Iacobum Antonium Marcellum patritium Venetum. colũ. xxviij. ubi dicebat. Non patitur ratio naturę, Deus ipſe non patitur, ut bona ſimul omnia, quæ vulgo exiſtimãtur, ita in vnum aliquem virum confluant, ut tãquam perpetua ſint futura, referens uulgatum illud Hælenæ apud eundem Homerum dum dicebat.
Aſt alias alijs, quaſquis valet omnia ſolus.
Ideoqne ne a ſcopo plurimum digrediamur, & ut noſtra unde exiuit pergat oratio, uiſum mihi fiat propoſitæ quæſtionis nodulos ponere. ¶ Et ut unico claudam meo verbo ſententiã, appellationis cauſam compromitti non poſſe diju dico, primò quia ſtatutum arctãs litigatores ad compromitten
368 dum, intelligitur † re nondum liquida, & ante ſententiam. noluit Bald. in l. j. ff. de tranſact. & ita ibidem tenuit Paul. de Caſt. in princ. ubi refert ita ipſum conſuluiſſe, & tenuit Lud. Roma. in conſil. lxviij. uiſis mihi propoſitis. nu. viij. verſi. cu. primò enim ualidum, & latè doc nt Inno. in c. ſignificauerunt. de teſtib. ubi dicit ꝙ poſt conclu-
366 ſum in cauſa non † poteſt peti fieri compromiſſum, uulg. l. ſi cauſa cognita. & l. ſi diuerſa. Vbi Cy. Bal. & alij. C. de tranſact. c. expoſita. extra. de arbitr. & Roma. in d. conſil. lxviij. cum notatis per eũdem Roma. in l. prætor. ff. de ope. no. nun. & dixi latiſſimè ſupra ead. glo. nu. cxliiij. cum decem numeris ſeqq. & cum his concordare uidetur qđ notatur per Raph. Comen. in conſi. lxxv. quamuis de iure. circa fin.
370 † ubi inquit non poſſe peti compromiſſum, poſtquam proceſſus eſt publicatus, quia ex hoc poſſet fraus oriri, quia litigatores publicato proceſſu, videntes forſan ipſos eorũ intentionem non rectè probaſſe, ut protelarẽt iudicium, & expenſarum condemnationem euitarẽt, peterent de lite compromiſſum fieri, quia non debet quis
371 de ſuo dolo, & fraude † commodum reportare, ut in c. ſedes. extra de reſcript. & placuit Alexandr. in conſ. lxij. uiſa facti narratione. col. fin. vol. ij. cum concordantibus.
¶ Præterea ſi in cauſa appellationis poſſit peti, & deberet admitti compromiſſum, eſſet contra legis noſtræ rationẽ, & ceſſaret, quia ad hoc fuit condita, ut per compromiſſum lites finirẽtur & odia ceſſarent. Modò autem ſi in appellationis cauſa cõpomiſſi petitio admitteretur, odia magis augerẽtur, liteſq; fierẽt continuò longiores, & lex noſtra eſſet facta ludibrio cõtra legumlatoris intentionem. ut notat Spec. in titu. de aduoc. §. vj. verſi. porro. & in tit. de iurament. cal. §. v. verſicu. quid ſi reus. & Bal.

in tract.de ſchiſmat. col.iij. & ſeruitet nobis de vento, quod eſſe nõ
372 debet. † c.ſi ciuitas. de ſenten. excõmu.in vj.ideoque cùm in cauſa appellationis ceſſet ratio legis noſtræ, ea ceſſante, ceſſat eius diſpoſitio. Cardi.in clemen.j.de iudic.c. cum ceſſante. de appell. cum infinitis ſimilibus adductis a perpetuo Galliæ Lucifero And.Tiraqu. in trac.ceſſ.cauſa.parte j.nu.cxxxv. legis cauſa. ¶ Et hanc opinionem, quòd cauſæ appellationis in ſtatu-
373 to cogente coniunctorum † quæſtiones compromitti non cõprehendantur, per plura tenuit Paul. de Caſt.in cõſil.lxxiij.quod in cauſa appellationis. in modernis, ac nouiter impreſſis eſt nu.cccxx. uolu.j.quem refert & ſequitur Alex. in conſil. lxxxij. in cauſa uertente. col.iij.uerſicu.& per prædicta.uolu.j.& in conſil.lxxxij.uidetur prima conſideratione.col.iij.uerſicu. aut poteſtas iniuſtè. uol.iii.& in l. ſi cauſa cognita. num.x. in fi.C.de trãſact.ubi dicit eſſe menti tenendum, & tenuit etiam Robert.Maranta.in Speculat. Aureo.ij.parte. actu ij. nu. xxxj. demũ iſta opinio probari poteſt ex uerbis dictæ noſtræ legis, ubi dicitur, quòd compromiſſum petatur ante dationẽ termini ad probãdum, ergo poſt, & ſic in cauſa appellationis admitti non debet.

¶ Vigeſimoſextò quæro, an de ſententia excommunicationis in arbitrum laicum cõpromiſſum fieri
374 ualeat & dicẽdum eſt † quòd non. tenuit Hoſtienſ.in ſumma de arb. §.de qua re.& Specul.in titu.eo.§. reſtat. uerſic. item de ſententia, & ratio eſt ne pateat uia uitioſo ingreſſui ad ſpiritualia, & ne metu pœnæ iniuſtæ ſententiæ pareat, uel
375 iuſtus etiam † cõdemnetur.c.cum medicinalis.extra de ſentẽ.excom. & in c.ſi epiſcopus.& in c.epiſcopi.xi.q.iii. ¶ Limitant tamen Hoſtienſ.& Specula.in locis ſupra notatis. non procedere in arbitratore, & amicabibile compoſitore, qui pronunciarent in iure quantum ad ſpirituale, & credo quòd ipſi in illo caſu loquantur in clerico, nõ autem in laico in quo ſubſiſterem, in caſu autem ipſorũ quoad expenſas & ſimilia arbitrentur per c.niſi eſſent.extra. de præb. & cap.exparte.extra.de arbi.& ita in hac quæſtione ſine pluri reſideo.

¶ Vigeſimoſeptimò quæro, Nicolaus Ruſſus terræ Oliueti conuenitur à Ioannello Palgeria interdicto vnde vi pro re ſtabili per notata in l.j.in princip. & §.hoc interdictum. ff.de vi, & ui ar. gloſſ. in l.extat.ff.de eo quod met. cauſ. geſt.fue.tex.in §.recuperandæ. Inſtit.de interdict. Ioan. Anton. de Nigris.in c.regni.ſubditorum.nume.xxiiij.ſub rubri.de uiolentiis. Nicolaus Ruſſus reus conuentus qui ſpoliauit, eſt conſanguineus actoris, petit quòd cauſa compromittatur, an pragmatica, & lex noſtra in caſu iſtius ſpolij locum ſi-

bi uendicet, maxime quòd cõpromitti debeat, cùm lex noſtra excipiat quoſdam caſus, inter quos nõ eſt iſte, ideo ſub regula manet. l.nam quod liquide.cum concor. ff.de penu.leg.

¶In terminis noſtris contrarium fuit determinatũ in ſacro Regio
376 †cõcilio, ut per Matthæum de Afflict.in deciſion.Neapolit.lxxxiiij. fuit dubitatum. vbi dicit, quòd ex quo in ſimili ſpolio arguitur violentia, cauſa tendit ad criminalitatem, in quo caſu compromiſſum non habet locum.c.cauſam. de reſtit.in integ. l.non diſtinguemus. §.Iulianus. ff.de arbitr. licèt bene cauſa criminalis ciuiliter mota de iure communi poſſit compromit-
377 ti, †ut in dicto §.Iulianus. Panormi.in c.irrefragabili. §.cæterum. extra de offici.delegat. de quo dicetur in quæſtione ſequenti. & poſtquàm ita fuit determinatũ in concilio, non uideamus ulterius, cùm deciſio, ſeu decretum ſacri concilii, habeatur pro lege, ſecundùm Bald.in l.ſi. C. de leg. & per Vincentium Maxill.in Commen. conſuetud.Bari.§.authore.nu xv. de dilat.& in §.contingit. nu. xv. in fin.de fide inſtrument.per quę ſalua meliori deliberatione pro nunc ita concludo.

¶Vigeſimooctauò quæro, in aliquo inſtrumento quis promittit cum iuramento aliquem non moleſtare ſuper tali re, quo non obſtante re in iudicium deducta per iurantem ſupradictum cõſanguineum alterius contrahentis petitur cauſam compromitti, ex quo aduerſarius oppoſuerat exceptionẽ periurii, & ipſa oppoſita, obſtet uel non obſtet, ille petit compromiſſum, an talis periurii cau-
378 ſa ſit † compromittenda in arbitros, cùm petendo compromiſsũ ſtatim inciderit in periurium? Cauenſis hic in ſua repetitiuncula, nimium ſibi aſſumens, & ſe enixe magnificiens, audacter tenuit eã cauſam compromittendam in arbitros uigore legis noſtræ, ex quo lex noſtra fuit condita ob fauorẽ boni publici, ideò iuramentũ aduerſus ea, quæ ſunt inducta ob fauorem publicum, non ligant. ſecũdùm gloſſ.in l.ij. C. de agricol. & cenſ.lib.xj.l.non dubium. C.de legib. c. ſi diligenti. extra de for. compet.

¶ Inaduertenter profectò hanc ſuam opinionem tenẽdam dixit,
379 non curans in hoc magnorũ † uirorũ in quæſtione propoſita manes, & reliquias turbare. contrarium etenim in terminis noſtris ratione iuramenti tenuerãt (quos ipſe etiam retulit) Pau.de Caſt.in conſi.lxvij.& Alexand.in conſilio xxxvij. viſo, & opportune diſcuſſo.col.vii.& ſeq.verſ.pro hoc optime.vol.ij.& in conſi.lxij.in cauſa, & lite.nu.xx.vol. vij. in quibus locis dicit ita ipſum conſuluiſſe, quòd ſtatutum cogens litigatores ad compromittendum, non habe-

bit locum ubi actor fundauit intẽtionem ſuam ex inſtrumento promiſſionis iuratæ per reum, ex quo reus petendo compromiſſum incidit in periurium, quo caſu non fiet compromiſſum, nec eſt dicendum ſtatutum de hoc caſu cogitaſſe, quia apetuiſſet uiam periuriis, & traheretur ad illicitũ, quod fieri non poteſt, nec debet. allegãt ipſi Bart. in l. ſiquis ſub conditione. ff. de cõditio. inſtit. & dicit ubi ſupra Alexand. quòd ſecundùm hanc opinionem illo anno fuerat iudicatum Parmæ, quam opinionem, ſicuti & aliàs ſemper ſequi, & ueſtigia imitari ſoleo, ueriſſimã eſſe cenſeo, maximè cùm ſtatutũ
380 non potuiſſet de iuramento † tanquàm de re ſpirituali diſponere p legem noſtram, quia iuramẽtum ipſum ſpectat ad eccleſiam. c. nouit. de iudic. c. ſi Imperator. xcvj. diſtinct. tenuit Michael Calidonius in rub. extra de iudic. nu. 87. Paul. de Caſtr. in l. ſiquis pro eo. ff. de fideiuſſo. Angel. in l. de quibus. col. fi. ff. de legib.

¶ Secundò, quia ſtatutum diſponens quòd obligatus dare pecuniam liberetur ſoluendo rem mobilem, non habet locum, nec præſumitur intellexiſſe quando quis eſt obligatus cum iuramento ad
381 † ſoluendum pecuniam, uoluerũt Rayn. & Barto. in quodam conſi. ut refert Alexand. ubi ſupra, quia ius diuinum dicit, reddite iuramẽ
382 ta ueſtra † Deo. c. & ſi Chriſtus. extra de iureiur. c. debitores. extra eo. tit. Ioan. Andr. in c. tuæ. el j. de deci. Anto. de Butr. Ioan. de Imo. & Abb. Panormita. in c. cum contingat. extra de iureiur.

¶ Tertiò licèt Imperator, uel Papa caſſent conſuetudines, uel ſtatuta, non tamen cenſentur caſſare conſuetudines, uel ſtatuta iura
383 mento firmata, † uoluit Angel. in l. j. §. qui honorandæ. ff. quar. rer. act. non detur. per gloſſ. in c. cum non deceat. in fin. de elect. in vj. quam magni facit ibi Philipp. Frãcus. ubi dicit, quòd nunquàm ui
384 detur de mente reuocantis † ut reuocentur ſtatuta iurata, ut ibi etiã refert tenere Ioan. de Imo. Quam gloſſam dicit ad hoc eſſe ſingularem Abb. Panor. in c. j. de his quæ fiunt à maior. par. cap. tenuit Alexand. in conſi. xxvij. viſo libello. colum. fi. uerſ. confirmo per notata. vol. j. & in conſi. cxxv. viſis. col. vltima. uol. eo. & in d. conſi. xxxvii. vol. ij. & in conſi. cij. cum ſtatutũ. col. fi. uerſi. decimo probatur. vol. iiij. quia ſtatutum loquens de do
385 natione ſimpliciter † non debet intelligi de donatione iurata. dixit Imol. in d. c. cum contingat. iij. mẽbro. verſ. nunc pro declaratione materiæ. extra de iureiur.

¶ Quartò probatur ex communi opinione, quæ eſt, quòd ubi ſtatutum non loquitur exprimẽdo ſpecialiter de iuramento, nunquàm
386 intelligitur in actu in quo † iuramentum interueniſſet, ut uoluit

Curtius Iunior.in conſi.lxvij. nu. j.poſt Specu.in tit.de prolati.ſent. §.ut autem.uerſ.hoc autem notãdum.per gloſſ.fi.in auth. ſacramẽta puberum . C. ſi aduerſ. uend. ubi refert Ioan.Andr. ita tenuiſſe diſputando. Nicol. de Mat. & Iacob.de Beluiſ.& tenuerunt etiam Anton.de Butr. Ioan. de Imol. & Abb.in c.cum dilectus. de fid. inſtru.Imol.& Philipp. Franc. in d. c.cum non deceat. de elect. in vj. per clem.dudũ.in fin.de ſepultur.

¶Quintò probatur, quia ſtatutũ diſponere non poteſt ſuper matri
387 monio † tanquàm de re ſpirituali. ut no. in c. gemma. de ſponſalib. voluit Ioan. Andr. in c.ſtatutum. de hæret.in vj.& Anton.de Butr. in c.j.col.ij.de ſponſalib.ergo nec ſuper iuramento, cùm ſit ſpirituale.c.ij.de iureiuran.c.ſi annum.de iudic.in vj.

¶Sextò probatur, quia ſtatutum prohibens mulieres contrahere ſine conſenſu conſanguineorum, ſiue Mundualdi, ut eſt in Regno iſto, non comprehendit mulieres
388 iurantes in contractibus † ut per multa conſuluit Pau. de Caſtr. in conſi.cxlj.& in conſi.ccv.licèt cõtra tenuerit Bart.in auth.ſacramẽta puberum. num.xv.C.ſi aduerſ uend.dicit tamen ibi Pau. de Caſtro pluries conſuluiſſe cõtra opinionem Barto.& uidiſſe conſultũ per quamplurimos, tenuit etiam hanc noſtram opinionem Panor. in c.ad apoſtolicã.nu.ij.& xj.extra de regular. & tranſeuntib. ad relig. & uoluit etiam in conſi. lxxj. nu.vj.uerſ.ex his concluditur.volu.j.& in conſi.viii.nu.iiij.volu.ij. & Alexan.in conſ.lxij.in cauſa, & lite.nu.xx.& in conſil.xxix.clariſſime doctor.nu.xiiij.uerſ.quinimmo.vol.vij.Franciſc.Aret. in conſi.ij.intellecta.col.penult.uerſ.ſecundo probatur.& in conſil.xxii. diligenter, & mature.col.ij. uerſi. præterea.& in conſi.liiij. in cauſa magiſtri Blaſii.col.j.& Bartho.Socin.in conſi.lxxvii.in præſenti. colum.pen.uerſ.ad octauam.volu j. & in conſi.cclxxix.viſa donatione col.j.uerſi.Quibus præſuppoſitis. vol.ij.Petr.Philipp.Corn.in conſ. clxxx.multũ.litera.c.uol.iij. Curt. Iunior.in conſi.lxvij.num.j.Ioan. Franciſcus Ripa lib.iij.reſponſorum.c.x.nu.iij. Iaſon in auth. ſacramenta puberum.nu.lj.C.ſi aduerſ.uend.Vincent. Maxilla in cõmentar.conſuetu.Bari.§.cum Mũdualdum. nu.iiij. ſub rubrica . Si Mundualdum abeſſe cõtingeret. Ioan.de Arnono.ſing.lix.pone, & D.Pandus in tract. de execut. inſtrum.parte ij.declaratio.xviii. nume.lxxxviij. & iſta eſt communis opinio ſecundùm Iaſo.in d.auth. ſacramenta puberũ.nu.lj.& Ioan. Baptiſta Villalobos.in tract. opin. commun.§.ſtatutum.nu. xcix. & ita latius cõcluſi in tract. meo de Mundualdo.q.xiii. Qui Deo permittente quamprimum in lucem prodibit.

¶Per

¶Per quæ omnia ſimul iuncta tenerem cum opinione Pauli de Caſtr.& Alexand. in dictis conſiliis, ꝙ de exceptione periurii in quam quis incidit petendo compromiſſum arbitri nullo modo cognoſcere poſſint, maximè quia ſi de tali cauſa periurii arbitri in caſu præſuppoſito cognoſcerét, & ſtatutum, ac pragmatica noſtra ad eum caſum extenderetur, non ualeret, ex quo ſi legi noſtræ, aut ſtatuto, uel conſuetudini cuipiam
389 ineſt peccatum, non ualent, † ut uoluit Spec. in titu. de diſputatio. & alleg. §. v. verſic. ſed nunquid in cauſa. & ideo lex permittens uſuras, non eſt lex tanquàm peccati
390 nutritiua, † voluit Bald. in rubr. C. de vſuſruct. leg. Quod autem in caſu noſtro eſſet peccati nutritiua, patet, quia quando fit cõtra præceptũ legis diuinæ, committitur
391 peccatum mortale. † c. ij. de maior. & obedi. Barto. in auth. ſacramenta puberũ. col. ij. C. ſi aduerſ. uend. Quia ædificat ad gehennã. c. literas. de reſtitut. ſpol. Quod autem quando petens compromiſſum incidat in periurium, & eo caſu faciat contra legem diuinam, patet, quia facit contra præceptũ decalogi. Non aſſumes nomẽ Dei tui in uanum. vt patet Exodi. c. xx. & Leuitici. c. xix. inde eſt, ꝙ nomẽ
392 Dei mendaciter iurãtibus † datur domꝰ maledictionis, ut patet Zachar. c. v. Et in eadem antiqua Moſis ſcriptura nõ iurandum, ſruſtra ſtatuitur. Deut. c. v. Et in euangelica lege Dominus tradidit, Matthæi c. v. dicens. Ego autem dico vobis non iurate omnino, neque per cælum, quia thronus Dei eſt, neque per terram, quia ſcabellum eſt pedum eius, neque per Hieroſolymam, quia ciuitas eſt magni Regis, neque per caput tuum iuraueris, quia non potes unum capillum album facere, aut nigrum, inde non ſolùm diuina, ſed humana etiam lege Iuſtiniani periuriũ prohibetur in Auth. vt nõ lux. cõtr. natur. Tantique eſt apud Dei legẽ periurii execratio, ut ita comminetur Ezecchielis c. xvij. viuo ego quoniam iuramentum quod ſpreuit, & fœdus quod præuaricatus eſt, ponam in caput eius, & expandam rethe meum ſuper eum, & comprehendetur in ſagena mea, & adducam in Babilonem, & iudicabo eum ibi in præuaricatione, quo deſpexit me, & omnes ꝓfugi eius, cum uniuerſo agmine ſuo gladio cadent, reſidui autem in omnem ventum diſpergentur, & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum. Quanti autem iuramenti ſeruatio apud antiquos, & idolatras fuerit, demonſtrant Ariſtotelis uerba ĩ primo Metaphyſ. Iuſiurandum apud eos (ſcilicet paganos) erat honoratiſſimum. Patet autem huius ſeruationis exemplũ
393 † in Marci Attilii Reguli hiſtoria, qui Haſdrubalis, & Xantippi inſidiis captus, & Catthaginem du-

& opinio quæ eſt pro iuramento præualet illi, quæ aſſerit iuramenta non ſeruanda. arg. c. per uenerabilem. in fin. de elect. gloſſ. in c. petitio. doct. in c. quanto. de iureiur.
398 maximè cùm ſit tutior † pro anima, ideoque ipſa debet attendi. vt in clement. exiui. §. item quia. ubi Card. de uerb. ſignifi. c. presbyter. xlviij. diſtinct. c. ij. de pœnitent. diſtinct. vij. Eòque fortius uidetur verior opinio iſta, cùm uideatur probari etiam ex fine legis noſtrę, ibi, (ubi eſſent inſtrumenta) & ſic cauſa, in qua ſunt inſttumenta, non compromittitur, quo caſu in regno inſtrumenta, quæ fiunt iuxta conſt. Regni. inſtrumentorum Robur. fit iuramento interceden te: ergo cùm in inſtr̃o, quod eſt principale, uidetur facta prohibitio in iuramento, quod eſt acceſſorium. l. cum principalis. ff. de regul. iur.

¶ Vigeſimononò quæro, an ſi cauſa dotis uertatur inter duos con-
399 iunctos, † ueniat neceſſariò compromittenda ſecũdùm terminos legis noſtræ? & uidetur dicẽdum quòd non, ex quo cùm reperiantur adeo priuilegiatæ, in generali ſtatuto non ueniunt dotis cauſæ, quia ſtatuta generalia non exten-
400 duntur † ad perſonas, & loca exẽpta. text. cum gloſſ. ordinaria. in l. decurionibus. C. de ſilentiar. lib. xij. quam retulit Barto. in l. ſed & poſterius. ff. de legib. facit tex. in c. ueniens. de reſcript. c. ueniens. de præſcript. in l. ſi mihi, & ſibi. §. in legatis. ff. de leg. j. gloſſ. in c. quoniam. xviij. diſtinct. Bald. in l. cunctos populos. C. de ſumma trin. & fid. cath. tex. & ibi Ioan. de Platea in l. priuatæ. C. de excuſ. mun. lib. x. refert Bartholo. Socin. in conſil. lxxiiij. in præſenti conſultatione proſequar. col. iiij. uerſ. & primò quia. vol. j.

¶ Secundò facit, quia ſtatutũ volens, quòd omnia inſtrumenta regiſtrentur, eo caſu in illo ſtatuto non comprehenditur ſtatutum,
401 ſiue inſtrumentum dotis. † voluit not. Salycet. in l. fin. in princ. C. de iure dotium. ſequitur Iaſon in l. j. nu. ix. ff. ſol. matri. Vbi dicit, quòd ſtatutum loquens generaliter nõ comprehendit cauſam dotis.

¶ Tertiò quia cauſa dotis pertinet ad iudicem eccleſiaſticum aliquando, etiam ſi non habeat de-
402 pendentiam à matrimonio, † not. in c. ex literis. extra de pignorib. tenuerunt Innoc. & Hoſtienſ. in c. prudentia. de donat. inter vir. & uxor. Corn. de Peruſio. in conſilio clj. Circa primum. litera K. volu. j. cũ quodam moderamine. tenuit Bald. Nouell. in tract. de priuileg. dot. parte ix. priuilegio xvj.

¶ Quartò & vltimò in ſtatuto diſponente, quòd omnia inſtrumẽta ponantur in archiuo regiſtra-
403 ta, non comprehenditur † inſtrumentum dotis. Voluit Salycet. in d. l. fin. C. de iur. dot. vbi dicit, ꝙ hac de cauſa in ſtatuto generali

non comprehenditur cauſa dotis, ut in caſu noſtro, & ego ut uetum fatear, in alia me mouerent, tranſirem cum opinione iſta, maximè quia cauſa do-
404 tis eſt ſummaria, † ut voluit Cardinal. in clemen. ij. q. xxx. de iudic. ſed cauſa ſummaria non compromittitur ſtante ſtatuto cogente cõiunctorum cauſas eſſe compromittendas, ut uoluit Bal. in l. ſi iudex. ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iuris. ergo &c.

¶In hoc autem regno Neapolitano docuit experientia, quòd omnes cauſæ dotium compromittuntur, dum inter cõiunctos accidũt, ideoque id ſeruãdum. c. quàm ſit. de pact. lib. vj. & non mirum cùm experientia opus ſit ijs, qui de ciuili facultate cognoſcere appetunt, cùm non parum cõferre uideatur ad rerum gubernationem. ut uoluit Ariſtotel. lib. x. Moral. Nichomachiorũ. c. ix. quę temporis curriculo, ac longitudine ius eſt. idem Ariſtoteles. vj. Ethicorum. c. viij. maximè cùm ſtatutũ noſtrum ſit coniunctis fauorabile, ut ceſſent odia, & impendia: ideoq; cùm ipſorum fauore ſit inducta, non debet in odium redundare. uulga. l. quod fauore. ff. de legib.

¶Maximeque talis cauſa comprehendi uidetur in pragmatica noſtra, cùm dicat, omnes cauſas ciuiles compromittendas, in quo vniuerſali ſermone iſta etiam comprehendi uidetur. c. ſolite. de maiorit. & obed. cum ſimil.

¶Nec obſtant primum, ſecundũ, ac tertium argumentum: quia cũ in hoc dotis cauſa non reperiatur priuilegiata, videtur remãſiſſe ſub regula. l. nam quod liquide. ff. de penu lega. nec obſtat ſecundum, quòd cauſa dotis pertineat ad iudicem eccleſiaſticum: quia dicitur in dictis iuribus quòd eſt utriuſq; fori, & apud quemlibet horum iudicum cognoſci poteſt. uoluit Bal. nouella ĩ dicto priuilegio. xvj. nec obſtat ultimum, quia dato quòd de iure cõmuni de cauſa ſummaria in terminis ſtatuti noſtri compromiſſũ fieri non poſſit, & quòd cauſa dotis ſummaria ſit, nõ ideo dicendum erit eam ab arbitris cognoſci non poſſe. ex quo ſi cauſa dotis, tãquam ſummaria, non poſſet iuxta legis noſtræ terminos cõpromitti, ſequeretur quoddã abſurdum quod deſtrueret omnia iura, & oẽs pragmaticas Regni, ex quo cùm p c. deteſtãtes. poſitũ in fine rituum, & per pragmaticam. Diſpendia. de iud. ſum. omnes cauſę ciuiles ſint ſummarię in regno, ideo ſequeretur quòd nulla ciuilis cauſa in Regno poſſet cõpromitti, cõtra legis noſtræ ſtatutũ, & ſic tam lex noſtra, quàm aliæ leges regni factę eſſent ludibrio, quod fie-
405 ri nequit, † ut uoluit Bald. in trac. ſciſmatis. colũ. ij. propterea dicerẽ dotis etiam cauſam in lege noſtra comprehendi, & de ea compromiſſum fieri debere.

¶Trigeſi-

¶Trigeſimò quæro, an famoſa, & criminalis cauſa in arbitros cõpromitti poſſit iuxta terminos noſtrę pragmaticæ? dicendum eſt, quòd Specul. in titu. de arbit. §. reſtat. tenuit indiſtinctè quòd de publica, vel populari actione nullo modo
406 poteſt compromitti, † textus not. in l. non diſtinguemus. §. iulianus. ff. de arbitr. per quem ita etiam tennerunt Hoſtien. in ſumma. de arbit. §. de qua re. Abb. Panor. in conſil. lxvii. in quæſtione, quæ ad præſens uertitur. col. ij. uerſic. contrarium puto verius. uol. ij. & Ludouicus Rom. in conſi. cxv. viſo compromiſſo. nume. j.

¶ Guido autem de Suzzaria in d. l. non diſtinguemus. §. iulianus. quem refert Ioan. Andr. in addit. Specu. in titu. de arbit. §. reſtat. dicebat quòd de omnibus crimini-
407 bus, de quibus poteſt tranſigi, † ut in l. tráſigere. C. de tranſ. de oïbus illis poteſt cõpromitti, quia ſi poſſum tranſigere, a fortiori poſſum in arbitrum cõpromittere, ſequitur Barto. in d. §. iulianus. Rom. in d. conſil. cxv. viſo. nume. j.

¶Ex quo ſequitur vnum notabile in regno hoc Neapolitano, quòd ſicuti eſt permiſſa tráſactio in omni cauſa ciuili ante litem conteſtatam, poſt uerò non licet ſine licentia curiæ, aliàs reus pro eo quod ſoluit actori pro tráſactione, pro eo tenetur ad tertiã partem fiſco, & ſi negat aliquid ſoluiſſe, & conuincitur de mendacio, punitur ad duplum dictæ tertiæ, ut in hoc eſt conſtit. regni. Sponte uolentibus. ſub rubr. de tranſ. inter partes. circumſcripta in aliquo l. poſtquam liti. C. de pactis. ¶Ideoque correlariè infero, quòd ſi reus citatus fuit contumax, accuſatus, & bannitus, ac condẽnatus ad tertiam partem bonorũ mobilium, quòd ſi poſtmodum ante litem conteſtatam traſigat cum aduerſario, immunis eſt a pœna contumaciæ per tex. in dicta conſtit. ibi (abſq; nllius contumacię pœna) ubi hoc uoluit etiã Matth. de Affli. in ij. notabili. & ſic in cauſa ciuili per tranſactionem factam ante litem conteſtatam fit præiudicium fiſco. ut uoluit hoc Rober. Marant. in Specu. Aur. parte vj. nu. lxxix. ideoq; per ſupradictam regulam dico hanc cauſam ſupranominato caſu compromitti poſſe ſecũdùm opinionem Gui. de Suza. ¶In criminali uerò ſec⁹, ex quo ſiquis eſt effect⁹ cõtumax,
408 ſicuti nõ põt tráſigere † in pręiudicium fiſci, ut uoluit Matth. Afflic. in conſtitu. prius quàm citatæ. ita etiam per omnia ſupradicta nec compromittere. ¶Generaliter autem eſt notandum quòd in omnibus criminibus ingerentibus pœnam ſanguinis eſt permiſſa cõcordia, non autem tranſactio in quacunque iudicij parte intelligatur, & ita etiam in enormibus, & atrocioribus iniurijs, ut ſi bene, ac recte inſpiciantur ſunt verba in conſti. Regni, priuſquam citatę. & cõ-

ſtit.poſt citationem omiſſam.non
intelligẽdo ea quæ ibi notantur,
an ante uel poſt partis compari-
tionem. ſed ſecundùm uerum in-
tellectum traditum per Robe.Ma
ranta in Spec.Aur. parte vj.num.
lxxii. nec in iſtis caſibus eſt atten-
denda diſpoſitio l.tranſigere.C.de
tranſac.quia apparet correcta per
dictas conſtitutiones, & ſic patet
quòd ſicuti de criminibus ingerẽ-
tibus pœnam ſanguinis nõ poteſt
tranſigi,ita etiam nec compromit
ti, & ita etiam procedant iura in
atrocibus, & enormibus iniurijs.
¶In leuib⁹ autem iniurijs permit
titur tranſactio antequam partes
compareant,ſed citatione emiſſa,
poſt cõparationẽ nõ permittitur,
409 † colligitur ex conſt.priuſquam ci
tatæ. ex quo habemus per ſupradi
cta quòd de leuibus iniurijs inter
partes fieri poſſet cõpromiſſum.
Quæ autem dicantur crimina, &
410 iniuriæ atroces, uel leues, † tradi-
tur in l.prætor.§.fin.ff.de iniur. &
in c.tanta.extra de exceſſ.prelat.&
in §.atrox.Inſtitu.de iniur.Bart in
d.l.leuia.ff.de accuſat.Matth.in cõ
ſtitut. priuſquam citatę.Bartol.in
conſi.ccxvij.ad declarationem.Ar
chid.in c.vnum.xvj.diſtinct. Bart-
thol.Cæpoll.in conſil.crimin.vj.&
Guido Papæ in conſil.lxxxix.nu.v.
vbi enumerat undecim crimina
grauiora.idem Guido Papæ.in ſin
gular.§.quę dicantur grauiora.fo.
cxv.& aliàs ego alibi lati⁹ recitaui.
¶Trigeſimoprimò,& ultimò pro
finali huius gloſſæ complemento
quæro, ſi eſt petita cauſa aſſiſten-
tiæ,in qua citantur affines,& con-
411 ſanguinei, an eo caſu talis cauſa
debeat compromitti, quòd†non,
concluſiue tenuit Petr. de Ancha.
in cõſilio ſuo clxxxiii. refert & am
plectitur Bartho.Soci.in l.elegan-
ter.ff.de cond.indeb.ubi uideas.in
Regno autem ego contrarium te-
nerem ſtante generalitate text.no-
ſtri.per quę ſit expedita iſta glo.ad
laudem Dei omnipotentis, & bea
ti Michaelis Archangeli. Oliueti,
die vltimo Ianu. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶SVMMARIVM.

1 *Dictio,quandocunque denotat infinitatem.*
2 *Dictio,quandocunq; tollit aliquando præſcriptionem. nume.4.*
3 *Præſcriptio ſtatutaria, uel legalis non currit ubi in promiſſione eſt dictio quãdocũq;.*
5 *Dictio, quandocunque, eſt magnæ importantiæ in ſubſtitutionibus compendioſis.*
6 *Terminus expectatorius qui?*
7 *Terminus ad proponendas exceptiones impedientes litis ingreſſum qui?*
8 *Terminus probatorius qui?*
9 *Terminus probatorius quot dies contineat?*
10 *Terminus probatorius eſt communis.*
11 *Terminus ad expectandum aduocatum abſentem, conceditur, quando non erit longo tempore abſuturus.12.14.*
13 *Terminus ad expectandum aduocatum abſentem non conceditur, quando habetur alius aduocatus in terra ſufficiens.*
15 *Carere aduocato eſt maxima defenſionis parte carere.*
16 *Dilationes non ſunt adeo anguſtandæ,ut tollatur defenſio.*
17 *Terminus ad recipiẽdum copiam proceſſus facta publicatione in cauſa,quot dierũ detur.*
18 *Terminus repulſi quot dies?*
19 *Terminus ad producendum inſtrumentum*

& ſcri-

& ſcripturas.

20 *Terminus beneficiorum, quæ conceduntur mulieribus, & minoribus, quot dies contineat.*

21 *Terminus qui datur diffamanti de imponendo perpetuum ſilentium iuxta l. diffamari. C. de ingenu. manu.*

22 *An dum intentatur remedium l. diffamari. requiratur duæ monitiones, uel ſufficiat una? nume. 23.*

24 *Diffamatio debet conſtare antequam perueniatur ad intentandum remedium l. diffamari.*

25 *Poſt dationem termini an admittatur petitio compromiſſi?*

26 *An poſt publicatum in cauſa admittatur petens compromiſſum?*

27 *Exceptio fori declinatoria debet opponi ante litem conteſtatam.*

28 *Petere compromiſſum eſt declinare forum.*

29 *Res dicitur liquida poſt cõcluſionem in cauſa.*

30 *Coram arbitro ſcripturæ non poſſunt poſt concluſum produci.*

31 *Terminus ſi eſt datus in contumaciam rei, an ueniens petendo cõpromiſſum ſit audiẽdus?*

32 *Quando cauſa eſt in calculo ſententiæ ferendæ an admittatur compromiſſum.*

GLOSSA II.

Quandocunque ante dationem termini ad probandum.

EXORDITVR iſta glo. dicendo quãdocunque. ¶Pro cuius intellectu primò quero, quid ſignificet iſta dictio (quandocunque) & uidetur dicendum primò, quòd iſta dictio quandocunque, denotat temporis infinitatem ita, ut per hanc dictionem hic poſitam dicendum

videatur ſemper peti poſſe com-
1 promiſſum, cùm iſta dictio † infinitatem denotet. uoluit expreſsè Bart. in l. qui bona. §. ultimo. ff. de dam. infe. ubi etiam Ioan. de Imol. & Alexand. idem etiam Alexan. in l. ſtichum. §. i. col. ij. uerſic. nec obſtat ratio. ff. de uerbo. oblig. & in l. ij. §. ultimo. col. ij. uerſi. puto quòd in terminis. ff. qui ſatiſd. cogã. Zenzelin. in extrauag. Ioan. xxij. quorundam. in uerſicu. infinita. glo. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. & ibi Cyn. ff. de leg. iii. idem Cyn. in l. ultima. C. de iudi. Specu. in titu. de arbitr. & arbit. §. ultimo. uerſicu. quid ſi dictum fuit in cõpromiſſo. & ibem Alexand. in conſil. cxlv. quoniam. col. i. uerſic. ſed hoc non obſtat. uol. ij.

¶Adeo quòd apud maiorem partem de hac re loquentium dictum fuerit per iſtam dictionem quandocunque tolli præſcriptio-
2 nẽ, † ut uidetur tex. in l. quod ſi nolit. §. ſi quod ita uenierit. ff. de edi. edic. ubi Bal. & Ang. notant, quòd ubi in promiſſione apponitur uerbum quandocunque, non currit præſcriptio ſtatutaria, uel legalis.
3 † Ange. & Imo. in l. j. ff. de vſucap. Andr. Sicul. in conſil. liij. præclare. col. antepen. uerſi. unde multum. volu. ij. & in conſi. xviij. uolu. iij. & Barthol. Socin. in conſil. lxxxvj. in cauſa communitatis. col. pen. uerſicu. ſecundò probatur. volu. j. Carol. Ruinus in conſil. cxj. arbitror. nu. vij. vol. j. Barto. Veronẽſ. in cau

tel.lxviij.ſi petẽs ſe mitti.& in cau tel.lxxv.cautela.

¶Et licèt aliqui dicere uoluerint, quòd ubi per pactum retractus, ſeu(ut noſtri aiunt)reuendẽdi, eſt factum pactum redimendi quãdocunque, quòd eo caſu poſt triginta annos non poſſit amplius uenire, tanq̃ non obſtante ſuprapoſita dictione uniuerſali id præſcribatur
4 † ſpacio triginta annorum. ut notant And.de Iſern.Bald. Marti. Laudenſ.Card. Alexand.in titu.de feud. dat. in uicem lega.commiſſ. in feudis.Cor.in l.j.C.de bon.matern.Bald. in conſil.lxvij. ex facto. col.ij.uerſic. nec obſtat ſi dicatur. uol. iij. Catella.Cotta.memo.quãdocunque. ¶Tamen nullo modo obſtant, ex quo tolleratur infinitas (cuius uitandæ gratia in hanc opinione cecidere)quando ex partium conſenſu fit, ut uoluit Ioan. ab Imo.in conſil. xxv. in caſu præmiſſo. in princip.

¶Quinimo contrariũ huius quæſtionis, uidelicet quòd in caſu de quo ſpecialiter loquuti fuim°, poſſit uenditor quandocunque redimere. Andr. Barbat. in conſil.51. ſcripſit ſapientię fons.col.viij.vol. j. & Paul. Pariſius. in conſil. xcij. Angelus. lib. iij. Ioann. Igneus in l. in cognitione. in nu. lxxvj.ff. ad ſenat.conſult. Sillan. Ioann. Crotus.in repe.l.nemo poteſt.ſo.pen. col.j.uerſicu.nota etiam quòd per hæc verba.ff.de lega.j.Andr.Alcia. in l.petens. in glo j.C. de pact. Fabian. de Monte ſancti Sabini. in tract.de emptio.& uend.q.x ij.ſeptimæ quæſtionis principalis. Barthol.de Caſſen.in conſuetu. Burg. titul.des rentes à raucapt.§.j. glo. j.col.ij.uerſ.limita hanc.& in conſil.xj.les cas es tel.verſ. vigeſimo. vbi alios etiam quamplures allegat ita tenuiſſe.

¶Ita quodammodo poſita uidetur in lege noſtra, & licèt non ita proprie, tamẽ huius noſtræ legis ſenſus is erit, ut quandocunque ante ipſius termini probatorii dationem compromiſsũ peti poſſit, & eo caſu nulla intelligit̃ præclauſa uia. ut per Alexand. & alios in d.l.qui bona.§.ſi.

¶Secundò iſta dictio quandocũque, ingredi ſolet in ſubſtitutionibus compendioſis, & ſolet eſſe magnæ importantiæ,de cuius uigore latè tractant
5 † doctores in l. Centurio. ff.de uulg.& pupill. & in l.precibus.C.de impub. & aliis ſubſtit.& in §. qua ratione. Inſtit. de pupil.ſubſt. c.Raynaldus.& in c.Raynutius.extra de teſtamen.& in c.ſi pater.ubi latè Philipp.Francus.de teſtamentis. in vj. per Bal. Lancelotum Politum, Vdalrichũ Zaſ.& Paul. Leonium in eorũ tractatib. ſubſtitutionum.per Barth. Socin.in conſi.ccxc.Quoniã præſens conſultatio.vol.ij. & ubique per docto.

¶Quæro ſecũdò quare ſubſequit̃ tex.ibi (ante dationẽ termini ad probandum) ſufficiebat enim dicere

cere ante dationem termini ſimpliciter. Dicendum bonam fuiſſe prouiſionem, ac legiſlatoris declarationem per talia uerba aperte denotantia factum, ex quo cùm ſoleant in iudicio dari plures dilationes, ac plures termini in cauſis currentibus ob quod ſatis potuiſſet dubitari.

¶Primò. n. dari ſolet dilatio, ſeu
6 terminus expectatorius, †exempli gratia, expeditur citatio cõtra aliquem in cauſa ciuili quòd ueniat ad comparendum, licèt de iure cõmuni nõ poſſit ueniri ad peremptorium, niſi præcedentibus tribus citationibus interuallo triginta dierum, ut in l. tres denũciationes. & auth. at qui ſemel. C. quomod. & quand. iudex. & in l. ad peremptorium. cum duabus legibus ſeqq. ff. de iudic.

¶Tamen in regno iſto Neapolitano ſeruatur communiter, quòd in citatione quæ fit contra aliquẽ ad comparendum non eſt peremptorium, ſi enim reus citatus nõ comparuerit in die præfixo in ipſa citatione, expectatur per triduum accuſata prima contumacia, & demum elapſo triduo efficitur contumax, & illud dicitur ultimum peremptorium. ut latè in pragmatica. relatione citationis ſub rubr. de form. proced. in cauſ. & latiſſime de hoc Rober. Marãt. in Specul. Aur. parte vij. mẽbro. ij. verſ. citatio. nu. lxvii. ubi conſideratur diſtantia ſecundum locũ. ut ibi per Marantam & habetur clare in regni Conſt. in ciuilibus. ubi Andr. de Iſern. & Matth. de Afflict. & habetur per Vincen. Maxil. in commentar. ſuper conſuetud. Bari. in rubric. de dilation. numero ij.

¶Secũdò ſolet in iudiciis dilatio concedi reo, cui comparenti conceſſa copia primi libelli per actorẽ producti ipſius actoris ſumptibus, dantur octo dies uidelicet
7 †tres ad proponendas exceptiones impedientes litis ingreſſum, & alios quinque dies ad eas probandas, ut not. in pragmatica. Cõparente reo. ſub rub. de modo cõparend. contra reum.

¶Aduertendum autem, quòd dicta pragmat. comparente reo. uidetur contraria Regni Conſtitutioni, exceptiones dilatorias. ſub rubr. de except. & dilatio. ꝓpon. in iudic. ubi ad proponendas exceptiones dilatorias ſtatuitur terminus trium dierum, & in iſto capite concordant dicta iura. In capite autem ſequenti corrigitur conſtitutio illa per pragmaticam, ex quo ad probãdas exceptiones ibi in conſtit. eſt (ſtatutus terminus dierum octo) in pragmatica uerò dierum quinque. & iſtud fuit factum cauſa litium breuiandarũ, cuius legiſlatoris eſt intentio, ut lites in quantũ fieri poteſt breuientur, ut in l. j. in princip. C. de nouo Cod. faci. & habetur in c. ij. extra de re iud. & in c. diſpendia. de

reſcrip.

reſcrip.lib.vj.& dixi latè ſupra. §. j.glo.j.nu.xxj. cum pluribus ſeqq. Modificatur autem iſta pragmatica. comparente reo. per uerba illius conſt.Exceptiones in eo.ꝙ licèt ſtatuatur in ea terminus quinque dierum ad exceptiones probandas,nihilominus ſi pars peteret maiorem dilationem iuxta diſtantiam loci,qualitatem negotij, & perſonarum.iuxta not.in dicto Conſt. exceptiones ne dilationũ materia anguſtetur nimis. l. quoniam.C.de hæred.inſt.Quia tolleret quodammodo defenſio,quod eſſe non debet.clem.paſtoralis.cũ ſimilib.de re iudic.¶ Et notandũ, quòd illud triduum ſtatutum ad proponendas exceptiones,intelligitur dum tamen ſimul proponãtur omnes exceptiones, non autẽ vna poſt aliam . ut voluit gloſſ.in uerſ.infra triduum. in dicta cõſt. exceptiones.vbi Andr. de Iſer.

¶Tertiò conceditͬ in iudiciis dilatio , ſiue terminus probatorius (de quo termino probatorio fit mentio in lege noſtra) & iſte ter-
8 minus†eſt peremptorius , ut uoluit Barto.in l.j. C.de dilat.& in l. ij. C. quomodo & quando iudex Alexand.in l.fi.ff.de ferijs. Abb.Panormit.& Fely.in c. licèt cauſam. de probat.& in c.paſtoralis.de except.Marant.in Specul. Aur. parte vij.actu iij.nu.ij.Maxilla ubi ſupra.nu.v. Qui terminus probato-
9 rius datur xv.& xx.† dierum ſecũdùm diſtinctionẽ poſitã in prag. incip.poſt prædictas . ſub titu. de dilatio.in ca.dand.& per Marant. loco citato.& voluit Thomas Grãmat.in conſi. cit. nu.lxxviij. nu.j.
10 & talis dilatio probatoria eſt† cõmunis utrique parti, ut per Vincent.Maxill.in dicta rubr.nu.xxv. Bernard.Pand.in prag.diſpendia. nu.cxxxviij.de iudicio ſummar.

¶Quartò in iudiciis ſolet dari di-
11 latio ad expectandum † aduocatũ abſentem,ut per Bar. in l.ait prætor.§.deinde.nume.ij. ff. quib. ex cauſis maior.idẽ Batt.in l.quædã. §.nihil.nu.iiij.ff.de eden.Iaſon.in l.fi.in princip. ff.de feriis.& Fely. in c.j.in princip. extra ut lit. non conteſ.Gemin. & Philipp. Franc. in c.fi.de hæret.in vj.

¶Primò limita eam concluſionẽ non procedere, nec dilationem concedendamͭ, ubicunque aduocatus non eſſet longo tẽpore abſfu-
12 turus, †ut dicit Barto. in dicto §. deinde.& in d.§.nihil.

¶Secundò limita non dari dilationem prædictam, quando quis
13 habet alium aduocatum †in terra ſufficientem.ut uoluit Ange. in l. idcirco.in princip. per illum text. ff.de iudic.& Felyn.in d.c.j. ut lit. non cont. Vbi dicit ſecus eſſe ſi aduocatus abſens eſt magis vtilis, ſufficiens , & melius informatus de cauſa .

Tertiò limita non dari dilationẽ
14 prædictam †inquiſito de grauioribus delictis, ex quo eo caſu in totum denegatur ei aduocatus . ut

eſt tex.in l.p omnes.C. de defenſ.
ciui. ita ipſum allegat Ludo. Ro-
ma.in l.ſi uerò.§.de uiro. fallenti.
46.ff.ſolut.matr.Andr. Sicul.in l.
iij.§.Cato. col.xxxviij. ubi dicit il
lum textum ad hunc propoſitum
audiuiſſe à quodā egregio docto-
re allegari corā Papa Eugenio in
publico conciſtorio. ff. de uerbo.
oblig.idem Barbat.in c.quærenti.
col.x.de offic.deleg. & in conſilio
xlvj. ſcribitur præclarè. colu. xiiij.
uerſ.cùm ergo in caſu noſtro. vo-
lu.j. Bald. in auth. ſed nouo iure.
C.de ſerui.fug.Hippolyt.de Mar-
ſil.in l. j.in princip.col.viij.uerſic.
& inquantum ſupra. ff. de quæ-
ſtion. latiſſimè fons uberrimus, à
quo ſēper ſitis mea extinguitur,
Andr.Tiraquell.in tract.de pęnis.
cauſa xlix.nu.xxx.
¶ Aduertendum autem eſt,quòd
in cauſis ſummariis,ut ſunt ī hoc
regno Neapolitano, in quo om-
nes cauſæ ciuiles ſunt ſummariæ,
ex quo eſt dādus terminus ad ex-
pectandum aduocatum non ob-
ſtantibus ſupradictis. ut uoluerūt
Iaſon in d.l.fin.in fi.ff. de feriis.&
Fely.in d. c.j. ex quo carere aduo-
15 cato † eſt carere magna parte de-
fenſionis, ut in l. aduocati. C. de
aduoc.diuerſ.iud.glo.in l.quod ſi
nolit.§.ſi mancipium. ff. de ædil.
edict.& Cagnol.in l.ij. §.poſt ori-
ginem.nu.ccij. ff.de origi. iur. &
licèt cauſæ in regno ſint ſumma-
riæ ut ſupra diximus, non tamen
adeo ſunt anguſtandæ dilationes,
vt aliqua partis defenſio ſubtolla-
16 tur, † ut docto.communiter con-
cludunt in clem.ſæpe.de verbo.ſi-
gnifica.& uoluit Raph.in l.certi iu
ris.C.de iud.Felyn. ubi ſupra.licèt
contrarium tenuerit Bart.in extra
uag.ad reprimendum. in verſicul.
ne ſtrepitu.col.fin.ſequuntur Ge-
min.in c.fina. ubi Philipp. Franc.
de her.in vj.¶ Et nota quòd aduo
cati ſubtractionem quærens per-
dit cauſam,eo quòd videatur par-
ti defenſionis copiā auferre. ut in
l.prouidendum.in fi.ubi Franciſc.
Aret.C.de poſtula. Abb.Panor.in
c.intimauit.col.antepen.ubi Fely.
col.fi.de teſta.& in c.cùm cauſam.
col.xj. eodem titu. Hieronymum
Cagnol. in repet.l.ij.§. poſt origi-
nem.nu.ccv.ff.de orig.iur.& Hyp
poly.de Marſi.in repet. rubr.C.de
proba.col.xxxix.
¶ Quintò in iudicijs dari ſolet di-
latio, ſcilicet quòd poſt publicatū
17 in cauſa datur terminus † octo die-
rum ad recipiendum copiā proceſ-
ſus,& intra alios octo dies datꝰ in-
telligitur terminus aliorum dierū
octo, ad videndum copiam dicti
proceſſus per aduocatos,& procu
ratores.ut in pragmatica.curſu di-
lationū. ſub tit.de pub. proceſſus.
¶ Sextò dari ſolet in iudicijs dila-
tio repulſæ, quæ eſt medietas pri-
mi termini,& primę dilationis,&
ſimiliter alia dilatio, quæ concedi
tur in repulſa repulſæ,quæ eſt me
18 dietas primi termini dati † ad re-
pulſam.hæc omnia notantur in di

ꝺta prag.curſu dilationum.

¶Septimò datˀ alia dilatio in iudicijs ad producẽdum inſtrumenta,
19 & ſcripturas,&† de hoc omiſſa iuris communis diſpoſitione, quòd poſſunt preſentari uſque ad concluſionem in cauſa excluſiue,ut in c.cum dilectus. de fid.inſtr.cum ſimil. ¶In hoc autẽ regno extat dicta pragmatic. curſu dilationum. qua cauetur quòd ſcripturæ producantur intra quatuor dies utiles a die publicationis, qñ nulla fuit petita repulſa: ſed ſi repulſa facta eſt, tunc iſti quatuor dies currunt a die publicationis factę in repulſa.ut uoluit Rober. Marant.in Specul.Aure.actu.ix.nu.xxvij Vincent. Maxill.in comment.conſue. Bari.§.cum durante.nu.v. ſub rubric.de fid.inſtrum.

¶Octauò in regno in iudicialibˀ ſolet dari dilatio, quæ appellatur primum, & ſecũdum beneficium
20 reſtitutionis†in integrũ,quod datur,ac dari ſolet mulieribus,& minoribus ut in conſtitut. obſcuritatem.de reſtitut. mulier. & in conſtitu.minorum iura.de reſtitu.minor.ubi latè And.de Iſern.& Mat. de Affli.& Maranta in Spec. Aur. in uerſicu.appellatio.nu.lxxvii.

¶Nonò in iudicijs dari ſolet dilatio, & terminus alius diffamanti de ſeruitute,uel alia re alicuiˀ, intra quem ſi non docuerit de iuri-
21 bus † ſuis imponetur ei perpetuũ ſilentium. iuxta notata in l. diffamari.C.de ingen. manum.de quo per Ange. in l.quãdiu.ff.de acqu. hæred.per Ange.de Aret.in rubr. Inſtitu. de exception.

¶An autẽ in caſu,de quo agitur, dum intentatur remedium prædictæ l.diffamari. ſufficiat una moni-
22 tio, an verò † requiratur bina monitio.Ludou.Rom. in d.l.quãdiu. in fin.concludit quòd ſufficit iſto caſu vnica monitio,ſequitur & ueriorem dicit Anto. Capyci. in decíſio.Neapo.ccv.in cauſa dominæ Victoriæ.per totum.

¶Verior tamen,& cõmunior opinio eſt in contrarium, quòd imò
23 requiratur bina monitio, † originalis opinio iſta fuit Ange. in §.ſi quis autem.Auth.de hære.& falci. uoluit etiam alter Ang. de Aretio in rubr.Inſtitu.de exceptio. Felin. in c.pen.col.iij.de iudi. Iaſon in l. fin.ff de ferijs.& in l.ij.C.de eden. & uoluit etiam Matth. de Afflict. in deciſio.Neapo.cclxiij. quidam Baro. per totũ. ubi dicit ita decreuiſſe ſacrum concilium, & ita uoluit Angel.in tract. malefic.§. nec non ad querelam. col. xj. uerſicu. quæro an iudex poſſit præfigere terminum.tenuerunt Hieronym. Tortus.Philipp.Dec.& Franc.Purpuratus in l.is, apud quem. C. de eden.Feli.in c.ex literis.col.vj.uerſicu.fallit nonò. extra de conſtitu. Card.Alexan. in c.cum in tua.qui matri.accuſ.poſſ. Alexand. in apoſtill.ad Barthol. in l.Titia.ff.de accuſ.Barthol. Veronen.in caute.cx. quando aliquis infamat. Alexand.

in conſil. cviij. uiſo themate.in fi.
vol.j.Hippoly.de Marſil.in ſingu.
cccccxvj.ſolẽt ſæpe.& latè, ac pul
chrè Nico.Boer.in deciſio.Burde-
gal.cclv.& circa.ſub nu.x.Hieron.
Cagno.in d.l.diffamari.nu.vij. ubi
uidetur amplexiſſe opinionẽ Lud.
Rom.tamen in fi.ipſe dicit quòd
laudaret quòd iudex in hoc faciat
binam monitionem, quam etiam
ultimo loco vicinus meus D. Ioã.
Anton.de Nigris. in reg.cap. & ſi
frequenter.nu.xx. de prætendent.
ius haber.in bonis prod. & ita dũ
in facto haberem pro Iordano de
Iudice conſului, & exequi feci.

¶Et poſtquàm ſum* in materia l.
diffamari.eſt notandũ,quòd ante-
quàm perueniatur ad remedium
dictę legis intentandum, eſt neceſ
24 ſe quòd conſtet † de diffamatione
iudicialiter, uel extra iudicialiter.
ut uoluit Bar.in d.l.titia.in fi.ff.de
accuſ.Aret.in rubr.Inſt.de excep.
col.xvii.Bald.in l.ij. in fin.C.ne fil.
pro patr.Pau.Pariſ.in c.in præſen-
tia.col.ix.de probat.Georg. Natta.
in rep.cle.ſepe.col.xxxiiij. de verb.
ſign.& late etiam Vincent.Maxill.
in conſuetud.Bari.in rubr.de dila
tionib.nu.xliij. Cagnol. ubi ſupra
nu.vj. ubi multas quæſtiones, &
alia notabilia ſcripſit ſup iſta ma-
teria,quæ non refero, per te ipsũ
ibi uidere poteris, & ſunt infinitæ
ferè aliæ dilationes in Regno ſe-
cundùm occurrentiam materie-
rum, de quibus ne plurimum à
propoſito noſtro diſcedamus, ni-
hil plus ultra dicemus.

¶Habemus itaque ex textu iſto,
quòd firma eſt cõcluſio,quòd cõ-
promiſſum peti debet ante datio-
nem termini.

¶Limita tamen ipſam tu, ꝙ licèt
clara ſint uerba legis noſtræ in
hoc, quòd ante dationem termi-
ni ſit petendum compromiſſum,
tamen etiam poſt dationẽ termi-
ni ad probandum compromiſsũ
25 †fieri poteſt, dum tamen ad actus
ſucceſſiuos poſt terminũ non fue
rit proceſſum ſcilicet ad citationẽ
teſtium, præſentationem articulo
rum, & alias, ut de iure communi
dicit hoc eſſe verum Anton.Capy
ci.in deciſio.Neapol.xlviij.in cau-
ſa Magnificæ Camillæ Carrafæ.
nu.iiij.licèt dicat ſtandũ eſſe prag-
maticę, quod & uerius eſſe aſſero,
cùm in effectu lex noſtra in caſu i-
ſto grauiter figat pedes.ut vides.

¶Tertiò quæro, an poſt publica-
tum in cauſa liceat cõpromiſſum
26 petere?dicendum eſt, † quòd ver-
ba legis noſtræ ſunt clara, & prohi
bent eius petitionem ultra datio-
nem termini, quinimo etiam cir-
cũſcripta legis noſtrę diſpoſitione
de iure cõmuni talis exceptio non
competeret, nec poſſet opponi, ni
ſi uſque ad publicationem excluſi
uè, publicatis tamen atteſtationi-
bus locum non habebit, & petitio
ni compromiſſi locus non erit,
uoluit Bald.in l.j.ff. de tranſact. &
in conſil. ccxliiij.proponitur quòd
ſententia.vol.ij. Iaſon in l.elegan-

ter.ff.de condi.indeb.& in l.ſi cau
ſa cognita. C.de tranſac. Catellan.
Cotta.in memorab.in verſic.com
promiſſum.uoluit Ioan. de Arno-
no comment.ij. tametſi. & Lanfr.
de Orian.in tract.de arbitris.q.lij.
ubi allegat ad hoc quoddã copio
ſum conſilium D. Marci de Peru-
ſio , & ipſum refert de uerbo ad
uerbum,allegat etiam, & dicit ita
conſuluiſſe Paduæ Dominum Ia-
cobum de Zocchis de Ferraria .
¶Ratio autem concluſionis præ-
dictæ ea aſſignatur, quòd excep-
tiones declinatoriæ fori debẽt op-
27 poni ante litem † conteſtatam, ut
in l.exceptiones.C.de except.& in
l.peremptorias.C.ſentent. reſcin.
non poſſ. Guido Papæ in deciſio.
Gratiano.cclxxv. utrum ciues.nu.
iiij.faciunt notata per Stepha. An-
frer.in apoſtill.Capell. Tholoſa.q.
clxxx. item fuit quæſitũ ſi aliquis.
Felin.in c.ſi duobus.nu.x.extra. de
appell.Alexandr. in conſil.clxxxij.
in cauſa.col.ij.uol.vj.& Franc.Arę
tin.in conſil.lxxiij.col.iij.Petr.Re-
buffus declaratio.arboris exceptio
num.col.ix.uerſicu.aliæ ſunt decli
natoriæ iudicij.litera k. & ideo pe
tere compromiſſum , & ſic ire ad
alium compromiſſarium,eſſet op
28 ponere quandã exceptionem† de-
clinatoriam fori.vt de hoc notauit
Bal.i auth.habita.C.ne fil.pro pſe.
& in hoc regno contrariũ dici nõ
poteſt, cùm pragmatica noſtra cla
re loquatur , & quæſtio iſta in re-
gno eſt deciſa, ac terminata quòd
non per textum noſtrum .
¶Quartò quæro,an poſſit cõpro-
miſſum peti poſt cõcluſionem in
cauſa factam?ex præmiſſis clara cõ
cluſio patet,petitionẽ eo caſu non
admitti , quia poſt concluſum in
29 cauſa res dicitur liquida , † ut te-
nuit Innoc.in c.ſignificauerunt.e-
xtra. de teſtib. Ludou. Roma.in l.
prætor.ff.de oper.nou.nunci. Bal.
in conſil.clij.uolu.iiij. Alexand.in
apoſtill.ad Barto. in l.poſt rem.in
uerſi.poteſt tranſigi. ff.de tranſac.
Idem Bald.in l.j.ff.de tranſ. & Fel.
in c.cũ dilectus.nu.iij.extra de fid.
inſtrumen. ubi nu. iiij. dicit quòd
nec inſtrumenta,& ſcripturę poſ-
ſunt produci coram arbitro poſt
30 concluſum in cauſa, † allegat Lu-
dou.Rom.in l.j.col.iij.ff.de arbit.
idem Roma.in conſi.cclv. quo ad
primum.in fi.latè Hippol. de Mar
ſil. in practica criminal.§.ſequens
quæſtio.nu.xlix.ubi videas.
¶Quintò quæro (licèt præpoſte-
re) an ſi eſt datus terminus in cõ-
tumaciã Rei, ſi reus ueniat & ſta-
tim petat compromiſſum, an ſit
31 audiendus ? dic quòd non† audie-
tur,ita determinauit Conciliũ no
ſtrum,ut per Matth.de Afflict. in
deciſ.Neapol. clxxxv. dictat regia
pragmatica per not. à Lanfranc.
Oria.in tract. de arbit. loco ſupra
citato.ſupra.q.iij.& per dicta etiã
Iacobi Zocchi de Ferrar.ut ſupra
& hanc opinionem tenuit hic ẽt
Cauenſ.col.iiij.in princip.& quia
ita fuit terminatum per ſacrũ Re

gium Concilium, ideo non replico.

¶ Sextò quærendo dico quòd idẽ procedit, quãdo cauſa eſſet in calculo ſententiæ ferendæ, † ut latè voluit ſubtiliſſimus doctor Franciſ. Aret. in cóſ. 100. in cauſa Georgij de Thomaſijs. circa finem, ad quod non eſt amplius immorandum, cùm per ſupradicta latius pateat hoc uerum eſſe: per quæ impono finem huic gloſſæ ad laudẽ Dei omnipotentis, & ſanctorum Michaelis Archangeli, Catherinę & Magdalenæ. die vj. Februarii. M. D. LXIX. Oliueti.

Camillus Borrellus.

¶ SVMMARIVM.

1 *Statutum cogens ad compromiſſum operatur, ut etiam parte non petente poſſit iudex cogere.*
2 *Compromiſſum petitur à parte.*
3 *Iudicis officium non niſi petentibus impartitur.*
4 *Petitio compromiſſi eſt quædam exceptio declinatoria.*
5 *Exceptio declinatoria opponitur per partem non per iudicem.*
6 *Iudex compellit partes ad compromiſſum, quando diu litigaſſent.*
7 *Ad compromiſſum faciendum an quis cogatur? nu. 8.*
9 *Statutum cogens ad compromiſſum, intelligitur de legitimo, & ualido.*
10 *Vno compromiſſo facto, an ſatisfiat ſtatuto.*
11 *Quælibet diſpoſitio una uice conſumitur.*
12 *Promittens aliquẽ præſentare, liberatur unica præſentatione. nu. 14.*
13 *Compromiſſum bis factum amplius non fiet, & an ſemper peti poſſit. nu. 15. 16.*
17 *Compromiſſum primum ſi euanuit, tandiu debet compromitti, donec ſtatuti intentio impleatur.*
18 *Statuto nunquam eſt ſatisfactum, niſi eiuſdẽ intentio ſit plenè uerificata.*
19 *Dictio quoties, denotat infinitatem. nu. 20.*
21 *Sermo ſimpliciter prolatus intelligitur de primo.*
22 *Sermo ſimplex in materia fauorabili non intelligitur de primo tantùm.*
23 *Vbi eſt præſtita fideiuſſio de iudicio ſiſti, an poſſit peti compromiſſum.*
24 *Fideiuſſio de iudicio ſiſti uidetur præſtita ſi de iure tenetur.*
25 *Procurator cum generali mandato an compromittat? an uerò requiratur ſpeciale mandatum? nu. 26.*
27 *Statutum cogens ad compromittendum, an cogatur quis per habentem generale mandatum, uel requiratur ſpeciale.*
28 *Compromiſſum generale non porrigitur niſi ad ſpecificata.*
29 *Renunciatio generalis non extenditur niſi ad ſpecificata.*
30 *An ex compromiſſo impediatur terminus decem dierum datorum ad appellandum?*
31 *Fatalia ad appellationem proſequendam an impediantur ex compromiſſo?*
32 *A decreto quo prouiſum fuit cauſam compromittendam, uel non compromittendam, an appelletur?*
33 *Grauamen eſt, cùm quis cogitur coram non ſuo iudice litigare.*
34 *Arbitratores ſæpe de iure unius adimere poſſunt, & dare alteri?*
35 *Compromiſſum quod non fuit petitum in cauſa principali, an poſſit peti in cauſa appellationis?*

GLOSSA III.

Ad petitionem cuiuſlibet ex dictis coniunctis compromiſſum fieri debere.

PRo principio huius gloſſæ quæro primò, an parte non petente compromiſſum

miſſum fieri debeat? elegantiſſimus doctor Raphael Comenſ. in conſi. lix. circa ſtatutum. dicit quòd ubi ſtatutum cogit partes ad compromittendum, tunc iudex poteſt etiam parte non pe-
1 tente† eos cogere ad compromiſſum, maximè dicit ipſe, ſi in ſtatuto diceretur cauſa publicæ utilitatis ad tollendas diſcordias, arg. notatorum per Bart. & alios in l. penul. C. de pact. & in l. ius publicũ. ff. de pact. quæ omnia uidentur eſſe in lege noſtra, ex quo partes coguntur compromittere, & expreſſa eſt cauſa utilitatis ĩ ea, ibi (odia caſſare volentes) per quę videtur, quòd iudex uigore horum uerborum poſſit de facto etiam parte non petente partes ad compromiſſum cogere, nec dicere auderẽ contra opinionem Comenſis cũ ſectetur æquitatem, & diſcordias tollere uideatur.

¶Vtcũque tñ res ſe habeat, de iuris communis diſpoſitione, in regno conſideratis uerbis gloſſæ noſtræ eius opinionem non ita procedere arbitror, ex quo uerba gloſſæ noſtræ in principio obſtant dũ dicunt ibi (ad petitionem) & ſic uidetur petitionem partis prænũtiam eſſe debere & compromiſſũ
2 peti† neceſſarium eſſe, & hoc eſt etiam de iuris communis ſemita. argu. l. iiij. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & not. in c. fin. de reſcript. Anton. de Butr. in c. venerabilem. de iudic. notat Bald. in l. ſi ea. in fin. C. qui accuſ. non poſſ. notat glo. in l. furti. §. iuſſu. ff. de his qui not. infam. quia licèt ſtatutum hoc uelit, tamen iudex nõ
3 debet† impartiri officium ſuũ niſi petentibus. ut in d. §. hoc autem iudicium. Hæc enim compromiſſi petitio eſt quædam exceptio ſo
4 ri declinatoria, †ut no. Barto. in l. procurator ad exhibendum. ff. rẽ rat. haber. Quæ exceptio declinatoria non per iudicẽ, ſed per par-
5 tem debet opponi, †ut in l. j. §. par ui. ff. quod ui aut clam. & hãc opinionem tenuit Alexand. in cõſi. lxxxij. in cauſa uertente. col. iij. uerſi. tertiò ſtatutum. vol. j. uoluit Lãfranc. de Oria. in tract. de arbit. q. xlv. & uoluit Robert. Marant. in Spec. Aur. par. vii. actu ij. nu. xiij. & iſta eſt communis concluſio.

¶Limita tamen eam concluſionem, quòd licèt iudex parte petẽte cogat compromittere, & ſic requiratur partis inſtantia, tamen ſua authoritate poſſet iudex partes compellere ad compromiſſũ
6 faciendum, licèt nõ petant, † quãdo diu litigaſſent, & per hoc reſpublica inquietaretʳ. ut in §. eos autem. Auth. de mãd. princip. Angel. in d. §. qui iuſſu. Innocen. & Anton. de Butr. in c. vnico. de mutu. petitio. Orian. in d. q. xlv.

¶Secundò quæro, licèt à prima quæſtione dependeat, an quis cogatur ad compromiſſum facien-
7 dum? Quod non† poſſit cogi, eſt tex. in l. iiij. ff. de arb. in l. ſi dictũ

§. ſi

§. ſi compromiſerit. ff. de euict. Accurſ. Bart. & Angel. in d.§. qui iuſſū. & Bald. in l. ex ſtipulatione. C. de ſentent. Pau. de Caſtr. in l. ex diuerſo. ff. ſolut. matrim. Philip. Corn. in conſi. lxxvj. licèt. litera. m. vol. j. meus Andr. Tiraquell. in tract. ceſſant. cauſa. parte j. numero xxxvij.

¶ Iſtud tamē limitatur ſecundùm dicta in præcedenti quæſtione.

8 ¶ Et poſito quòd de iure † nullus cogatur ad compromiſſum faciēdū, fallit tamen in hoc regno Neapolitano, ex quo uigore huius legis una partium petente cogitur altera compromiſſum facere per iſtam gloſſam de qua nunc tractamus.

¶ Tertiò quæro de pulchra quæſtione, uidelicet. Quia ſtatutum cogens ad compromiſſum intelligitur de cōpromiſſis legitimis &
9 validis, † ut alia allegans voluit D. Paul. de Caſtr. in conſi. clxxxiij. in antiquis. volu. j. an ſi compromiſſum fuerit factum, tamen expiratum fuerit, debeat iterum compromitti, & quoties? Iſta eſt belliſſima quæſtio & in multis locis reperitur tacta, ideo de eius ueritate breuiſſime loquar, & non eundo per longas diſputationes in iſta quęſtione tres reperio opiniones, quas referam, & deinde dicam quid ſentiam.

¶ Prima opinio eſt, quòd ſtatutū cogens coniunctos ad compromittendum, intelligitur tantùm de prima vice, & unico compro-
10 miſſo † facto intelligatur ſatisfactum ſtatuto. argu. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de uerb. ſignifi. ex quo notant doctores ubique quamlibet diſpoſitionem unico actu, ac
11 uice conſumi, ac perfici. † Barto. Bald. & Imol. in l. cùm pater. §. pater certam. ff. de leg. ij. Alex. in conſi. xvj. breuiter. nu. ix. vol. iiij. Curtius Iunior. in conſil. cxxxij. ſacratiſſime. Iaſon in cōſi. xxxvj. in cauſa mota. col. fi. vol. iij. cum infinitis ſimilibus traditis per Andr. Tiraquel. in rep. dictæ l. boues. §. hoc ſermone. in prima parte. per totū. ff. de uerb. ſignific.

¶ Pro maiori ipſorum fundamento ſolēt illud adducere, quòd qui promittit aliquem præſentare, li-
12 beratur per unicam † præſentationem, gloſſ. notab. in l. duobus. §. ſi ei. ff. de iureiurād. & ibi Benedict. de Plumbi. Alexand. in l. ij. §. in fideiuſſorē. col. ij. ff. qui ſatiſd. cog. & in l. grecè. §. & poſt. ff. de fideiuſſorib. Bald. in l. j. ff. ad leg. iul. maieſt. Ioan. Andr. in addit. Spec. in titu. de accuſ. §. vltimo. uerſic. ſed quid ſi fideiuſſor. Alexand. in dicto conſi. xvj. vol. iiij.

¶ Opinio iſta nullo pacto mihi placet, nec obſtāt allegata ad eius probationē ex dicendis infra poſt tertiam opinionem quam paulo inferius recitabo.

¶ Secūda opinio fuit, ꝙ ſi bis cōpromiſſum fuerit, amplius ad id
13 cogi neminem poſſe, † ita refert

determinaſſe Concilium Matthę. Afflict.in deciſio. Neap.xlvj.dicit regia pragmatica.nu.iij.

¶Motus ex eo quod ſupra diximus de obligato ad aliquem præſentandum, ut liberetur per binã
14 †præſentationem.arg.l.fideicommiſſa.§.ſiquis.ff.de leg.iij.Ang.in l.ſi finita.ff.de damn. infect.Bald. in l.ſuperuacuum.col.ix. C.de his quæ pœn.nom.Lucas de Penn.in l.ſiquis decurio. C.de decur.lib.x. Lud.Rom.in cõſi. xv. plura ſunt. in fin.latè Philip.Deci. in l.unica. nu.iij.C.de ſent.quæ pro eo ꝙ intere.profer. Nicol. Boer. in deciſion. Burdeg. cxxxj. Et uidetur ꝙ in tribus.nu. xx. volu. j. idem Afflict.in deciſio.Neap.cxxx. Habuimus iſtum caſum.nu.vj.

¶Mouetur etiam quòd pragmatica noſtra dat tempus trium menſium ad compromiſſum faciendum,& ſic ceſſantibus tribus mẽſibus non poſſet fieri amplius cõpromiſſum. arg. à cõtrario ſenſu. ut in l.j.§.huius rei.ff.de offic.eius cui man.eſt iuriſd.

¶Nec iſta opinio mihi placet nõ obſtante quòd dicat Afflictus ita decreuiſſe ſacrum cõcilium, quia nemo cogit nos hoc credere,licèt tanto viro plurimum debeat tribui. Primum nanque fundamentum,quòd per binam pręſentationem liberetur obligatus ad præſentandum, non eſt undequaque uerũ,ut retuli in prima opinione quòd prima præſentatione quis liberetur, cùm ſimus in diſpoſitione hominis, quæ primo actu, ac uice conſumitur.vt in l.veluti. §.hæc uox.ubi Cyn. & Bald. ff. de eden.& dicam paulo poſt tertiam opinionem.

¶Aliud fundamentum,quòd elapſis tribus mẽſibus non poſſit amplius fieri cõpromiſſum, eſt multum debile, ex quo nulli dubium quòd compromittentes ſolent apponere tempus unius menſis ad terminandum, quo elapſo,& cauſa non ſopita, ac non terminata, an non ſuccederet caſus quo neceſſe eſſet iterum compromittere,cùm ſimus intra terminũ triũ menſium ab ipſo dictorũ, & ſuccederet caſus, quòd intra dictum tempus compromiſſum fieri poſſet decies.Nec argumentum à cõtrario ſenſu ibi prodeſſet, ex quo non ſumitur, ubicunque reſultaret prauus intellectus. glo.notab. in c.vnico.de ætat.& qualit.in vj. & uoluit Gerard. Mulert. in apoſtill.ad Rolandinum in tract.ultimarum uolunt.titulo quibus pro hibita ſit teſtam. factio. nu.vj. hic autẽ reſultaret prauus intellectus legis noſtræ,quæ uult ut quandocunque petatur ante dationẽ termini admittatur de quo ſtatim dicam.

¶Labitur demũ Afflict. in dicta deciſ. xlvj. dũ dicit in lege noſtra ſtatutum fuiſſe terminum trium menſium ad compromiſſum faciendum, hoc enim non dicitur

in lege noſtra, ſed quòd quandocunque uoluerit una partium ante dationem termini probatorii fieri debeat compromiſſum, terminus uerò trium mēſium datur arbitris electis ad terminandam, & ſententiandam cauſam, non autem partibus, ideoq; nullo modo militat eius dictum. per quæ omnia reijcio iſtam opinionem, & per alia quæ ſtatim dicam.

¶Tertia & ultima fuit opinio, ꝙ ſemper ante dationē termini fiat cōpromiſſum, vt dictat hæc gloſſa noſtra. & in regno iſtam opinio
15 nem tenuerunt† ſolemnes doctores ut Ioan. de Amicis in conſilio lxxxiij. col. iij. tenuit ꝙ nedū bis, ſed ter, quater, & quoties opus fuerit, cauſa compromittetur, do-
16 nec coram † arbitris terminetur & tenuerunt indiſtincte Rob. Maran in Specu. Aure. par. vij. actu. ij. num. iiij. Ioan. de Arnono. in caut. lvij. tametſi per arbitros. & ante eos tenuit Bal. in cōſi. cccclxxxvij. vol. iiij. ubi dicit, quòd ſi primum compromiſſum euanuit, tandiu debet compromitti, donec inten-
17 tio† ſtatuti impleatur. l. hęc conditio. ff. de condit. & demonſtra. Iaſ. in l. ſi quis ex argentarijs. §. prętor ait. ff. de edendo. & voluit ille, cuius ego nomine recreor, Alexand. in conſil. lxx. viſo conſi. col. ij. uerſicu. quod ſi ſtatutum. uol. ij.

¶Et vt breuiter uerum fatear, hęc mihi videtur opinio æquior, & uerior quia ratio uidetur legis ac ſtatuti noſtri fuiſſe ut cauſa coram arbitris terminetur, ideoque donec non fuerit ratio & ſtatuti mens, uerificata, & impleta, nūque ſtatu-
18 to† ſatisfactum eſt, arg. l. quamuis. in fin. ff. de arbit. & uoluit Bald. in l. veluti. §. hæc uox. ff. de eden. in l. fideicommiſſa. §. ſi tibi decem. ff. de leg. iij. Iaſ. in l. qui per ſalutem. ff. de iureiu. ¶Ideoq; cùm ob eam cauſam introductum fuerit ſtatutum noſtrum, ut cauſa coram arbitris terminetur, durante eadem cauſa, & donec non fuerit terminatio facta, ſemp poterit fieri pluribus, ac pluribus vicibus. arg. l. titia. §. vſuras. ff. de le. ij. & l. ij. §. omnes. ff. de iudi. l. ſi cui. §. j. ff. ex quibus cauſis maior. & in l. ſemper. §. negociatores. ff de iur. immuni. & voluit Signor. Homod. in conſil. cliij. paterfamilias. nu. vj & tale ſtatutum compromittendi non ad vnum actum, ſed ad plures donec ſatisfactum ſit ſtatuto cōpromiſſum fiet. Voluerunt Bal. poſt Cyn. in l. veluti. §. hæc uox. ff. de edend. ubi etiam hoc uoluit Alexand. Iaſ. & Iacobinus de ſancto Geor. idem Bald. in d. l. qui per ſalutem. in fin. lecturæ nouæ. ibidem Alexand. & Iaſ. ff. de iureiurā. idem Iaſon. in l. prætor ait. §. deinde. notab. viij. ff. de oper. noui. nunci. idem Bald. in conſil. ccclxij. primò uidēdum eſt. vol. v. Ludoui. Roma. in l. ij. num. lviij. ff. de re iu. & in cōſi. cccccliij. in caſu propoſitæ conſultationis: in princ. Alexand. in conſil. lxx. uiſo. col. i

ſo.col.ij.uerſic.conſtat autem.vol. ij. facit etiam ad hoc quod uoluit gl.in c.ſi compromiſſarius in uerſicu.conſentire.in fin.de elect.lib. vj. Abb.antiqu. in c.quia propter. extra de electi. ¶ Quis autem ſani intellectus non videt, quòd in diſpoſitione hominis res conſumitur actu unico, in legali autem diſpoſitione plures, ac denuo plures actus requiri, antequàm conſummata dici queat, ut eſt tex.allegari ad hoc ſolitus in l. veluti. §. hæc uox.ubi Cyn.ff.de eden.idem Bal. in l.j.col.viij.uerſicu.tertiò quæro ſtatutum. C. de his quæ pœn. no. Raph.Comenſ.in l.ſi cum dotem. §.j.uerſic. nota tamen ex gl.ff.ſol. matr.idem Comenſ.in conſi.xiiij. ſtatutum dictat. uerſi. non obſtat l.boues.Ludou.Roman.in conſil. cccccciij.in caſu.col.i.Barthol.Socin.in conſil.cxvij.viſa & diligenter circa medium.vol.j. & in conſil.v.ſupraſcriptus inſignis docto. col.iij.uerſi. & confirmatur iſta ratio.& iterum in conſil.xci.concludo dictum.col.ii.uerſic.confirmatur ratione.uolu.iiii.& alii propemodum infiniti, quos citat ſplendor Galliarum Andr.Tiraquell.in rep.l.boues.§.hoc ſermone.limitatione.ix. numero i. ff.de verbo.ſignifica.

¶ Et inindiuiduo in ſtatuto cõpromittendi, ut toties fiat compromiſſum, quoties op⁹ fuerit, tenuit Cyn.& poſt eum Bald. in d.§.hæc uox. Bald. in l ſi ut proponis.la.i. col.fina.uerſicu.ibi, officio ſi o.C. quomodo & quando iudi. & in l. i.col.viii.uerſicu.quartò quæro.C. de his quæ pœn.no.Alexand.in allegato toties conſi.lxx.uiſo conſil. col.i.uerſicu.ſed poſito.uol.ii.Bartho.Veronen.in conſi.crim.lxviii. circa primum dub.col.ii.in princ. Iaſon in l.diuortio.§. quod in anno.col.fin.uerſic. ſecundò limita. ff.ſolut.matr.Philip. Deci.in c.ſua nobis.col.i.de appell.Andr.Alcia. in d.§.hoc ſermone.

¶ Eoq; magis hanc opinionem exoſculor, ex quo ĩ pragmatica noſtra ſtatuitur terminus quãdocunque ante dationem termini ad petitionem partis uni⁹ cogi alteram compromittere, quo caſu per dictam dictionem quandocunq;, videat̃ denotari infinitas, & ſic ſemper uidetur poſſe etiam ſi mille opus eſſet cõpromittere uicibus, ut de hac dictione, & dictiõe quoties

19 †q; importẽt ſemp ferè infinitatẽ, dixi latè in gl.p̃cedẽti. & uoluit gl. in l.ſi finita.ff.de damn. infec.quo caſu ſemper de nouo ante termini dationem poſſit etiam millies fieri compromiſſum.argu. eorum quæ uoluit Alexand.in conſi.cxlv. quoniam abunde.col.i.in fi.vol.ii. ubi dicit, quòd uerbum quandocunque eſt aptum importare infinitatem, & plurium actuum multiplicationem. ubi etiam ſubiũgit quòd non immeritò Ioã.ab Imol. & Ludo.Roman.in d.l.ſi finita. reprehendunt ibi Angel. qui dixe-

ſat quòd obligatus ad aliquem
præſentandum, per binam præ-
ſentationem liberatetur: quia hoc
non haberet locum, quando adeſ-
20 ſet dictio, toties quoties, †q̄a eo ca
ſu importarēt infinitatem, & plu-
rimorum actuum multiplicatio-
nem. cum infinitis quę tradiderūt
Hippoly. de Marſi. in l. unius. §. co
gniturū. nu. xxxix. ff. de quæſt. & in
rep. rubr. ff. de fid. nu. cxxxviii. co-
pioſiſſimus, ac ſimul literatū he-
luo Andr. Tiraquel. in repe. dictæ
l. boues. §. hoc ſermone. in princi.
nu. xlix. ff. de verbo. ſignifi. quibus
ſtantibus teneo iſtam opinionem,
præſertim propter authoritatem
Bald. in d. l. fideicommiſſa. §. ſi is
qui decem. ff. de leg. iii. ſequitur e-
tiam Feli. in c. fi. col. pen. de treug.
& pace. hos etiam ſequitur Ioan.
de Arnono. in ſingu. liiii. ſtante re
gia. quam amplector ultimo loco,
quicquid dixerit Afflictus, de quo
ſatis miror. ¶ Tantò magis, quia ſi
cuti ſermo ſtatuti ſimplr̄ prolatus
21 ſoleat ītelligi de primo actu, †arg.
dicti §. hoc ſermone. hoc tamē lo-
cum non habet in materia fauora-
22 bili, † ut uoluit Petr. de Anchar. in
conſil. xxvii. non ſeruato ordine.
col. iii. Raph. Comenſ. in cōſi. xiiii.
dictum ſtatutum. & Philipp. Deci.
in cōſil. clxxxvii. in ciuitate Floren
tiæ. Andr. Alciatus in d. §. hoc ſer-
mone. ſed ſtatutum noſtrum eſt fa
uorabile, ut latè dixi in §. j. gloſſ. i.
nu. xx ergo ſtatutum noſtrum ha-
bebit locum in pluribus actibus,
nec uno aut duobus finietur, & ſi
cuti ſupradicti dicunt in unico a-
ctu materiam fauorabilem nō ſuf-
ficere, eadem ipſa ratio militabit
in ſecūdo, tertio, aut quarto com-
promiſſis, ob quod debet diiudica
ri nullo modo præcludi uiam mil
lies petēdi compromiſſum per ſu
pradicta. & iſta ſufficiant pro nūc,
quia plura alia habebā dicere quæ
pro breuitate reticeo, rectè uerò
intuenti uidebitur iſta opinio ue-
rior.

¶ Quartò quæro, Titius dat in cu
23 ria Oliueti fideiuſſionem †de iudi
cio ſiſti, & ſtādo iuri in eadē curia,
an petere poſſit compromiſſum
ſtante fideiuſſione prædicta? iſtam
quæſtionē poſuit notabiliter Fran
ciſc. de Aretio in conſil. lxxxvii. in
præmiſſa cōſultatione. per totum.
Vbi concludit, quòd non obſtan-
te fideiuſſione prædicta quòd cō-
promiſſum petere poſſit ex quo
per talem fideiuſſionem non tolli
tur, quin poſſit declinari iuriſdi-
ctio, ſicut eſt petere compromiſ-
ſum. ex regula tradita per Bart in
l. quidam conſulebar. nu. x. ff. de re
iud. ubi dicit quòd talis fideiuſſio
per aliquem uidetur præſtita, ſub
conditione de ſtando iuri, & iudi-
cio ſiſti ſi apparuerit illum teneri,
24 † & per talem ſatiſdationem de iu
dicio ſiſti, non uidetur renunciari
exceptioni declinatorię fori. auth.
offeratur. C. de litis conteſt. & hoc
uoluit etiam Ant. de Butr. in c. in-
ter monaſterium. col. ii. de re iudi.

idem Barto. in l.ſi conuenerit.nu. ii.ff.de iuriſd.omn.iud. Ange.in l. ſed & ſi ſuſceperit.ff.eod. tit. Feli. in d. c. inter monaſtrium.nu. xiii. de re iudic.Rober. Maran.in Specul. Aure.parte.iiii.diſtinct.xii.numero v.& ſeq.

¶ Quintò quæro, an procurator poſſit compromittere? breuiter dicendum eſt, quòd communis doctorum ſententia eſt, quòd procu
25 rator cum generali † mandato non compromittit.ut in cap. per tuas. de arbitris. gloſſa in capitu. qui ad agendum. in verſicu. paciſci. de procurator.in vj. Specul. in titu.de arb.§.j.uerſic. decimoquintò.notatur in l.mandato generali. ff.de procurat. quia ad compromittendum requiritur mandatū ſpeciale,ut uoluerunt ſupranota-
26 ti doctores, † & latè etiam Maria. Soci.in conſi.xviij. proſequendo ordinem.col.xij.uerſi.& quamuis quidā alij. vol.j. Voluit Lanfranc. Oria.in tracta.de arbi.§. iuxta pollicitum.colu.ij. & uoluit Ioan.de Graſſis in tract.de ſubſtantialibus procuratorii.in §.compromittendum.nu.j.& ſeq.

¶ Limitant autem hoc Bald.Pau. de Caſtr.& Alexand.in l.ſi plures. ff.de pact. non procedere in caſu ſtatuti ad compromiſſum cogentis, ut in caſu noſtro, ut eo caſu
27 ſufficiat † mandatū generale. quos ſequitur etiam Robert.Maran.in Specul. Aur.par.iiij. diſtinct.xiiij. nu.iiij.& parte vij.actu ij. nu.viij. Quod ego non pono pro conſtanti, nec procedere arbitror abſque aliquali dubio.

¶ Limitarem ego non procedere in habente generale mandatum cum libera adminiſtratione, quia bene poterit compromittere, ſicuti & facere poteſt omnia quæ ipſe dominus poteſt, ut habetur in d. c.qui ad agendum. & in l.procurator cui libera. ff.de procurat & in l.nam & nocere. ff.de pact. tenuit expreſſe Bart. in dicta l. procurator. & hoc procedit dum tamen compromittat ſuper re dubia.arg. l.præſens. C. de tranſact. Quia aliàs diceretur rem domini dilapidare, quod non poteſt procurator cum libera. ut in l.contra iuris. §. ſi filius. ff. de pact. ſicuti nec etiam poterit donare. ut in l. creditor.§.Lucius. ff.mandat.nec poterit etiam facere ea, quæ requirunt mandatum ſpecialiſſimum, de quibus per Bart. in l.filiusfam. ff.de donat.Cogita tamen tu.

¶ Tertiò quęro, ſi eſt factū cōpromiſſum ſuper omnia laudanda, quid tunc operabitur tale cōpromiſſum? dicendum eſt, quòd licèt generaliter factum fuerit, nihilominus non porrigetur, niſi tan-
28 tummodo ad ſpecificata, † uoluit Philipp.Corn.in conſi. cxlviij. viſo.litera m.uolu.j. ubi uidendum eſt. ſicuti & tranſactio, ac renunciatio non porrigitur niſi ad ſpe-
29 cificata, † ut notant doct. in l.ſi de certa.C.de tranſact.& alias in cau

ſa

ſa propria conſului pro nobis hæredibus Magnifici D. Ioannis Frãciſci Siriphili Iuriſconſulti acutiſſimi auunculi mei, & obtinui.

¶Septimò, ſi eſt factum compromiſſum, an ex eo impediatur cur-
30 ſus decem dierum datorum † ad appellandum? quod non, tenuit Guid.Papæ.in deciſion. Gratiano pol. cxv. compromiſſum. allegat Paul.de Leazar.& Card. Zaba. in clem. quandiu. de appella. idem Guido Papæ in deciſio.ccccxxxvj. nu.xxx.

¶Limitatur hoc non procedere in fatalibus conceſſis ad appella-
31 tionem † proſequendam. ut in auth.ſi tamen. C. de tempor. appellat.& in dicta clemen. quandiu.& Guido Papæ in dicta deciſio. cxv. compromiſſum.

¶Octauò quæro, petitum eſt cõpromiſſum, iudex pronunciat cauſam eſſe compromittendam, uel non compromittendam, an à tali
32 ſententia admittatur † appellatio? Raphael. Comenſ. in conſil.xvij. Hieronymus de Biſcherijs. col.fi. uerſ.ad ſecundum principale.Philipp.Deci.in l.qui ſe patris. num. xxv.C.de bonis quæ lib. Felyn. in c.ſuſpicionis. nu.iij.de offic.dele. qui tenent expreſſe quòd appellatio admittitur, ex quo ideo à tali ſententia appellari poteſt, quia poſt eam non expectatur alia diffinitiua, per quam iſtud grauamẽ tollatur.arg.l.ij. ff.de appellat.recip.& in l.ij.C.de epiſcop.aud. & in l.ab arbitro.ff.qui ſatiſd.cog. ſatis enim dicetur eo caſu grauamẽ irreparabile, cùm quis cogatur co-
33 ram non ſuo iudice litigare, † ut in auth.habita. C.ne fil.pro patr. & per Barto.in d.l.ij. ff.de appell. recip.maximè eundo ad arbitratores, qui ſæpe de iure unius adi-
34 munt, & adimere poſſunt, † ut notat Barto.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.

¶Nonò & ultimò quæro, poſt lapſum termini agitatis de iure agitandis, eſt prolata ſententia à iudice, à qua appellatur, an poſſit ante dationem termini in dicta cauſa appellationis compromiſſum peti? Quilibet prima facie diceret quòd ſic, cùm pragmatica dicat indiſtincte compromiſſum quãdocunque peti poſſe, dum tamen ſit ante termini probatorii dationem.

¶Sed tamen contrarium eſt uerius, quòd imò quando compromiſſum non eſt petitum in cauſa
35 † principali, nec poteſt peti in cauſa appellationis, ut tenuit Iaſon in l.ſi cauſa cognita.colum.j.C.de tranſact. Vbi refert ita tenuiſſe Paul.de Caſtro.in conſi. lxxiij. incip. quòd in cauſa appellationis. ſequitur Alexand. in conſi. lxxxij. in cauſa uertente inter Petrum. col.iij.vol.j. idem Iaſon in rep.l. admonendi.col.cxxiiij. ff.de iureiur.Hippolyt. de Marſil. in pract. crimin. §.ſequens quæſtio. nu. lj. Et ad hanc gloſſam iſta dicta ſuffi-

ciant, ad laudem Dei omnipotentis & ſanctorum Patronorũ meorum. Oliueti die viij. Februarii. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Maſculinum regulariter comprehendit fœmininum.*
2 *Maſculinum concipit fœmininũ in his, quæ poſſunt ad fœminas adaptari.*
3 *Fœminas iudicare non poſſe, moribus introductum eſt.*
4 *Arbitria ad inſtar iudiciorum redacta ſunt.*
5 *Ratione incapacitatis non, ſed honeſtatis ſeruandæ gratia, mulieres iudicare non poſſunt.*
6 *Mulier, cui ex iure hæreditario competit iuriſdictio, iudicare poterit.*
7 *In materia, quæ fœminis non competit, non comprehendit maſculus fœminam.*
8 *Maſculinum non comprehendic fœmininum in materia correcteria.*
9 *Maſculinum non comprehendit fœmininum in odioſis.*
10 *Omnic receſſus a iure communi eſt odioſus.*
11 *In ſtatuto odioſ, maſculinum non comprehendit fœmininum.*
12 *Compromiſſum in fœminam fieri non poteſt.*
13 *Compromittitur in fœminam cui hæreditario iure competit iudicandi poteſtas 14.*
15 *Magna domina, Regina, uel Comitiſſa iudicare poterunt.*
16 *Compromittitur in fœminam, quando conſuetudine id receptum eſſet.*
17 *Iudicandi munus ſi à Pontifice, uel Imperatore conceſſum eſſet mulieri, nunc compromiſſum in eam factum valeret.*
18 *Arbitratrix mulier eſſe poterit.*
19 *Mulier poteſt eſſe arbitrix in cauſa decimarum & eccleſiaſtica.*
20 *Mulieres ut plurimum laborant contra propria commoda.*
21 *Ius permittit ſtatutum quòd mulier nõ contrahat ſine conſenſu conſanguineorum, cũ prouideat eorum fragilitati.*
22 *Mulieres ſunt inconſtantes.*
23 *Furioſus an poſſit eſſe arbiter?*
24 *Furioſus comparatur ignoranti.*
25 *Furioſus dilucida habens interualla, erit arbiter.*
26 *Laudum prolatum à furioſo, uti ab homine ſanæ mentis ualidum.*
27 *Teſtamentum Lucij Menenij Agrippæ uxoris Fubuciæ, licèt furioſæ, validum declaratum fuit Romæ.*
28 *Pupillus, ſurdus, & mutus, an ſint arbitri?*
29 *Pupillus, furioſus, & ſimiles non ſunt executores teſtamentorum.*
30 *Supplere quæ ſunt iuris naturalis non poteſt princeps.*
31 *Citatio per principem, aut ſtatutum tolli non poteſt. 35.*
32 *Citatio eſt de iure naturali.*
33 *Deus citauit Adam in paradiſo terreſtri.*
34 *Citatio eſt ſpecies defenſionis.*
36 *Princeps ſupplere poteſt, quæ ſunt iuris poſitiui, non quæ ſunt iuris naturalis.*
37 *Reſcriptum, pragmatica ſanctio, uel aliud quipplam conceſſum in præiudicium iuris naturalis, nullum eſt.*
38 *Statutum tollens defenſionem, intelligitur de ciuili, non de naturali.*
39 *Coniunctus inter coniunctos cogitur eſſe arbiter.*
40 *Arbiter arbitrium non acceptans peccat mortaliter.*
41 *Arbitri iuris coguntur acceptare. 42.*
43 *Limitatio. l. iij. x. tametſi. ff. de arb.*
44 *Coniunctus præſumitur ſcire facta cõiuncti.*
45 *Infamis an poſſit eſſe arbicer?*
46 *Iudex eſſe nequit, qui ab officio motus eſt. nume. 47.*
48 *Occupati proprijs negotijs, valetudinarij, inimici, ſuſcepturi officium, ac abfuturi reip. cauſa, an arbitri eſſe valeant?*
49 *Iudex ordinarius arbiter an ſit?*
50 *Iudex de iure canonum poteſt eſſe arbiter.*
51 *Iudex ordinarius poteſt conſtitui arbiter in cauſa non ſpectante ad eius officium.*
52 *Iudex ordinarius poteſt eſſe arbitrater, & amicabilis compoſitor.*
53 *Iudex delegatus poteſt eſſe arbiter.*
54 *Iudex maleficiorum poteſt eſſe arbiter.*
55 *Iudex à quo appellatur, poterit eſſe arbiter.*

56 *Arbiter*

56 *Arbiter per iudicem cogitur pronunciare.*
57 *Iudex ordinarius factus compromiſſarius, ſi procedit in cauſa an uideatur procedere ut iudex ordinarius, an ut cõpromiſſarius.*
58 *In cauſa propria an quis ſit arbiter.*
59 *Arbitrator an poſſit eſſe in cauſa propria.*
60 *Aetas quæ requiratur in arbitro, tam de iure ciuili, quàm de iure canonico nu. 61.*
62 *Arbiter iuris, & ſtatutarius æquiparatur iudici.*
63 *Iudex erit etiam minor xx. ann.*
64 *Aequiparatorum eadem eſt ratio.*
65 *Simplex monachus, frater ordinis minorum, aut frater prædicatorũ an ſit arbiter. 67.*
66 *Monachus prohibetur eſſe executor teſtamentarius.*
68 *Monachus non poteſt eſſe procurator.*
69 *Monachus an poſſit eſſe arbiter cum licentia abbatis.*
70 *Monachus ubi tractatur de utilitate monaſterij, an ſit arbiter.*
71 *Monachus an poſſit eſſe arbitrator?*
72 *Abbatis licentia, uel ſuperioris an ſufficiat ad hoc ut monachus ſit arbiter?*
73 *Excommunicatus an poſſit eſſe arbiter? & an debeat eſſe notorie excommunicatus. nume. 74.*
75 *Notorie excommunicatus quis ſit?*
76 *Excommunicatus an poſſit eſſe arbitrator?*
77 *Excommunicatus de conſuetudine eſt arbiter.*
78 *Monachus factus epiſcopus an ſit arbiter?*
79 *Paganus factus miles, an coram primo, uel ſuo ſeculo iudice conueniatur?*
80 *Prælatus in iuribus eccleſiæ an ſit arbiter?*
81 *Epiſcopus an poſſit eſſe arbiter, uel arbitrator.*
82 *Epiſcopi in cauſa eccleſiæ ſunt iudices.*
83 *Epiſcopus dicitur iudex in cauſa eccleſiæ, nec dicetur iudex in cauſa propria.*
84 *Epiſcopus arbiter factus, ſi fiat archiepiſcopus, an deſinat compromiſſum?*
85 *Epiſcopus quandoque eſt executor teſtamentarius.*
86 *Minor factus arbiter, ſi maior factus fuerit ante laudi prolationem, an ualeat.*
87 *Quod ab initio non ualuit, tractu temporis non ualidatur.*
88 *Impetratio iudicis excommunicati eſt nulla, cum ſit infamis.*
89 *Electio non confirmatur, licèt poſtmodum excommunicatus fuerit abſolutus.*
90 *Actus à principio nullus factus à perſona illegitima, non conualidatur licèt ſuperueniat legitimatio.*
91 *Conditio arbitri inſpicitur tempore compromiſſi.*
92 *Seruus an poſſit eſſe arbiter.*
93 *Seruus non poteſt eſſe iudex.*
94 *Seruus pro nihilo reputatur.*
95 *Seruus an poſſit eſſe arbitrator.*
96 *Seruus reputatus ut liber, an ſit arbiter.*
97 *Frater mendicantium an poſſit eſſe arbiter.*
98 *Laicus in cauſa eccleſiæ an ſit arbiter.*
99 *Fideiuſſor an poſſit eſſe arbiter in cauſa mota ſuper contractu, ſuper quo fideiuſſit.*
100 *Fideiuſſor an poſſit eſſe arbiter.*
101 *Bannitus an poſſit eſſe arbiter.*
102 *Bannitus an ſit executor ultimarum uoluntatum.*
103 *Bannitus an ſit arbitrator?*
104 *Incapax cum capace an poſſint arbitri fieri.*
105 *Iudæus inter chriſtianos an ſit arbiter.*
106 *Iudæus inter alios iudæos an ſit arbiter.*
107 *An ſit iudex.*
108 *Vſurarius an ſit arbiter.*
109 *Nouitius an ſit arbiter.*
110 *Nouitius non eſt procurator.*
111 *Opinio propria an nouitius ſit arbiter.*
112 *Nouitius dicitur proprie religioſus.*
113 *Nouitius an gaudeat priuilegio c. ſi quis ſuadente diabolo xvij q iiij.*
114 *Nouitij bona morientis ante profeſſionem an acquirantur conſanguineis, uel monaſterio?*
115 *Perſona incerta an ſit arbiter.*
116 *Miniſtri, priores mendicantium, & guardiani an ſint arbitri.*
117 *Delegatio in aliquem facta ſub nomine dignitatis tranſit ad ſucceſſorem.*
118 *Executio teſtamenti tranſit in ſucceſſorem in dignitate.*
119 *Quod iniungitur alicui ut aliquid perſonaliter faciat, non poterit per alium expediri.*
120 *Compromiſſum an tranſeat in ſucceſſorem.*
121 *Executor tenetur reddere rationem.*
122 *Compromiſſum factum in abbatem an tranſeat in ſucceſſorem.*

123 Com-

123 *Commiſſio executionis an tranſeat in ſucceſſorem.*
124 *Compromiſſum factum in Regem Franciæ an tranſeat in ſucceſſorem.*
125 *Compromiſſum in Papam an tranſeat in ſucceſſorem.*
126 *Arbiter à quo eligatur, ſi diſcordant partes.*
127 *Arbiter ſolus qui remanſit mortuo alio arbitro an iudicabit ſolus.*
128 *Quid in arbitratore.*
129 *Teſtatore litem habente cum aliquo eius cõiuncto mortuo, relicto hærede extraneo, an iſte extraneus ex teſtatore proueniens cõpromittat.*
130 *Obligatio à defuncto inita an transferatur ad hæredes.*
131 *Hæres repræſentat defuncti perſonam.*
132 *Hæres fictè repræſentat defuncti perſonam.*
133 *Morte unius extinctum compromiſſum ad hæredes non tranſit, niſi in compromiſſo id actum fuerit.*
134 *Societas ad hæredes tranſmittitur.*
135 *Iudicium ad hæredes tranſmittitur.*
136 *Quæ ſunt, ad hæredes non tranſeunt, ſtricti iuris.*
137 *Amicitia ad hæredem non tranſmittitur.*
138 *Amici falſi quid faciunt.*
139 *Creſi Lydorum Regis in Cyrum amicum infidelitas.*
140 *Vrbis Romæ erga Africanum Scipionem ingratitudo.*
141 *Theodati in Amalaſuntham Gothorum Reginam ingratitudo.*
142 *Belliſarius Iuſtiniani Dux oculis priuatus ob inuidiam.*
143 *Compromiſſum in arbitratorem factum an compromittentium morte ad hæredes tranſeat.*
144 *Pactum & tranſactio ad hæredes tranſeunt.*
145 *Arbiter an ut ſuſpectus recuſetur.*
146 *Dictio (uel) quid ſignificet.*
147 *Cæcus an poſſit eſſe arbiter.*
148 *Filiusfamilias an poſſit eſſe arbiter.*
149 *Deportati, relegati, damnati in metallum uel ad triremes an ſint arbitri.*
150 *An ſint arbitratores.*
151 *Damnati ad mortem an ſint arbitri.*

GLOSSA IIII.

In duos coniunctos, vel communes amicos.

MODO' autem videre neceſſe eſt, an mulier ĩ terminis noſtræ pragmaticæ poſſit eligi arbiter, & in eam poſſit compromiſſum fieri? cui quæſtioni dicendũ videtur prima facie mulieres iuxta terminos noſtræ pragmaticæ arbitrices eſſe poſſe, ex eo quod iam regulare eſt, maſculinum †comprehẽdere etiam fœmininum. notatur in l. qui duos mulos. ff. de leg. iij. in l. deteſtatio, in l. inter ſtuprum. ff. de verbo. ſignifica. l. ſeruis legatis. in princip. ff. de leg. iij. l. Lutius titius. §. quæſitum. ff. eod. titu. in §. ſi quis filiabus. ubi glo. Inſtit. qui teſtament. dar. tuto. poſ. l ſi quis ita. ff. de teſtament. tutel. ergo mulier comprehendi debet in pragmatica, ut & ipſa arbitrix eſſe poſſit.

1

¶ Veritas autem, vt & ipſa non taceatur iuxta Iſocratis ſententiam, in contrarium ſe habet, quòd mulier nullo pacto arbiter eſſe poſſit. Nec obſtant iura ſupra allegata ꝙ maſculinum comprehendat fœmininum, ex quo illa iura allegata loquuntur in ultimis uoluntatibus, vt ex eis uidere licebit.

¶ Secundò reſpõdetur, quòd ma-

ſculinum cõprehendit fœmininũ
in his quæ ad fœminas poſſunt a-
2 daptari, † uoluit Bald.in l.ſeruus.
C.commu.de ſucceſſ. ſed ſic eſt ꝙ
moribus introductum eſt, fœmi-
3 nas † iudicare non poſſe.text.in l.
cum prætor.§.fi.ubi Ange.ff.de iu
dic.ergo nec etiam arbitrari, cùm
4 arbitria † ad iudiciorum ſimilitu-
dinem ſint redacta.l.j.ff.de arbitr.
ergo text.noſtræ legis nolens com
promiſſa fieri in arbitros,nõ com
prehendet fœminas,quæ non poſ
ſunt iudicare, quę prohibitio non
eſt ratione incapacitatis, ſed ratio-
5 ne honeſtatis † ſeruadæ . ut uoluit
Abb.Panorm.in c.dilecti.col.ij.de
arbit.& Sebaſtian.Vanti.in tracta.
de nulli.titul.de nullit. ſentent. ex
defectu iuriſdict. delegat. nu. lxxi.
uoluitque glo. in l.j.§.ſexum.ff.de
poſtulan.& dicam infra eadem gl.
nu.xx. ¶Quod autem diximus de
iudicio in muliere, id tunc aſſeras
procedere,dum tamen non ſit ta-
lis mulier & fœmina,cui ex hære-
ditaria ſucceſſione iuriſdictio cõ-
peteret,ex quo tunc poſſet iudica
6 re, † & iuriſdictonem exercere.ut
uoluit Ange.in d.l.cùm prætor.re
ferens Reginam Ioannam vidiſſe
pro tribunali ſedentem, & ſenten
tiam protuliſſe contra illos de lo
Balſo.ſequitur Alexand. in conſil.
j.col.vj.uol.v.Philipp.Deci.in l.fœ
minæ.nu.iii.ff.de regu.iur. & inde
eſt quòd maſculinum tũc compre
hendit fœminum, quando ſumus
in materia indifferẽti, ſecus in ma
7 teria † quæ nullo pacto conueniret
fœminis,ut i d.l.cùm prætor.quia
eo caſu maſculinum non compre
hendet fœmininum. Dominic.
de ſancto Geminia. in c. generali.
de electio.in vj.

¶Tertiò,quando ſumus in mate-
teria correctoria, maſculinum nõ
8 † comprehendit fœmininum. Ale
xand.in l.gallus. in princip.col.vj.
ff.de lib.& poſthu.ſed ſic eſt,quòd
ſi pragmaticæ noſtræ ex diſpoſi-
tione fœminæ per arbitrium iudi-
carent,& iudicare poſſent,eſſet iu
ris communis correctoria, ut in d.
l.cùm prætor.§.fin.ergo &c.

¶Quartò in odioſis maſculinum
non comprehendit fœmininum,
9 † ut per illum text. dicit Bald. in l.
quod uerò cõtra.ff.de legib. quod
autem ſi ita res ſe haberet ſim⁹ in
10 odioſis,patet,quia omnis † receſ-
ſus a iure cõmuni eſt odioſus.uo-
luit idem Bald. in l.non ſine.C.de
bonis quæ liberis . uoluit Philipp.
Corn.in conſil.xiiij.in præſenti.li-
tera y.vol.ij.& Archidi.in c.ſiquis
ſuadente Diabolo.xvij.q.iiij.Rece
deretur autem a iure cõmuni per
pragmaticam noſtram ex quo mu
lier iudicaret,contra notata in d.l.
cum prætor.§.fi. ergo mulier non
comprehendetur.

¶ Quintò in ſtatuto odioſo ma-
ſculinum nõ comprehendit fœmi
11 ninum,† ut uoluit Petr.de Anch.
in c.j.de conſt. quod autem ſimus
in ſtatuto odioſo, demonſtratum
eſt ſupra pręcedenti fundamento.

Hoc autem vltimū non pono pro
conſtanti, ſed remitto me ad ea,
quæ ſupradixi in §.j. glo.j. nume-
ro xx.cum ſeq.

¶Sextò & vltimò hoc eſt clarum,
quòd compromiſſum in fęminam
12 fieri non poteſt, † tex. eſt in l.ſi.C.
de arbitr.facit text.in c.mulierem.
xxiij.q.v.& tenuerūt expreſſe Ho-
ſtienſ.in ſumma. titu. de arbitr.§.
quis poſſit.Panor.in c.Quintauall-
lis.nu.ij.de iureiur.Lanfran.in tra
cta.de arbit.§.hactenus. Philip.De
ci.in d.l.fœminę.nu.xvij.ff.de reg.
iur. & Maſuerius in ſua praxi.tit.
de arbi.nu.vj. & eſt omnium com
munis opinio, quæ ab omnibus
nemine contradicente recipitur.

¶ Limita eam tu primò non pro-
cedere ubicunque hæreditario iu-
re mulieri competeret iuriſdictio,
& poſſet iudicare, quia tali caſu ar
13 bitrium in eā fieri poſſet. † tenuit
Hoſt.in titu. de arbit.d.§.quis poſ
ſit.eſt de mente Philip. Dec.in d.l.
fœminæ.nu.xvij.ubi dicit,quòd di
14 cta † ſupra, quòd mulier poterit
quandoque iudicaret, procedunt
etiam in compromiſſo.

¶ Secundò fallit in magna domi-
15 na,Comitiſſa,uel Regina, † aut a-
lio dignitatis ſupremæ gradu inſi-
gnita,quia ſicuti iudicare,ita & ar
bitrari poterit eo caſu. ut uoluit
Bart.in d.l.ſi. per notata in d.c.cū
dilecti.de arbit. facit text.in c.cùm
deuotiſſimam.xij.q.ij.Hoſtienſ.v-
bi ſupra.Angel.in dicta l.cum præ
tor.§.finali.

¶Tertiò fallit,quando de conſue
tudine obſeruaretur compromit-
16 ti in fœminam,quia eo caſu † bene
procederet diſpoſitio legis noſtrę.
Accurſ.in d.l.fin. Orianus in d.§.
hactenus.

¶ Quartò fallit quando authorita
te ſummi Pontificis, uel Imperato
ris id mulieri iudicandi priuilegiū
17 conceſſum eſſet, eo † nanque caſu
bene in eam fieri poſſet compro-
miſſum.ut ī c.verior.viij.q.j. & in
c.ſi quas. xxxiij.q.iiij. Hoſtienſ. in
d.§.quis poſſit.

¶ Quintò fallit in arbitramento,
18 ex quo mulier poterit † eſſe arbi-
tratrix,ut in c.quintauallis.ubi do
cto.extra de iureiuran.Cyn.& do-
cto.in d.l.fina.Specu.in titu.de ar-
bit.§.j.uerſi.prohibetur. Lanfran.
in d. §. hactenus. Maſue. in praxi.
tit.de arbitr.nu.vj.

¶Sextò & ultimò fallit in cauſa ec
cleſiaſtica, ubi tractaretur de ſalu-
te animarum, uerbi gratia de ma-
19 le ablatis reſtituēdis, de † cauſa de-
cimarū,quia tunc bene poteſt mu
lier eſſe arbitrix, uoluit Archidiac.
in c.reſcriptum.vj. q.iij. ſequitur
Benedictus Canoph. monach*. in
tracta.de priuileg.eccleſiæ.titu. de
arbit.priuilegio.ij.ubi tradunt no
tabilem regulam,quòd ubi tracta-
tur de ſalute animarum, nō eſt vi-
dendum de apicibus iuris. c. duæ
ſunt.xix.q.ij.quod tamen ne erres
an verum ſit, uide ex his quæ late
docuimus ſupra.§.ij.gl.j.per mul-
tas quæſtiones, in quibus tractaui

an cauſa matrimonialis, ſpiritualis, vſurarum, decimarum, iuris patronatus, & ſimiliũ poſſint in laicum arbitrũ compromitti, ex quo iſtam limitationem non intelligerem niſi in cauſa de ſui natura compromittibili.

¶ Et nimirum ſi concluſio ſupra pro regula firmata ſit, quòd in mulierem non poſſit fieri cõpromiſſum, quando quidem mulieres ut plurimum cõtra propria commo
20 da † laborant. tex. in l. ſi pater. C. de ſponſalibus. & refert Nicol. Boer. in conſil. xxviij. nu. j. inde eſt quòd permittitur ſtatutum nolens mulierem non poſſe contrahere ſine conſenſu propinquorũ, uel Mundualdi, cùm prouideat fragilitati
21 † earum, ut docuit Ange. in conſi. cccxvij. ſtatutum. col. fi. ego latiſſime dixi in tract. meo de Mundualdo, quem adhuc præ manibus habeo, & quàm citius auſpice domino in lucem prodiet. quinimò mu
22 lieres ſunt inconſtantes, † text. in l. fin. C. de inoffici. teſtam. inde Salomon dicit in concione quam fecit in Hieruſalem. c. vj. laboraui uſque in hanc horam ut cõferendo officium fœminarum cum ingenio, & moribus, ut bonam, & prudentem aliquam inuenirem, ſed nihil horum ſucceſſit ex mille uiris vnũ inueni tollerabilem, ex mille autem fœminis nullã. Videmus etiam primogeniorum parentum caſum nõ niſi a muliere primum habuiſſe principium, ut Moſes libro Geneſeos. c. iij. aſtruit, ex quo diabolus facilius ſuadere ſibi potuit fœminã, quàm maſculum vincere, quia natura homo conſtantior eſt creatus, fœmina autẽ econuerſo imbecillis, leuis, & omni quaſi in re inconſtantiſſima. ut de hoc aliqualiter diſſerui in lib. Miſcellaneorum problematum. c. iij. & Albertum Magnũ in Compendio Theologiæ. lib. ij. c. lxv. & ubique per Theologos. habent enim mulieres conſilium inualidum ut uoluit Bald. in l. j. col. xvj. uerſic. ſuper quarto attic. C. qui accuſ. non poſſ. Mulieres enim ad malũ ſunt fortes, inquit Chryſoſtomus ſuper Ioan. ix. Homel. lxi. maxime circa actus uenereos. ut dicit Cyn. referente ibi Salyceto in l. quiſquis. §. ad filias. C. ad leg. iul. maieſta. inde illud dixit notabiliter Iuuenalis.

Fortem animum præſtant rebus quas turpiter agunt.

Quam refert Ioan. Lopes. in repet. rubric. de donat. inter uir. & vxor. §. lxviij. numero iij.

¶ Videmus aliquando mulierum quarundam tantam fuiſſe petulãtiam, ut & ipſas viros rapere non ceſſauerint. Ange. in l. j. C. de rapt. virg. qui dicit ipſum Florentiæ uidiſſe comburi quãdam mulierem, quæ iuuenem rapuerat. Nec mirum cùm aliàs uideamus vxorem Phutipharis eunichi Pharaonis Egyptij Ioſeph rapere uoluiſſe, ut patet Gene. c. xxxix. & Anteiam Argiuorũ regis vxorem rapuiſſe Bel-

lerophontem. ut teſtantur Higinus, ac etiam Homerus lib. vj. Iliados. & Horati⁹ lib. iij. Carminum. Ode vij. ut omittam⁹ interim Phędram uoluiſſe Hippolytum (ut Seneca in Hippolyto docuit) & Gidicam Comminimũ priuignos ſuos rapere. & Andromedã Perſeum. Vt non interim cadat nobis e memoria Eugenia illa viri habitum mentita, ac maioris rei importantiam afferens Ioãna Angliæ nationis mulier, ut in tãtum Romæ, uiri habitũ ſimulauerit, ut poſt Leonem IIII. Pontificem ipſa Pontifex creata in Petri Cathedrá ſederit annis duobus, & menſibus tribus, ut refert Anton. parte ij. titu. xvj. c. j. §. vij. ſequitur Franci. Marcus in deciſio. Delphina. M. cccv. per totum. uol j. Nõ uidemus inſuper mulierum inconſtantiam (quamuis ex hoc vir etiam notetur) ut unica mulier viginti duos dum ſepelliſſet uiros, his non contenta alium accepit, qui & itidem vigintiduas perdiderat vxores, ut refert Beatus Hieronymus. parte iii. epiſtolarum. tractatu vii. epiſt. xxvi. refert & ſequitur Nico. Boer. in deciſio. clxxxvi. nu. iiii. vol. i. vt vnico, aut duobus non contenta alios cępit deinde, non maximum demonſtrans imbecillitatis exemplum, non quòd matrimonia plura contraxerint, id enim cuilibet Chriſtiano noſtro dogmate, ſanctæque noſtræ Romanæ eccleſiæ dictamine permittitur, eique libentiſſime ſubſcribo, eamque & ſequor, ac donec vita fruar inſequi & ſpero, & obteſtor, ut filius.

¶ Non tamen eis adeo detrahendum eſt, ut dici non cogamur virum muliere, & mulierem viro in uita neceſſariam fore, videmus enim non ex fœmineo vitio id eſſe, ſed ipſarũ natura ita eſt, ut uoluit Augu. lib. xxij. de ciuitate Dei. c. xvij. non enim a domino adeo paruifacta eſt, quin fateri non cogamur e primi parentis coſta creatam fuiſſe, ut inde nobis prodiret exemplum, ut dum eam ex hominis coſta creatã ſciremus, eam tanquam nos ipſos amore proſequeremur, ideo. n. è pede creata non eſt, nec e capite, ut Hieronym⁹ aſtruit, dum dicit, Dominus nõ de pede, ſed de coſta formauit mulierem, ne a uiro cõtemneretur, non de capite ne nimis uellet dñari, ut ſequendo refert Sebaſtianus Ammian⁹ in lib. de Chriſtiana inſtitutione. c. viij. dixi ego in problematibus miſcellaneis. c. xi. & mulier bona corona eſt viro ſuo. ut docuit Salomon, Prouer. c. xii. inde illud. noli diſcedere a muliere ſenſata & bona, quam ſortitus es in timore domini, gratia enim verecundię illius ſuper aurum, eccleſiaſtic. c. vii. & alibi. mulieris bonæ beatus vir, numerus enim annorum illorum duplex. & paulopoſt. Gratia ſuper gratiam mulier ſancta, & pudorata. ut patet Eccleſiaſ. c. xxvi. & omittamus quòd e virgi-

ne

ne beatiſſima prodidit fruct⁹, qui in cruce pendulus mortis triumphator nos eripuit e faucibus Demonis. Iam nulli dubium, quòd Rahab meretrix abſcondit exploratores Ioſue in Ierícho, eiq́; confidit Ioſue, & ideo ſalua facta eſt.ut patet Ioſue.cap.ij.& vj.audi quid fecerit Abigail vxor Nabal, quæ uti pulchra, & decora, ita & eius verba potentia fuerunt apud Regem Dauid, quem venientem ad mariti vindictã mulier ipſa ſua eloquij proprij dulcedine ſiſtit,& Nabal manu Dei mortuo Dauid vxor eſſe meruit. patet lib.Regu.j. c.xxv.ſcimus etiam Annã ſterilem vxorem Elcanæ ob preces a domino receptas Samuelem ſummum Sacerdotem concepiſſe. ut patet in lib.Reg.j.c.j. Iudith etiam Holofernem Aſſiriorum principem ſola domini fulcita iuuamine ſubiugauit. Habetur Iudith.c.xiij. & multa alia paſſim videmus obuia lectoribus, ex quibus videmus nõ tantùm mulieribus detrahẽdum, & videmus dominum glorioſe reſurgentem primò (ut euangelium ſectemur in hoc) apparuiſſe Mariæ Magdalenę. ex illo quę uoluit Beda notanda ſunt, mulier ergo (inquit) quæ prima iuit ad culpã, nũc primum uenit ad ueniam, & quæ prima perfidiam ſumpſit in Paradiſo, feſtinat nunc prima fidẽ ſumere de ſepulchro, contẽdit de morte rapere uitam, quæ de vita rapuit mortem. Indeque Domini corpus in ſepulchro nõ inueniẽs dicito mihi hortulano inquit, ubi poſuiſti eũ, ob quod mulieris notans animi robur ait Origenes. Ioſeph timuit, & auſus non fuit tollere corp⁹ de cruce, niſi in nocte, & niſi hoc expetijſſet à Pilato: Maria autem noctem non præſtolatur, non poſtulat, nec ueretur, ſed audacter promittit, dicens, ego eũ tollam, ò mirabilis mulieris audacia, ò mulier, iam non mulier. & pauloPoſt, magna eſt cõſtantia tua, magna eſt fides tua. De qua Hieronymus. Cum lachrimis & perſeuerantia Dominum quæramus, ut ſimul cum ipſa Dominũ inuenire, & ab eo conſolari mereamur. Et aliàs multa, ac nõnulla priuilegia videm⁹ paſſim in iure mulieribus eſſe conceſſa, & inter alia propter ſexum mitius in pœnis cum mulieribus agendum.c.indignantur.xxxij.q. vj. & l. ſacrilegij pœnam.in princ.ff.ad leg. iul.pec. & Seneca lib.iij. de Ira. puerum ætas excuſet, fęminam ſexus. indeq́; illud Vergilij in Aeneade.

Nullum memorabile nomen.
Fœminea in pœna eſt.

Iam tranſeamus ad alia, quia plurimum nos diuertere ſolet ab inſtituto, ſcribendi varia delectatio. & in mulierum fauorem nonnulla poſuit Ioan. Fab. in l. ne paſſim. C. de iur. & fact. ignor.

¶ Secundò quæro, an furioſus in 23 terminis legis noſtræ † eſſe ualeat arbiter? quòd non in hoc, text. eſt

non calumniãdus in l. ſed ſi ita in ſeruum.ff.de arbit.tenuerunt Hoſtienſ.in ſumma titul. de arbitr.§. quis poſſit.Specu.in titu.eo.§.poteſt.verſicu. item prohibetur mutus. Orlan.in tract arbitrorum.§. hactenus.q. v. & non videtur mi-
24 rum, ex quo furioſus † cõparatur ignoranti.l. filiusfamilias. la.j. ubi per Barto.in fin.ff.de teſtam. item comparatur mortuo.in l.ſi quis alicui.ff.de acquir. hære. per quem tex.ita tenuit Bal. ĩ l. humanitatis. col.iiij.C.de impub. & ali.ſubſtit. ¶Primò tamen limitatur nõ procedere in furioſo habente dilucida interualla, ex quo in eum bene
25 fieri poteſt cõpromiſſum,† in terminis uoluit Ange.in l.cum furioſus.ff.de iudic. contrarium tamen videntur ibi tenuiſſe Bartol. Bald. & communiter docto.

¶Secundò licèt compromiſſum a princi.in furioſum fieri nequeat, & factum non teneat, tamen ſi cõpromiſſum factum fuerit, & arbitrium furioſus protulerit, non vt furioſus, ſed ut homo ſanę mẽtis,
26 eo caſu † valebit. notant docto.in c.ij.extra.de conſuetu. & in ſimili habetur id quod notatur à Vale-
27 rio.lib.vij.c.viij.de teſtamẽto † Eubucię vxoris.L.Menenij Agrippę ſub rubr.de teſtam. quæ rata manſer.uti refert etiam Thom. Grammat.in deciſion. Neapol.lxxiij.nu. xxxvj.cum ſeq.Ioã.Andr.in c.cum dilectus.in fin.de ſucceſſ.ab inteſt. & facit hiſtoria illius fatui Pariſiẽſis quæ decidit quęſtionem ortam inter tabernarium & illum pauperem,quam dixerunt rectè latã fuiſſe Hoſtien.Ioan.Andr. Abb.Sicul. & And.eiuſdem inſulę in c.ad noſtram.extra de conſuetud. Anton. Corſet.in ſing.teſtamentum. Marcus Antonius Bauerius in §. item furioſi.Inſt. quib.non eſt permiſſ. facer. teſtam. & Nicolaus Boer.in conſuetudi. Bituric.tit.de iuriſdi. omn.iud.§.ij.ſeries enim & forma uerborum in contractibus,& ultimis voluntatibus prolatorum per furioſos probant ualiditatem, uel inualiditatem,uoluit Ange.in l.furioſum.C.qui teſtamen. face.poſſ. quia ſi conueniunt homini ſanæ mentis, pręſumetur diſponentem fuiſſe etiam ſanæ mentis. argum.l. fina.C.de hæred.inſtitu.talis enim præſumitur contractus, qualẽ verborum proprietas demõſtrat.text. in l.intereſt.ubi Angel. & Salycet. C.de ſolutio. textus in l.ij.ubi Lucas de Penn.C.de delator.libro x. Ioann. Franciſcus Ripa in tracta. de peſte.fol.v.nume.xxxij.quia uoces ſunt earum quę ſunt in anima paſſionum notæ. ut docuit Ariſtoteles in primo libro Perihermenias. cap.j. mentis enim interpres eſt oratio,inquit Cicero.libro primo.de legi. ex loquela enim hominis animus indicať. Bald. in l. ſed & reprobari. in princip. ff. excuſ. tuto.iuxta illud euangelii,dictum Petro ab ancilla hoſtiaria,Nam & loquela tua manifeſtum te facit.

Ex abundantia enim cordis os lo
quitur. habetur Matthæi . c. xiij.
Vbi Nicolaus Lyra dicebat, quòd
uerbum exterius eſt ſignificatiuũ
ĩterioris. & quæ de ore procedũt,
de corde exeunt. Matth.c.xv.& idẽ
Seneca inquit in prouerbiis . Ima
go animi ſermo eſt,& qualis uir ,
talis oratio. & Hugo de ſancto Vi
ctore inquit. vanꝰ ſermo, uanę cõ
ſcientiæ index eſt: mores hominũ
lingua pandit .

¶Tertiò limitarem non procede
re in eo,qui ſtultum ſe ſimularet,
dum ſapiens ſit, quia forſan in eũ
compromiſſum fieri poſſet , quia
talis fictio in hoc non operaret .
argu. notatorum per Alberic. de
Roſat. in l.furioſum. ff. de curat.
furioſ. iuxta illud Cenſorini Ca-
tonis .

Stultitiam ſimulare loco,prudentia ſumma eſt .

¶Tertiò quæro , an pupillus ſur-
28 dus , & mutus † poſſint eſse arbi-
tri?dicendum eſt quòd non. habe
tur in d.l.ſed ita. & in l.Pædius.§.
j.ff.eo. titul. Lanfranc. de Orian.
in tract. de arb. §. hactenus . per
quæ dicebat Ioan. Oldendorpius
in tract.de executo.ultim. uolun-
ta.titul.iiij. nu.ij. quòd pupillus,
furioſus, mentecaptus, & ſimiles
29 non poſsunt eſſe† executores teſta
mentorum.& idem in tract. eiuſ-
dem tituli uoluit Ioan. Iacob. de
Canib. parte j.nu.lv. & de talibus
furioſis, pupillis, mẽtecaptis, mu-
tis, ac ſurdis clara ſunt quæ dixi-
mus, imò nec Imperator, aut Rex
iſte Ferdinandus legis noſtræ au-
thor non potuiſſet facere quòd eſ
ſent arbitri , quia eſſet ſupplere
ea, quæ ſunt iuris naturalis, quod
30 per principem fieri †non poteſt .
not.in clem. paſtoralis. de re iud.
cum ſimilib. adductis per Seba-
ſtian.Vant. in tract. de nullita. ti-
tul. de nulli. ex defect. iuriſd. de-
leg. nu.xxxix.

¶Nec debet iſtud mirum uideri,
ex quo neque citatio poteſt per
31 †principem, aut ſtatutum tolli. vo
luit Cald.in conſil.viij. titu. de re
iud. uoluerunt etiã Card. & Abb.
Panor.in c.j. de cauſ.poſſ. & pro-
priet.idem Abb. in c.in cauſis. de
re iudic. & in c. cùm inter. de e-
lect.in c. cauſam. de præſcript. in
cap. inter quatuor. de maior. &
obed. in c. cum olim. de re iudic.
habetur plenè per Bartho.Soci.in
conſi. clxiiij. viſa bulla Bonifacij.
col.vj.uerſ.contrariam. volu.ij. &
in conſi.cclxvj.in cauſa quæ uerti
tur.col.xviij.uerſ. ſed tamen præ-
miſſis non obſtantibus. vol.ij. ex
32 quo citatio eſt de iure † naturali.
c.dominus omnipotẽs.ij.q.j. imò
de iure diuino, quando Deus uo-
cauit Adam in paradiſo delitiarũ.
33 †Gene. c.iiij.uoluit Bald.in l.cum
fratrem.col.fin. C.de his quib. ut
indign. Marian.Socin. in conſilio
xij.quoniam in præſentiarum. co
lum.ij.vol.j.Felin. in c.ex parte. il
ij.extra de offic.& poteſt.iud.dele
gat.Matth.de Afflict.in lib.Conſt.

Regni.in rub.de exord.præparat. iudic.& in deciſ.Neapo.ccxlv. magnifici nobiles.nu.x. Manſuer. in ſua praxi.titu..de adiornamentis. nu.ij.& Rober.Maran.in Specul. Aur.xvij.diſtinct. nu.x. Eſt nãque citatio inuẽta, ut citatus ſe defen-
34 dat,& ſic eſt ſpecies † defenſionis. ut in l. defenſionis facultas. C. de iur.fiſci.lib.x.& ideo eſt licita. l.ut uim. ff. de iuſt. & iur. & nec per
35 principem poteſt,aut † per ſtatutũ tolli.uoluit Abb.Panor. in c.dilecti.nu.xiij. de except. Barto. in l. cum mulier.nu. vj ff. ſolut.matr. uoluit Nicol.Boer.in deciſio.Burdeg.ccxlvii.nu.v.cum ſeq.volu.ij. per notata per Panor.in c.ea quę. nu.ix.de ſenten.& re iudic.vbi dicit, principem iuris poſitiui omnem defectum ſupplere poſſe, nõ
36 autem naturalis. † ſequitur ibidẽ Felin.nu.v.& vj. & alia quamplura allegans Hippolyt. de Marſi.in ſing.lxxix. confirmatio. uoluit Innocen.in c.quę in eccleſiarum.colum. j. de conſt. facit notabiliter textus à nemine ad iſtum effectũ, per ea quæ uſque in præſentẽ diẽ uidi, põderatum,in l.fi. C.ſi cont. ius,uel util.pub. ubi reſcriptum, pragmatica ſãctio,uel annotatio,
37 conceſſum † in præiudicium iuris naturalis non ualet. inde Bald. in c.à nobis. in fin. extra de except.
38 dicit quòd ſtatutũ tollens † defenſionem intelligitur de ciuili, non de naturali, quinimmo nec Papa poteſt tollere defenſionem à naturali iure introductam, bene autẽ à iure poſitiuo. Dominicus Geminia.in c.non ſolum.in princip.de appell. in vj. ad quod facit illud Dioniſii Tiranni, qui dum matrẽ haberet,iam ſenio confectam denuo nubere uolentem, ciuitatis, inquit,legibus uim inferri poſſe, naturæ autẽ minime. Plutarchus eſt author Apothegmate xij. dixi ſupra omnes in opere meo, cui titulus Porta Aurea.titul. de citatione.q.ij.& ſeq.

¶Quartò notandum eſt, dũ textus noſter dicit, compromiſſum eſſe faciendum in duos coniunctos,uel cõmunes amicos,ex quo aliàs coniunctus inter cõiunctos
39 cogitur † eſſe arbiter. uoluit Ange. in l.j.§.ſed quamuis. ff.vbi pupill. educa.deb. Vbi ad hoc illum text. Bald.exclamat notabilem. & hoc idem uoluit Archidia. in c. ſicut. xj.q.j.Ioan.de Imol. in c. paſtoralis.extra de offic.& poteſt.iud. deleg. vbi etiã dicit, quòd ſi arbiter arbitrium non acceptaret, quòd
40 faceret † peccatum mortale. allegant glo.in d.c.ſicut. & eſt gloſſ.j. & hoc etiam non procedit cum dubio, quia indiſtinctè arbitri iu-
41 ris coguntur † arbitrium acceptare.gloſſ.in c. ſuſpicionis. de offic. delegat.ſed ſic eſt quòd arbitri electi uigore huius pragmaticæ dicũtur arbitri iuris. ut concluſi in §. iij.glo.j. q. iij. ergo ipſi acceptare coguntur. & in caſu ſtatuti cogen-
42 tis † compromitti cauſas coniun-

ctorum,

ctorum, quòd cogantur acceptare compromiſſum, tenuerunt Innocen. & Imol. in d. c. ſuſpicionis. & bene Felin. in c. paſtoralis. nu. iiij. de offic. deleg. uoluit Franciſcus Cremenſ. in ſingul. lviij. Nemo cogit. Ioan. de Arnono. in epithom. xxvii. tametſi licet regula. l. iii. §. ta
43 metſi. † ff. de arbit. contradicat. cõ iunctus enim præſumitur ſcire fa
44 cta † coniuncti. l. octaui. ff. und. cognat. & hanc opinionem tenuit Abb. Panormit. in c. cauſam quæ. num. iiij. de offic. deleg. & voluit Bartholo. Socin. in l. quædam. colum. ij. ff. ſi cert. petat. & Cauenſis hic. col. iij.

¶ Quintò quæro, an infamis poſ-
45 ſit eſſe † arbiter? breuiter tenendũ eſt quòd ſic, text. eſt in l. Pædius. §. i. ff. de arbitr. uoluit Lanfranc. in tract. eiuſdem tituli. §. hactenus. colum. iij.

¶ Licèt iudex eſse prohibeatur,
46 qui ab officio motus † eſt. c. infames. iii. q. vii. videlicet ob vitium, uel ſuam turpitudinẽ, aut aliquod aliud factum à lege reprobatum, propter quod eius ſtatus, & conditio apud bonos, & graues uiros
47 aggrauata eſt, † ut in d. c. infames. & habetur in l. i. ubi Paul. de Caſtr. ff. de his qui nota. infam. & in l. infamem. ff. de pub. iud. Dynus in reg. infamibus. de reg. iur. in vi. & Bald. Imol. Panormit. & Felin. in c. teſtimonium. de teſtib. cauetur in l. Caſſius. ff. de ſenato. l. eadẽ lege. §. i. ff. ad leg. iul. rep. uoluit alia allegans Sebaſtian. Vant. in tracta. de nullita. tit. de nullit. ex defect. iurisd. deleg. nu. xliiii. cũ ſeq.

¶ Quæ omnia à fortiori arbitror procedere in arbitratore, ut & ipſe poſſit infamis eſſe arbitrator. cùm aliàs poſſit eſſe procurator. ut in §. fi. Inſt. de except. ut uoluit Ioan. de Graſſis. in tract. de ſubſtã tialibus procuratorii. §. prouidos diſcretos viros. nu. ii.

¶ Sextò quæro, an occupati pro-
48 priis negotiis, † ualetudinarii, inimici, & pro reipublicæ bono impediti, aut ſuſcepturi officium, arbitri eſſe poſſint? quòd nõ, eſt tex. in l. licèt autem. ff. de arbi. & uoluit Scaglionus hic. faciuntque aliqualiter notata per Thom. Grammati. in deciſio. Neapol. xxxiij. magnifica Lucretia. nu. v.

¶ Septimò quæro, an iudex ordi-
49 narius † eſſe poſſit arbiter? dicendũ eſt quòd non. tex. eſt in l. ſed & ſi. in fin. ff. de arbit. ubi idem tenuerunt Bartol. Bald. & alii. Specul. in titu. de arbit. §. poſt. uerſ. item iudex. Hoſtienſ. in ſumma. de arbit. §. tertio. uerſ. tertio. Guli. de Cun. in d. l. ſed etſi. §. i. Manſuer. in practica. titu. de arbitris. nume. viii. & iſta eſt communis concluſio non ſolum à doctoribus, ſed etiam ab Ariſtotele approbata in ii. Politicorum. c. vi.

¶ Limita eam primò non procedere de iure canonũ, cuius diſpoſitione in ordinarium iudicem cõ
50 promiſſum fieri poteſt, † ut in c.

cum

cum tempore.c.per tuas. c.cum à
nobis.de arbit. & in c. cum olim.
eo.tit.in c.niſi eſſent.de præbend.
in c.cum cauſā. de elect. c.literas.
de præſumption.c.ueniens.de iu-
reiuran. uoluit Angel. in conſilio
ccxviii. uiſa narratione. col. ii. &
Franciſc. Marcus in deciſio. Del-
phinat.cccclxv.nu.ii.vol.i.
¶Secundò limitatur nō procede-
re in iudice ordinario ipſo cogen
te,uel iubente,quia ſi ipſe iuberet
non valeret compromiſſum in eū.
uidetur expreſſum in d. l.ſed & ſi.
§.ſiquis iudex. ff.de arbitr. & in §.
tria.ij.q.iij.
¶Tertiò limita non procedere in
iudice ordinario in quem compro
51 mitteretur cauſa, non ſpectās † ad
eius officium, uel iuriſdictionem,
quia iſto caſu bene fieri poſſet, ſe-
cundum vnam lecturam caſus eſt
in l.ſi quis ex conſenſu.C. de epiſ-
cop.aud.ubi hoc idem voluit Bal.
¶ Quartò limita non procedere
ubicunq; in iudicem ordinarium
fieret compromiſſum, tāquam in
arbitratorē,& in amicabilem com
52 poſitorem,†quia eo caſu tale com
promiſſum ab omnibus permitti-
tur.l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de ar
bitr.gl.notab.in l.ſed ſi in ſeruum.
§.ſi iudex.ff.eod.tit. ubi hoc volue
runt Barto. & alij poſt eum. nota-
tur in auth. ſi vero contigerit. C.
de iudic.uoluerunt Odoffre.Cyn.
& Bal.in d.l.ſiquis ex cōſenſu. ubi
iſtud etiam uoluit Salyc.& Specu.
in d.§.poſt.Hoſtien.in d.§.iij.Lan
franc.in tract.de arbit.§.hactenus.
col.ij. ubi dicit eſſe cōmunem opi
nionem. voluit etiam Angel.in d.
conſil. ccxviij.col.ij. voluit Guido
Papæ in deciſio.Gratianop.lxix.li-
cèt forte.& in deciſi.ccclxx.ſiquis.
in fi.uoluit Abb.Panor.in c.quin-
tauallis.num.xiiij. extra de iureiu.
Ioan. de Arno.proble.lvij.ad eius
regiæ.Franciſ.Mar.in deciſio.Del-
phi.cccclxv. nu.ij.vol.j.& Thomas
Grammat.in deciſion. Neapol.ix.
exorta lite.nume.j.
¶ Quintò limita nō procedere in
53 delegato, quia † arbiter eſſe pote-
rit.ut in c.niſi.de præbend. & c.ij.
eo.titu.c.cum olim.de arbi.c. lite-
ras.de pręſump.Panor.in d.c.cum
tempore.Specul.in d.§. poſt.
¶Sextò limita nō procedere, ubi-
cunque cauſa compromitteretur
54 in iudicem maleficiorum,quia†be
ne fieri poſſet,ut voluit Ang.in d.
conſil.ccxviij.col.j.
¶ Septimò & ultimò limita non
55 procedere in iudice a quo† appel-
latur: quia poterit eſſe arbiter, ut
uoluit Gul.de Cun.in d.§.ſi iudex.
¶ Ratio aūt quare in iudicem or
dinarium regulariter compromit
ti nequeat? cauſas quinque ponit
Lanfran.in d.§.hactenus. quarum
potiſſima mihi uidetur,arbiter co
gitur per iudicem pronunciare.
56 † l.iij. §. tametſi. ff. de arbit. & ſic
ordinarius iudex non poſſet ſeip-
ſum cogere.
¶Octauò quæro,ſi eſt factum cō_
promiſſum in iudicem ordinariū,

qui

qui potuiſſet cauſam diffinire, ſi
57 procedit, an videatur † procedere
ut ordinarius, vel ut compromiſſarius? dicendum eſt quòd dicetur ꝓcedere ut iudex ordinarius, quia poteſtas ordinaria eſt potentior, & generalior. ut tenuit alios allegans Fel. in rub. de offic. & poteſt. iud. dele. nu. j. & ij. & faciunt etiam notata per beatum Thomã. in ſecunda ſecundę. q. lxix. articu. iij.

¶ Nonò quæro, an cõpromiſſum fieri poſſit in cauſa propria, uel in
58 aduerſarium ut & is arbiter † eſſe poſſit? quod nõ, uoluit Martianus in l. pen. ff. de arbi. idem etiam nec iudex in cauſa propria. ut in l. qui iuriſdictioni. ff. de iuriſd. om. iud. in l. iulianus. ff. de iud. rationẽ aſſignat Martianus, quia non poſſet ſibi ipſi iubere, aut imperare, Specul. in titu. de arb. §. ii. Abb. Panor. in c. quintauallis. nume. vii. & x. de iureiurand. idem Panor. in conſil. cxvi. illud de iure quæritur. nu. iii. vol. ii. & Ioan. Milleus in praxi. criminum. in princip. nume. xxxiii. & Lanfranc. in ſæpius citato §. hactenus. q. iiij. vbi dicit illam rationem ſupra aſſignatam nõ ſibi placere, & aliam ipſe aſſignare conatur. ꝙ arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem iudiciorũ. l. i. ff. de arbit. l. rem nõ nouã. C. de iud. ſed nemo eſt iudex in cauſa propria. ut ĩ toto tit. ne quis in cauſa. ergo nec arbiter.

¶ Magnopere in hoc errat Lanfr. dum rationẽ ènim credit aſſignare, non aſſignat. quærimus enim quæ ſit ratio quòd nemo iudicat, nec arbitratur in cauſa propria, & ipſe reddit legẽ pro ratione, ideo reiecto eius dicto melior eſt Martiani iuriſconſulti ratio in d. l. penult. quàm ſua.

¶ Limitatur autem prędicta concluſio non procedere in arbitratore, qui poterit eſſe in cauſa pro-
59 pria, † & poterit fieri ĩ aduerſariũ. Panor. uoluit in d. c. quintauallis. nu. vii. & x. & Ang. in l. ſi cui. ff. de ſeruitut. Bald. in l. ſi libertus. ff. de oper. liber.

¶ Decimò quæro, quæ ætas requi
60 ritur † in arbitro? dicẽdum eſt breuiter, quòd legiſtæ tenẽt quòd ſufficit quòd arbiter ſit minor viginti annorum & maior decem & octo, ad hoc ut ſententia per eum lata ualeat. tex. eſt in l. quidam conſulebant. ff. de re iudic. ubi minor vigintiquinque annis & maior decem & octo, voluntariè electus iudex, põt iudicare, & hoc ibi tenet Accurſ. in l. cum lege. ff. de arbit. & in l. cum prætor. §. non autem. ff. de iudic.

61 ¶ Canoniſtę verò † tenent indiſtincte quòd arbiter debet eſſe maior viginti annorum. ut in c. cum vigeſimum. ubi glo. Innoc. Abb. Panormit. & Fel. extra de offic. & poteſt. iudic. deleg. Goffredus de Trano in ſumma. titu. de arbitr. col. ii. Hoſtien. in ſumma eiuſdem titu. §. quis poſſit. Spec. in tit. de arb. §. poteſt. uerſi. item minor. Alexã. in d. l. quidam cõſulebant. nu. i. cum

duob.ſeqq.ff.de re iudic. Ange.de Aretio in §.i.uerſi. an autem poſſit eſſe iudex.Inſtit. de fiduciar.tutel.uoluit etiam Ioann. Milleus in practi.crimina. in formula contumaciæ.nu.vii.fol.liiii.in paruis.

¶In caſu autem legis noſtræ cùm ſimus in arbitro iuris, & ſtatuta-
62 rio,qui æquiperantur † iudicibus deleg.& electis in locum iudicum ſuſpectorũ. iuxta l. apertiſſimi.C. de iudic.& in c.ſuſpicionis. de offi.deleg.& tenet etiam Bartol.in l. fin.C.de iudic.Bal.& Felin. in d.c. ſuſpicionis.in quorum locum eliguntur iudices etiam minores vi-
63 ginti† annis.ut in d.l.quidam con ſulebant. Eodem modo, & arbitri minores viginti annis,maiores autem decem & octo eligi poterũt, notat Bal. in d.c.cum vigeſimum. Marcus Anton.Blanc.in tracta.de compromiſſ.q.ii. num.xxii. maximè cùm æquiperatorũ eadem ſit
64 ratio, † arg.l.iii.§.proinde.ff.de in rem verſo. l. ſiquis ſeruo alieno ſuaſerit.C.de fur.l.i.§. lex falcid.ff. ad leg.falcid. & ita aliàs conſului, & in ridiculoſo,ac magno conflictu obtinui.

¶Vndecimò quęro,an poſſit monachus eſſe arbiter? dicendũ eſt q
65 nec ſimplex monachus,† non frater ordinis minorum, nec etiam frater ordinis prædicatorum pñt eſſe arbitri. ut voluit Specul.in titu.de arbit.§.poteſt.& §.fin.& ante eum glo.in l.Pædius.ff.eod.titu. Vincen.in c.pręſtitum.x.q.i.Hoſt. in ſumma titu.de arbi.§.quis poſſit.in fin.& Card. in clem.ũ.q.xix. & ſeq.de reſcript. Bald.in l.ſiquis ex conſenſu.C.de epiſcop. aud.eſt text.not.in c.monachi.xvi. q.i. & uoluit Pau.de Leazar.in clem.& ſi principalis.de reſcript. uoluit Archidiaco. in c.tria.iii.q.vij. & in c. præſentium.xvi.q.i.Guli.de Monte Lauduno. ante Ioan. de Imo.in cle.religioſus.de procu.idem Imo. in d.clemẽ.& ſi principalis. de reſcript.Bar.in l.non diſtinguemus. §.ſacerdotio.& ĩ l.pædius.§.in ſeruum.ff.de arb.Panorm.in c.quintauallis.nu.xiii.de iureiuran. & in c.cum ad monaſteriũ.de ſtat. monacho.notat Manſuer.in ſua praxi.titu.de arbit.nu.v. Lanfranc. in tract.arbit.§. hactenus.q.ii. Blanc. in tract.de compromiſſ.q.ii.num. iiii. uoluit Frãciſcus Marcus in deciſio.Delphi.cccccxxviii. quæritur an poſſit.per tutum. uol.i.

¶Ad quod facit, quia monachus
66 prohibetur etiã eſſe executor† vltimarum uolũtatum, quia nemo Deo militans ſecularibus negotiis eſt implicandus.cap.i.extra.ne clerici uel monach. & uoluit Ludo. Rom.in conſil. ccccix.quoad primum propoſitæ.nu.vi.Ioan. Iaco. de Canib.in trac.de executio. ulti. uol.parte i.num. xxix.cum plurib. ſeqq.& iterum num.xxxvii.& ſeq. Ioan.Oldendorpius in tract. eiuſdẽ tituli.titu.iiii.nu.i.& quòd nec
67 arbiter, † nec executor poſſit eſſe, uidentur uerba Alexand.in conſi.

xvii.col.pen.uol.ii.Sebaſtian. Vantius in tract. nullit.titu.de nullita. ex defect. iuriſd.ord. nu.xcv.& faciunt notata per eundem in titul. de nullit.ex defec.iuriſd.deleg.nu. lxxvj. ¶ Nec etiam poteſt mona-
68 chus eſſe procurator, † ut in d.clemen.religioſus.de procur.

¶Primò limita non procedere, ubicunq; interueniret licentia Ab-
69 batis, uel ſuperioris, quia† eo caſu bene poſſet eſſe arbiter. ut in c.ii. extra de poſtuland.& in d.c.monachi.xvi.q.i.& voluit Hoſti.in ſumma titu.de arbi.§.ii.in fi. Panorm. in d.c.quintauallis.nu.xiii.de iure iuran.Card.in clem.ii.q.xix.de reſcript.& communiter hi, quos ſupra citauimus.

¶Secundò limita ubi tractatur de
70 utilit.monaſterii, † uoluerunt Hoſtieſ.& Abb.Panor. ubi ſup.faciũt notata per Ioan.Iacob.de Canibus in tract.de execut.ulti.uol.parte j. nu.xxix.ubi bene.& iterum.numero xxxj.

¶Tertiò & vltimò limita nõ pro
71 cedere in arbitratore,† ex quo ſupradicti bene poſſunt eſſe arbitratores, quia bonum pietatis exercent reducendo per arbitramentum partes ad concordantiam. vt in c.iniuſtum.xj.q. iij.& voluerũt Abb.Panor.& apoſtill. ad eum in d. c.quintauallis.nu.xiij.ubi an re
72 quiratur,†uel ſufficiat ſola Abbatis, uel ſuperioris licentia, & plenè per Lanfranc.in tract.de arbit. §.hactenus.vbi videas ꝓ ueritate.

¶Duodecimò quæro, an excommunicatus poſſit eſſe arbiter, ꝙ
73 nòn, ſicut†nec etiam iudex, tenuit Specul.in titu. de arbit. §.differt. in uerſ.item ſecundum.argu.c.ad probandum.de re iudi. ubi refert ita de ordine, & mandato Papæ fuiſſe ſeruatum. Voluit etiam archidiac.in c.iudicibus.ij. q. vj. tenuit glo.in l.Pædius.ff.de arbi. Lãfran. Vbi ſupra.faciunt notata per Ludouic. Rom. in ſingu. 675. an excommunicatus.Bald.in l.j.C.de ſentent.Anton.de Butr.in c. intelleximus.de iudic.Barto.in d.l.Pædius. Sebaſtian. Vant. in tract. de nullit.titu.de null. ſent. ex defect. iuriſd.deleg.nu.lxj.& ſeq.

¶Ratio autem, quare arbiter excommunicatus eſſe nõ poſſit, redditur per Ioan. Andr. in addit. ad Specul.ubi ſupra, quòd quemadmodum iudex eſſe non poteſt excommunicatus.in d.c. ad probandum. & c. cum excommunicato. xj.q.iij.ita nec arbiter.

¶Alia redditur, quòd excommunicatus eſt habendus pro hæretico.§. quia enim.Auth. de priuil. do.mulier.hæret.

¶Alia ratio eſt, quia ſicuti ſeruus arbiter non eſt, ut latè dicam in hac eadem gloſſ.q.xvij.nu.xcij. cũ pluribus ſeqq.ita etiam nec excõmunicatus, cùm ſit ſeruus peccati, ut l.ij.C.de ſent.paſſ.§. quia ergo.ij.q.vij.

¶Alia redditur ratio, ꝙ excõmunicatus perdit communionẽ om-

nium

nium fidelium.ut in cap.ij. de ex-
cepti.& in cap.plene.de ſententia
excommun. ergo quomodo pote-
rit eſse arbiter, & cum fidelibus
practicare.

¶Limita tamen omnia ſupradi-
cta procedere dum tamen ſit no-
74 toriè excommunicatus, † uoluit
Abb.Panorm.in d.c.quintauallis.
nu.xxvij.de iureiurand.quæ uide-
tur etiam fuiſſe originalis opinio
Vincentii doctoris antiqui, relati
per Ioan.Andr.in addit. Specu.in
titu.de arbitr.§.differt. uerſ. item
ſecũdum.in addi.incip. Item ſi ar-
biter.& Panor.in d. c. quintaual-
lis.pouit quando quis dicatur no
75 toriè†excommunicatus,& poſuit
etiam Abb.& Felin.in d.c.pruden
tia.§.ſexta.de offic.deleg.Ioan.An
dr.in c.pia.de except.in vj. Petrus
de Anchar.in conſi.clxxxix. tribus
de cauſis.col.ij.ſequitur etiam Fe
lin.in c.rodulphus. colu. v. de re-
ſcript.& in c.ad probandum. col.
iij.de re iud. & in c. fin. in fin.ex-
tra de exceptio.& uoluit Hierony
mus Gigas.in tractatu de penſio-
nib.eccleſiaſt.q.xiiij.nu.v.

¶Secundò limita non procedere
76 in arbitratore, †ex quo excommu
nicatus poteſt eſſe arbitrator. Bar-
to.in l.ſiquis arbitratu. ff. de ver-
bo.oblig.& in l.ex facto. §. ſiquis.
rogatus.ff.ad trebell.& in l.cũ pa-
ter.§.hæreditatem. ff.deleg.ij. Se-
quitur Orian. in dicto §. hacte-
nus.q.vj.

¶Ego tamen, ut uerum fatear, nõ
amplecterer eorum opinionem,
quia quid eſſet hoc ut poſſet arbi-
trator eſſe, arbiter autem non, &
commertium ita militat in uno
caſu ſicut in alio, ut videatur meo
quidem iudicio etiam arbitrato-
rem eſſe non poſſe, fretus etiam
quia bonum habeo ducem Archi
diac.in c.iudicibus.ij. q. vj. ponit
quòd ſicuti arbitramentum non
cadit in ſeruum.l.illa uerba. ff. de
verbo.ſignific. eodem etiã modo
nec cadit in excommunicatum,
quia ſeruus eſt peccati, ut ſupra
pluries dictum eſt. ſequitur eum
Ioan.Andr.in regu. dolo facit. de
reg.iur.in mercur.in vj.rationem
addit, quia ius eligendi non põt
in excommunicatũ compromitti.
Compoſtell. & Ioannes Andr. in
c.in cauſis.de elect.& ita tenerem
ſaluo iudicio meliori cui me ſub-
mitto.

¶Tertiò limita non procedere de
77 conſuetudine, qua ſeruatur †con-
trarium ut in excommunicatum
compromittatur. voluit Manſuer.
in ſua praxi.titul.de arb. num.xv.
quia creditur doctori conſuetudi
nem alleganti, Ioan.And.in c.j.de
conſt.lib.vj.Alberic. & Bald. in l.
de quibus.ff.de legib. Rapha.Co-
menſ.in conſi.lvij. monaſterium.
in fin. Hoc tamen ego non uidi
obſeruari.

¶Quartò & ultimò limita non
procedere, ubi quis compromit-
teret in aliquem, quem fortaſſis
neſciret eſſe excommunicatum:

quia eo caſu iuſto errore excuſare
tur, & compromiſſum eſſet uali-
dum. ut uidetur opinio Iacobi de
Rauenna relata per Bald. in d. c.
ad probandum.de re iudicata.

¶Decimotertiò quæro, diximus
ſupra quòd monachus nõ poteſt
eſſe arbiter, nunquid autem mo-
78 nachus factus†epiſcopus poſſit eſ
ſe arbiter? dicendum eſt eũ poſſe
arbitrum eſſe, quia non tantum
attenditur monachatio, quantum
epiſcopalis dignitas. Voluit Guil.
de Cun.in l.epiſcopale. C. de epi-
ſcopal.aud.Cyn.in l. ſiquis ex con
ſenſu.C.eo.tit.Anton.de Butr. in
c. quintauallis. de iureiur. uoluit
Lanfranc.in tract.de arbi.§.hacte-
nus.q.ij. faciũt notata per Thom.
Grammat.in deciſione Neapo.ix.
exorta lite.nu.ij.

¶Et hoc cauſari aſſolet à ſtatus
mutatione, ut cùm quid ante ſta-
tus mutationem factum fuerit,de
eo non iudicetur ſecundùm pri-
mum, ſed ſecundùm ultimum ſta
tum: inde illud quòd paganus, vt
paganus ſi deliquerit, & demum
miles effectus accuſatur, non po-
terit cõtra eum agi coram primo
iudice, ſed coram ſecundo mili-
79 tis,†ut in l. qui cum uno. §. reus.
ff.de re militar.& in l.hoc accuſa-
re.in princip. & §.j. ff.de accuſat.
& de his ſimilibus habentur mul-
ta per Hippolyt.in rep.rubr. ff.de
fideiuſſ. nu. cxiij. & iſta opinio,ꝙ
epiſcopus poſſit arbiter eſſe, pro-
batur in dicta l. ſi quis ex conſen-
ſu.ex quo iſte habet iuriſdictionẽ
de iure, uel de conſuetudine. &
habetur in c.cum tempore. de ar-
bi.& in c. præſentata.eo. tit. & ſi-
militer poterit eſſe arbitrator. ut
in auth.ſi uerò contigerit. C.de iu
dic.quem text.de arbitratore non
de arbitro loqui dixit ibi Accur.
in uerſ.compoſitionẽ. & ſequun-
tur ibi Bart.& Bald.Paul. de Caſt.
& Iaſ.

¶Decimoquartò quæro, an præ-
latus in iuribus eccleſiæ ſuę poſſit
80 eſſe arbiter,† quòd ſic tenuit Ioã.
Andr. in c.cùm olim. & poſt eum
Panor. nu. iij. extra de præſcript.
Specu.in titu.de arb.§.ſequit. Flo
rianus de ſancto Petro in rep. l. ſi
ſocietatem. §.arbitrorũ. in princ.
ff.pro ſoci.Hoſtienſ. & Anton.de
Butr.in c.cum inter.de re iud. An
ton.Franciſc. in apoſtill. ad Abb.
in d.c.cum olim.ad quos te remit
to breuitatis gratia.

¶Nec iſto caſu dicetur arbiter in
cauſa propria, quia reſpectu utili
tatis,quam percipit ex beneficio,
comparatur uſufructuario. ut in
c.ſiquis epiſcopus.x. q. iij. glo. in
c.præſenti.de offic.ord.in vi. ius.
enim prælati ĩ bonis eccleſiæ mor
te finitur, ſicut in uſufructuario,
ut in c. ſiquis ſane. de pecul. cle-
ric.& in c.fin.de pignorib.Vel di-
camus melius,quòd cõparat' vſua
rio. notat glo.in d.c.fi.de pignor.
in c.quando uos.de teſtam.in qui
bus habetur,quòd de bonis eccle
ſiæ debet prælatus eſſe contentus

nictu,& ueſtitu.& not.in c.res ec
cleſiæ.ubi glo.xij.q.j. & ibidem in
c.qui poſt.Et inde clericus expen-
dens ultra debitum de bonis eccle
ſiæ tenetur ad reſtitutionem . uo-
luit Archidia. poſt Ioan. de Lign.
in clem.gratiæ.de reſcript.& om-
nia debent conſeruari eccleſiæ,
quicquid de eius agris, fructibus,
ſiue oblationibus prouenerit . c.
epiſcopi xij. q.ij. & uoluit notab.
Marian. Socin. in conſi. xxxij. ex
his quæ ſuperius.col.ii.uerſ.Circa
ſecundam. vol.j. & quòd non vi-
deãtur,nec ſua ſint bona,apparet
ex eo quòd prælatus æquiperatur
tutori,curatori, & ſimilibus. glo.
in c.qualiter,& quando. in fin.de
accuſ.Maria.Socin. in clemẽ.j. de
proc.& in cõſi. xv.viſis prædictis.
col.v. uerſ. hæc autem concluſio.
& in conſi.xxxij. ex his. col. iii. ex
quibus patet quod dixi .

¶Decimoquintò quæro, an epiſ-
copus ſit arbiter in cauſa eccleſiæ?
dicendum eſſe quòd poteſt eſſe ar
81 biter,& arbitrator, † voluit Spec.
in titu.de arbit.§.ſequitur. uerſic.
ſed nunquid Abb.uoluit Ioan.An
dre.in c.inſuper.de teſtib.Anto.de
Butrio.& Abb.Panor. in d.c.cum
olim.de præſcript.& uoluit etiam
Ioan.de Firmo.in tract.de epiſco.
parte v.libri.iiij.col.v.uerſic.nonò
quæro.ex quo epiſcopi in cauſa ec
82 cleſię† ſuę poſſunt eſſe iudices,uo
luerunt Barto. & Bald. in l.j.C.ne
quis in ſua cauſa.idem Barto.in l.
eſt receptum.ff.de iuriſd.om.iudi.
Panor.& alii in d.c.cum olim.Spe
cul.in tit.de delega.§.ſupereſt.uer
ſicu.quid ſi prælatus alicuius eccle
ſiæ.Hoſtienſ.in ſumma de ſenten.
& re iud.§.quis debet. uerſicu. ſed
nunquid poteſt epiſcopus.Ioã.An
dre.in c.uenerabili.de cenſi. dum
enim cognoſcit de cauſa eccleſiæ,
non dicitur de propria cauſa co-
83 gnoſcere epiſcopus,ut uoluit†In-
noc.in c.irrefragabili.de offic.ord.
nec eo caſu deſiet,aut finietur cõ-
promiſſum factum in epiſcopum,
84 ſi fieret† archiepiſcopus,tenuit Io
an.Andr.in addi.Specu.in titu.de
leg.§.reſtat.nec mirum quia quan
doque .epiſcopus eſt executor te-
85 ſtamentarius, † ut voluit Ioan. Ia-
cob.de Canib.in tractat.toties alle
gato.de executo.ultimar.uolunta.
parte j. nume.xlii.

¶Decimoſextò quæro, ſi eſt factũ
cõpromiſſum in minorem, in cu-
ius perſona ante prolationem lau
di,uel ſententiæ ſuperuenerit ma-
86 ior ætas,† an ualeat?quòd non, te-
nuit Specul.in titu. de arbit.§.poſ
ſunt. uerſicul.quid ſi pendente.ex
quo cùm a principio nõ ualuerit
87 non poterit tractu † temporis re-
conualidari.argu.l.quod in initio.
ff.de regul.iur.cum ſimil.ad quod
facit ꝙ impetratio iudicis excom-
88 municati à principio eſt † nulla ,
cùm ſit infamis, ut ĩ c.infames.vj.
q.j.habetur in c.ad probãdum. de
re iud.uoluit Sebaſtia. Vant.in tra
cta.de nullit.titu.de nullit.ex defe-
ctu iuriſdict.deleg. nu.lxj. quia ta-

lis

89 lis electio non confirmabitur; † licèt poſtmodum ab excommunicatione fuerit abſolutus. ut eſt glo. in c. dilectus. il ij. de præbend. & in c. ſtatutum. in princip. & glo. in uerſicul. canonicus. in fi. de reſcrip. in vj. & act*, qui à principio fuit nullus, quia perſona nõ erat legitima, non confirmabitur, licèt perſona
90 poſtmodũ fuerit legitimata, † uoluit Alexã. in conſi. clxxj. uiſo proceſſu cauſæ. col. pen. uerſic. nec obſtat quòd Ioannes. uol. ii. faciũt notata per Barthol. Socin. in conſil. clix. in præſenti conſultatione. col. pen. uerſicu. & ex præmiſſis omnibus. vol. ii. & in hoc eſt tex. notabilis à nemine pro iſto effectu perpẽſus. in l. ſed & ſi in ſeruum. in principio. ff. de arbitris. ex quo vnà cum his quæ ibi voluit Barto. no-
91 tatur, quòd conditio † arbitri inſpicitur tempore compromiſi.

¶ Decimoſeptimò quæro, an ſeru*
92 arbiter fieri poſſit, † ita ut in eum rectum fieri ualeat cõpromiſſum? aperte dicẽdum eſt quòd non, tex. eſt in l. pædius. §. in ſeruum. ff. de arbit. per quem ita uoluit Accurſ. in l. in omnibus officijs. ff. de reg. iur. idem Accurſ. in l. illa uerba arbitratu tuo. per illum tex. ff. de uerbor. ſignifica. uoluit Philipp. Deci. in d. l. in omnibus officijs. nu. iij.

93 ¶ Sicuti nec poſſunt † eſſe iudices, ut in l. cùm prætor. ff. de iudi. & in l. ſeruus. C. eod. tit. quia quoad ius ciuile attinet pro nihilo reputan-
94 tur † l. quod attinet. ff. de reg. iu. & in c. ij. iij. q. vij. & Vant. in nullit. ex defect. iuriſd. deleg. nu. lxxiij.

¶ Limitant primò non procedere in arbitramẽto, poſſunt enim ſer-
95 ui eſſe arbitratores. † gl. in d. l. illa uerba. ff. de uerbo. ſignific. Bart. in l. licèt. §. ſeruus. ff. de pecul. Philip. Decius. in d. l. in omnibus officijs. numero vii.

¶ Secundò limitant non procedere, quando talis ſeruus communi
96 æſtimatione creditus fuiſſet † liber, omnia enim ſuſtinebuntur. arg. l. Barbarius. ff. de offi. prætor. ubi bene per Bald. uoluit Felin. in c. dilecta. col. ii. in c. ſciſcitaris. col. iiii. de reſcrip. Vant. ubi ſupra. nu. lxxiiij. Deci. in d. l. in omnibus. in fin.

¶ Quid autem dicendum de libertino, ſtatu libero, aſcriptitio, vel cenſito? plenè Ioan. Bapti. Perus in tract. de arbi. lib. iiij. c. j.

¶ Decimooctauò quæro, an fra-
97 ter mendicantium † arbiter creari poſſit? quòd non, voluit Bald. in l. cùm acutiſſimi. col. fi. C. de fideicommiſſ. apertè Angel. in conſil. cclxxii. primus punctus. col. ulti. quibus adde notata per Sebaſtiãn. de Arimino. in tit. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. num. lxxviii. & faciunt quæ dixi ſupra eadem glo. q. xj. nu. lxv. cum pluribus ſeqq. ubi uidendum eſt.

¶ Decimononò quærò, an laicus
98 poſſit † eſſe arbiter in cauſa eccleſiæ, uel alia quauis ſpiritualitatem tangente? latius dixi in eodem §. glo. i. q. vii. cum pluribus ſeqq. de

his omnibus quæ ad hanc quæſtionem pertinent uerba feci, & inter alias quæſtiones ẽ illa, an de cauſa ſpirituali poſſit cōpromiſſum fieri in laicum, quid etiam de matrimoniali, de uſuraria, decimarũ, & alijs ſimilibus, quę omnia ibi ſunt uidenda, ne ſemel dicta, ſupra ſtomachum denuo repetamus.

¶ Vigeſimò quæro, an fideiuſſor
99 poſſit eſſe arbiter ĩ cauſa mota † ſuper cōtractu in quo fideiuſſit? hæc quæſtio ponitur per Lanfranc. in tract. arbitrorum. §. hactenus. in fi. vbi concludit faciendo tres caſus. Primò quòd ſi quæſtio ẽ inter creditorem, & debitorem, & eo caſu poterit inter ipſos fideiuſſor arbiter eſſe. Secundò caſu ſi quæſtio eſſet inter creditorem, & fideiuſſo-
100 rem, & eo caſu non valebit † compromiſſum, quia eſſet arbiter in cauſa ſua, contra l. pen. ff. de arbit. Tertiò & ultimò caſu poterit eſſe arbitrator, ut ipſe dicit, quem videas.

¶ Vigeſimoprimò quæro, an bannitus poſſit arbiter eſſe, quòd nõ,
101 tenuit † Specul. in titu. de arbit. §. differtur. uerſic. quid de bannito. ubi ipſe adducit limitationes. Voluit etiam Ioann. Andr. ibidem in addit. & per Lanfran. in d. §. hactenus. q. vii. Ang. in diſputatio. Duo inuicem litigantes. Vantius ubi ſupra. nu. lxv. tenuit Alexan. in l. ex facto. §. ex facto. & §. ſiquis rogatus. el ij. ff. ad ſenatuſconſu. trebel. Barto. in l. ſi quis arbitratu. ubi Vdalrichus. Zaſ. in fin. ff. de verbo. obli. faciunt notata per Alexan. in conſi. lxxv, viſis & diligenter. per totum. uol. i. & Franciſc. de Curte. in apoſtill. ad Alexand. in d. §. ſiquis roga
102 tus. & tales banniti † prohibentur etiam eſſe executores ultimarum uoluntatum, ut in tract. eius tituli uoluit Ioan. Iacob. de Canibus. parte i. nume. xlviij.

¶ Limitatur autem iſtud in arbitramento non uendicare locum,
103 quia bannitus arbitrator † fieri poterit. ut in l. cum pater. §. exheredatus. il ij. vbi Dynus. ff. de lega. ii. Barto. in d. l. pædius. in princip. in d. l. ſiquis arbitratu. ubi Zaſ. in fin. uoluit Bald. in l. id quod pauperibus. C. de epiſcop. & cleric. & ferè omnes ſupracitati.

¶ Vigeſimoſecundò quæro, an in non capacem, cum capace fieri va
104 leat † compromiſſum, ut in eis ſimul iunctis fieri poſſit arbitrium? dixi plenè ſupra. §. eo. l. glo. i. q. vii. limitatio. j. nu. lxxviii. vide tamen l. pædius. §. in ſeruum. ff. de arbitr. ubi non coguntur ſententiam dicere, nec valebit niſi compromiſſum fuerit factum in ſolidum. ut ibidem Barto. docuit.

¶ Vigeſimotertiò quæro, an iudei inter Chriſtianos arbitri eſſe poſ-
105 ſint? ego tenerẽ † quòd inter chriſtianos hoc fieri nequeat? per ea quæ ponit Sebaſtian. Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. nu. xlviii. cum pluribus ſeqq.

¶ Inter ipſos autem iudeos arbi-

tros

troſ fieri poſſe non ambigimus,
106 † tex.eſt clarus.in l.iudæi.la j.C. de iudæ. & cælic.uoluit Guliel.de Lu do.in ſingu.xii. imò iudices etiam
107 in ipſorum cauſis† eſſe poterunt. Ioann.de Anan. & Felin.in c.cùm ſit.de iudæ.¶Et pro noſtra prima opinione videtur text. in l. ſi qua. C.de iudæ. & uidendus eſt ad materiam Lud. Ro.ſing. cccccclxxix. nunc ueniamus.

¶Vigeſimoquartò quæro,an uſu-
108 rarius † arbiter eligatur? in argumentum faciũt notata in l. improbum fœnus. ubi glo. & Bald. C.de his qui not. infa. uoluit idem Bal. in l.fratres.C. de inofficio. teſtam. Abb.Panormi.in c. inter dilectos. not.iij.extra de exceſſ.præla.faciũt quæ habentur in c.porrò.iij.q.vii.

¶Vigeſimoquintò quæro, an no-
109 uitius poſſit eſſe† arbiter?dicendũ eſt breuirer quòd non, ex quo nec
110 etiam procurator eſſe poterit † ut in c.ij.ubi glo.Pau.de Leazar. Domin.& Philipp.Franc.de procura. lib.vj.& ĩ hoc expreſſum eſt,quòd nec arbiter eſſe poterit, idque tenuit Pau. Leazar.in diſputatio.incip. quęſtio de re actori adindicata.ſequuntur Domi.Geminianenſis.in c.beneficium. in fin.ubi etiã Philipp.Franc.col.iij.uerſic. & an ipſe.de regu.iur.in vj.uoluit meus Andr.Tiraquel.in trac.retrac.con ſanguin.§.i.glo.viij.nume.xxiiij.& huc pertinet.

¶Antonius autem Franciſ.de doctoribus.in apoſtill.ad Panorm.in c.quintauallis.nu.xiij.de iureiurã. diſtinguebat an loquamur ante eius profeſſionem,vel poſt, ut primo caſu arbiter eſſe poſſit,ex quo non eſt monachus,ut in c.religioſo.de ſentent. excommu. in vj. & Card. in clem.j. de priuileg. unde cùm in iſto primo caſu ſit in ſua libertate,poterit eſſe&arbiter,& arbitrator: ſecundo uero caſu ut ipſe dicit, nullo modo,& ita reſidet.

¶Ego autem non magni facio i-
111 ſtud,quinimo † indiſtinctè tenerẽ arbitrum eſſe non poſſe,ex quo ſi diſputamus de nouitio nulla eſt facienda diſtinctio ante, uel poſt profeſſionem, eſt enim ſuperflua. quia nouitius dicitur ille,qui nullam fecit profeſſionem, poſt autẽ profeſſionem impletam, dicitur verus monachus, & in eo procecedunt, quæ diximus hac eadem glo. q.xj.

¶Cæterum, quod plus eſt, noui-
112 tius dicitur proprie † religioſus. ut in c.nullus.de elect.in vj.uoluit Card.in clem.i.eod.titu.& iterum in clem.ij.q.xiij.de priuileg.ubi dicit quòd gaudebit etiam nouitius
113 priuilegio Canon.†ſiquis ſuadente. xvij.q.iiij. & unde aliud caueſ, niſi quòd religioſus eſt uer⁹ quòd ſi nouitius moreretur intra profeſſionis annum, omnia bona nõ conſanguineis,ſed monaſterio ac-
114 quiruntur, † ut magna authoritate uoluerunt Iacob. de Rauenna, Petr.de Bellap.& Rayne.de Forli. in auth.ingreſſi.C.de ſacroſ.eccle

& ibidem Cyn. & uoluit ſimiliter Barto.in auth.ſi qua mulier. in fi. C.eo.tit.Petr.de Anchar.in c.cum cauſam.de electi. & in conſil.lxix. circa donationē.col.iij.in c.ij.not. v.de teſta.Ant.de Butr.in c.in præſentia.col.xiii.ubi etiam Andr. Sicul.& Philipp. Deci.extra de proba.Ioann.Lopes. in repet.rubr.de dona.inter vir.& vxo.§.xxxvij.nume.vii.D.Andr. Tiraquel.in d.tracta.§.j.glo.viij.nu.xxii.tu tamen interim perpende,& cogita, quid tibi videatur.

¶Vigeſimò ſextò quæro,an com-
115 promiſſum fiat in † perſonam incertam? dicendum eſt quòd non, ut in c.innotuit.extra de arbitr. & bene voluit Abb Panor.in d.c.innotuit.& uoluit etiā Franc.Marc. in deciſio.Delphin.cccclxiij.quæritur an valeat compromiſſum. nu. j.uol.i.allegat l.ſi merces.ff.loca.& notata ī d.c.innotuit.quos videas.

¶Vigeſimoſeptimò quæro,an mi-
116 niſtri†uel priores mendicantium, & hi qui appellari ſolent guardiani,poſſint eſſe arbitri. Ad materiā ponuntur aliqua per Guid.Pap.in deciſio.Gratiano.cccclxiii.an monachus.& per Sebaſtian. Vantium in tracta.nullit.titu.de nulli.ex defec.iuriſd.deleg.nu.lxxx.& faciunt dicta per me ſupra eadem gl. q.xj.

¶Vigeſimooctauò quæro de pulchra quæſtione uidelicet ſi fieret compromiſſum ſub nomine dignitatis, puta in epiſcopum,archiepiſcopum, Capitaneū, Abbatem,uel ſimiles, an eo caſu mortuo primo arbitro tranſeat in ſucceſſotem in dignitate,uel officio?videtur dicēdum quòd ſic,text.eſt in c.quoniā abbas.extra de offi. & poteſt.iudi. deleg. ubi ſi delegatio facta eſt alicui ſub nomine dignitatis, tranſit
117 † ad ſucceſſorem in dignitate, ſed compromiſſum factum eſt in poſitum in dignitate, ſub nomine dignitatis, ergo &c.

¶Secundò executio teſtamēti trā-
118 ſit.† in ſucceſſorem in dignitate. glo.in c.fi.de teſta.in vj.ubi conſideratur confidentia, ergo idem etiam erit in arbitro.

¶Tertiò & vltimò vbicunque aliqd alicui iniungit̃ adiectis uerbis ut faciat perſonaliter, non poteſt
119 per alium † expediri, ergo ſecus vbi nō dicitur perſonaliter, quia potuit per ſucceſſorem fieri,notatur in c.fin.de offic.deleg.

¶Quibus non obſtantibus contrarium uerius eſſe puto, ꝙ imò
120 compromiſſum † non tranſeat in ſucceſſorem,& primò non obſtat primum argumentum, ꝙ iuriſdictio ubi cōmittitur dignitati tranſit in ſucceſſorem,quia arbiter ueram iuriſdictionem non habet, ergo arbitrium ad ſucceſſorem non tranſibit.Ad ſecundum negatur, quòd ſit tanta confidentia in executore, quanta in arbitro. ſecūdò
121 ille teſtamentarius executor† tenetur reddere rationem.ut in clem. j.de teſta. l. Thais ancilla. ff. de fideicom.libert.& uoluit Ioan. Ol-

den-

dendorp.in tract.ultim. uol.titul. viij. per totũ.ergo æquiperari non poteſt arbitro, qui alicui reddendæ rationi non ſubeſt. Ad tertiũ, non obſtat illud, ex quo ubi eſſet electa induſtria perſonæ, ſi non eſſet dictum perſonaliter, alius cognoſcere non poſſet, quod eſſet penitus falſum, ergo oppoſita pro parte contraria nullo modo habent obſtare.

¶Itaque remanet firma concluſio, quòd compromiſſum in aliquem ſub nomine dignitatis factum non tranſibit in ſucceſſorẽ
122 in dignitate,† & iſtam opinionem expreſsè tenuit Barto.in l.qui liberis.§.hæc uerba. ff. de uulg.& pupill.Vbi dicit quòd compromiſsũ factum in Abbatem ſub nomine dignitatis non tranſit in ſucceſſorem.allegat Innoc.in c.fin.de offici.deleg.Ratio huius dicti uidetur eſſe, quòd partes uidentur in eo magnam habuiſſe confidentiam, & non eſt ueriſimile quòd eandẽ confidẽtiam habeant in ſucceſſorem, eſſet enim hoc compromittere in perſonam incertam tẽpore compromiſſi, quo caſu non ualeret.arg.c.innotuit.de arb. & eorum quæ ſupra dixi hac eadẽ glo. q.xxvj.

¶Inſuper allegant docto.ꝙ com-
123 miſſio executionis† non tranſit in ſucceſſorem.glo.in c.ij.de teſtam. lib.vj. & iſtam opinionem tenuit etiam Bald.in c.j.colu.v. verſ. ſed pone duo domini magni. de innoſtitur.in marit.fact.vbi dicit quòd
124 ſi eſt factum compromiſſum † in Regem Francorum, ꝙ eo mortuo non tranſibit in ſucceſſorem. allegat Bart.in d.§.hæc uerba. ubi dicit Bald. quòd eo caſu tale cõpromiſſum uidetur factum quòd rex poſſit arbitrari de facto, & ſola veritate inſpecta, ut faceret quod decet tantam coronam, nec dicit ipſe obſtabit finalis ratio cõpromiſſi, ſed conſiderabitur tantùm, ꝙ in explorata eius induſtria, fide, grauitateq; fuit compromiſſum, ac pro eius ſapiẽtia ob lucem ſuæ dignitatis.ut in l. j. §. his cunabulis.ff.de offic.præfe.prætor.ideoq; eius commiſſio morte expirat. l.ſi Auguſtæ. ff.de leg.ij. imò ſi aliqui
125 compromiſſerint in Papam, † cõpromiſſum non tranſibit ad ſucceſſorem.Voluit Petr.de Anch.in c.ſi gratioſè. de reſcript. in vj. & multa notat Abb.Panor. in d.c.fi. de offic.deleg. & iſtam ſupra recitatam opinionem tenuit Bald. in l.fin.oppoſit.xxv. C. de hæred. inſti.& in auth.ſi tamen. C. de tempor.appellatio.& in l.fin. §.ſed & ſiquis.in princip. C. commun. de leg.Paul.de Caſtr. & Imol.in d. §. hæc uerba.Imol.& Felin.in c.præſentata.de teſtib.idem Felyn. in c. quoniam Abbas.col.j.de offic.deleg.ubi dicit hanc opinionem eſſe tenendam in iudicando, & in cõſulẽdo. uoluit etiã Orian.in tract. arbitrorum.parte ult.q. antepen. incip. ſolet etiam dubitari. & uo-

luit Philipp.Franc.in c.religiones.
§.ſane.col.iiij.in princ.de teſtam.
in vj. & Galliarũ anagnoſtes gra-
uiſſimus D.Tiraquell. in tract. de
pœnis.cauſ.xxij. num.xxv.& apud
eoſdem uideas nonnullas limita-
tiones.

¶ Vigeſimononò quæro, quis eli-
126 get arbitrum, ſi † partes diſcordãt
in eius electionem? dicẽdum eſt,
quòd eliget iudex.Barto.in l.in uẽ
ditione. §. fin.ff.de bon. auct.iud.
poſſid.l.j.§.ex hoc reſcripto. ff.de
ventr.inſpici.Alexand.in l.de die.
in princip. ff. qui ſatiſd. cog. Ro-
bert.Marant.in Specu.Aureo.par
te vii.actu ij. nu.xij. apud quos re
currendum eſt.

¶ Trigeſimò quæro, ſi duo ſunt
facti arbitri, & in eos factum eſt
compromiſſum, ſi unus moritur,
127 an ſolus alter qui remanſit † poſſit
procedere? ꝙ procedere nequeat,
uoluit Abb.Panor. in c.uno dele-
gatorum. per totum. de offic. de-
leg. Lanfranc. ubi ſupra q. iij. vbi
dicit idem procedere etiam in ar-
128 bitratore, † niſi aliter per partes di
ctum fuerit. tex.in l.item ſi vnus.
ff.de arbit. Panorm. in c. Raynal-
dus.nu.iij. uerſ. ſecundò nota.ex-
tra de teſtamen.

¶ Trigeſimoprimò quæro, iã cla-
rum eſt, ꝙ cõiuncti per legem no-
ſtram coguntur cõpromiſſum fa-
cere, ecce ſunt duo coniuncti litẽ
habẽtes inter ſe, & antequàm in-
choaretur, unus ipſorum morte
præuentus extraneum hæredem
inſtituit, mandans ut cum aduer-
129 ſario † compromittat, an ad peti-
tionem uiui hæres iſte cõpromit-
tere, & arbitros eligere cogatur?
Ponitur iſta quæſtio per Barthol.
Socin.in conſi.xvii.viſa,& diligen
ter.in principio.vol.j.quod eſt du
plicatũ.in conſi.ccxxj. viſa.vol.ij.

¶ Trigeſimoſecũdò quæro, ſi mo-
ritur unus de compromittẽtibus,
an compromiſſum à compromit-
tente mortuo factum tranſeat ad
eius hæredes? Videtur ore aperto
dicendum ad hæredes tranſire, ex
quo omnis obligatio à defuncto
130 † inhita, etiam ſi de ea in inſtrumẽ
to mentio non fiat, ad hæredes
transfertur.ut in l.ſi pactum.ff.de
prob.& in l.veteris. C. de cõtrah.
& cõmitt.ſtip.ex illo ſolo quòd hę
res (ut in iure clariſſime circũfer-
131 tur) repreſentat defuncti † perſo-
nam.ut in l. poſtulãte. in princip.
ff.ad ſenat.conſult.treb.& in l.hæ
redẽ.ff.de reg.iur. & in §.j. Auth.
de iureiur.à morien. præſt. & uo-
luit Paul.Caſtren.in conſi. cxcvij.
nu.ij.vol ij.

¶ Tamen contrarium eſt uerius,
tum quia non obſtat quòd defun
cti perſonam repreſentet hæres,
132 quia illud non eſt uere † ſed ficte à
iure præſumptum. uoluit Gemi-
nian.in c.ij.nu.x. de iurament. ca
lum. lib vj. Aegid. Bellamer.in c.
cum ceſſante.nu.xxvij.extra de ap
pellat.Bartholo.Socin.in conſilio
xxiiij.nu.vij.vol.iij.Philippus à Ca
ſolis in tract. de teſtamen. & ſuc-

ceſſ.nu.vii. & viij. & uoluit Ioan.
Baptiſta Aſinius in l.j. in princip.
nu.v.ff.de relig.& ſumpt.fun.
¶Et ut diutius ueritas,ueluti ſub
modio nō lateat,in re, ac quæſtio
ne de qua nunc uerba facimus, ꝙ
cōpromiſſum ex morte unius ex
compromittentibus non tranſeat
133 in hæredem,niſi expreſſe† id actū
fuerit,uoluit Abb.Panor. in c.cō-
promiſsum.nu.ij.de arbi.per text.
in l.diem proferre. §.j. & in l. ſed
interpellatur . in fin. ff. de arbi.&
uoluit Innocen.in c.fin.extra eod.
tit. Hippolyt. de Marſil.in ſing.
liiij.compromiſſum.& Aſinius in
d.l.j.in princ.nu.cxlj.ff.de relig.&
ſump.fun.
¶Rationem huius dicti aſſigna-
bat Hoſtienſ. ubi eum refert Pa-
normita.in d. c. compromiſsum.
nu.iiij.quòd cōpromiſſum eſt me
dium quoddam inter ſocietatem,
& iudicium , & utriuſque naturā
aſsumit: ſocietas enim etiam ſi ex-
preſse id actum eſset , nunquàm
134 ad hęredes†transfertur.l.nemo po
teſt. & in l. ſi duobus. aliàs eſt l. ſi
fratres.§.idem reſpondit.ff.pro ſo
ci.& tenuit Abb.Panor. in c.inter
dilectos.in fin.de fid.inſt.Philipp.
Cor.in conſi.cxxij.vol.j. iudicium
autem, etſi id dictum non fuerit,
135 ad hæredes transfretabit, †ut in c.
præſentata.de teſtib.l.unica.C. ex
delict.defuncto . & in l. oratione.
ff.de feriis. à quibus ueluti tempe
ramentum quoddam aſsumpſit
compromiſſi natura, ut medium,
ac ex his duobus tertium quid cō
ſtitutum fuerit, diſsonum à pri-
mo , & à ſecundo quodammodo
alienum .
¶Ratio alia licèt rationis ſit ratio
aſſignat, quòd cōpromiſsum eſt
ſtricti iuris, ideoq; ad hæredes nō
136 tranſeat,†notat gl.in dicto c.com
promiſsum .
¶Tum maximè iſtud uerum eſse
uidetur, ex quo eſse pōt ꝙ defun-
ctus amici cuiuſpiam ſpei, ac inte
gritati confiſus , in eum compro-
miſsum fecerit, quæ fortaſſis ami-
citiæ ſtrictura cùm deſinat,deſine
137 re poſſit, in hærede † locum non
habeat,ut tradidit Abb. Panor.in
d.c.compromiſsum .
¶ Non eſt enim nouum familiari
tatem ac defuncti amicitiam ceſ-
ſare in hærede, quandoquidē nul
li eſt abſconditum,quòd & amici
tiam ipſam inter ipſos amicos ui-
demus ceſsare , & in contrarium
uerti uidetur,adeo ſunt ſenſus hu
mani ſemper in continuo motu ,
& nunquàm in eodem ſtatu per-
manent,ut uerificetur illud Salo-
monis,Nihil eſse iam ſub ſole ſta-
bile,cæliqúe peribunt (Dauit aie-
bat in Ode) Tu autem domine in
æternum permanes, ex quo iuxta
illud Ouidij .

Paſsibus ambiguis fortuna uolubilis errat,
Et manet in nullo certa,tenaxque loco.

Et alibi etiam ad iſtum propoſitū
dicebat idem Ouidius.

Fortuna fugacior Euro.
Non manet, & certā neſcit habere domū.

Et ad iſtud concinit illud Annæi Senecæ i tragedia Hippolyti. c.xj.

Nec ulli
Præſtat uelox fortuna fidem.

Ideoque id cõſiderans Antonius Pius dum uitæ ſibi finem adeſse uideret, fortunam auream, quam ſupra cubiculum habebat, ad fratris cubiculum trãſportari iuſſit. author eſt Iulius Capitolinus in uita Antonini. Infinitæ enim ſunt uarietates hominum, uoluit Franciſc. Petrarcha in præfatione epiſtolarum ad Socratem. & ideo dicebat Cicero. lib. ij. de natura deorum, fortuna uarietati amica, conſtantiam reſpuit. & Petrarcha lib. v. Africæ.

Heu quãtis fortuna dolis mortalia paſſiũ,
Omnia das.

Et iterum idem Petrarcha. lib. vij. Africæ.

Fortunam frenare ſuã, finemq; ſecundis
Ponere, conſilium eſt, nec parua acceßio magne
Fortune eſt tenuiſſe modum.

138 Falſi enim † amici (ut Cicer. in iiij. rethoricando aſtruebat) ſereno tẽpore præſto ſunt, ſimul atque hiemem uiderint, deuolant omnes, ad ſimilitudinem hirundinũ, quæ æſtiuum tempus comitãtur, & frigore pulſæ recedunt. ad quod facit illud ueluti uulgare, cuius authorem ignoro dum dixit.

Tempore fœlici multi numerantur amici,
Sed ſi fortuna perit, nullus amicus erit.

Ad quod etiam concinit illud clariſſimi poetæ Ludouici Arioſti in Orlando furenti, dum dicebat in eius poemate.

La caſa ch'era dianzi frequentata
Matina, è ſera tanto da gl'amici,
Sola reſtò toſto che fu priuata
Di ſtarne, di faggian, di coturnici.

139 Inde Creſus rex Lidorum † murmuratur, quòd uictus primum à Cyro Perſarum rege, à quo & impunitus miſſus eſt, armis eũdem laceſſire fecit. ¶De Scipione demum Africano quid dicã neſcio,

140 cùm vrbe Roma, † à quo nonnullis Romana reſpublica fuerat adaucta prouintiis, & orbata inimicis, & tandem ob accuſationem Aſiaticæ pecuniæ, in ærarium nõ reſtitutæ fuerit exulatus de inquit Strozza filius.

Heu nihil ingratæ fas, quenquam fidere plebi
Teſtis Ariſtides, & qui Barcea ſubegit
Caſtella, & uictis nomẽ accepit ab Afris.

¶Et Amalaſuntha Gothorum re-

141 gina eſt interfecta † opera Theodati, quem ſibi regni conſortem delegerat, ut retulit præclariſſimus philoſophus Leonardus Aretinᵒ. lib. j. de bello Gothorum.

¶Quid profuit Belliſario duci,

142 Perſas in Oriente, † Vandalos in Aphrica, & Gothos in Italia pro Iuſtiniano Imperatore ſuperaſse? dum eiuſdẽ Iuſtiniani iuſſu, oculis priuatus extitit, ut coactus de magno duce in tuguriolo extra vrbem facto, toto ſuæ uitæ tempore habitare, in quo ſtãdo prætereuntibus dicebat. Da obolum Belliſario uiator, quem inuidia, nõ culpa cæcauit. ut dicũt Volateranus,

&

& Crinitus. Firma remaneat propterea concluſio, quòd compromiſſum ad compromittentis hæredes, ſi id actum non fuerit, non transfunditur rationibus ſupra adductis.

¶ Limitabat autem ipſam Specu. in titu. de arbi. §. fi. uerſ. ſed nunquid arbitratores. Non procedere
143 quando eſset † compromiſſum in arbitratorem, ex quo tunc licèt aliquis compromittentium moriatur, tamen tranſibit ad hæredes, ex quo cùm compromiſſum arbitramenti æquipararetur tranſactioni, & pacto. ut in c. quintauallis. de iureiur. & in auth. ſi uero contigerit. C. de iudic. de natura † tranſa
144 ctionis, ac pacti eſt ut tranſeat ad hæredes. l. ſi pactum. ff. de prob. ideoque arbitramentum ad hæredes tranſibit. Quam opinionem ſequuntur Ioan. Andr. Anton. de Butr. & Imol. in d. c. compromiſſum. & Lanfranc. Orian. in tracta. de arbi. in vj. membro principali. Anton. de Butr. in d. c. quintauallis. originalis iſta opinio fuit Vberti de Bobio, ut refert Specul. ubi ſupra & uoluit Hippol. de Marſi. in ſing. liiij. Compromiſſum. ſequitur Zaccharias. in apoſtillis ad Panor. in d. c. compromiſſum. nume. viij. in quo licèt Abb. ſubuertat hanc Speculat. opinionem ac limitationem, contra quem acriter inuehitur, attamen ab Abbatis morſibus enixe defenditur Speculator à Ioanne Baptiſta Aſinio in dicta l. j. in princip. nu. cxli. cũ xvi. numeris ſequentibus. ff. de relig. & ſumpt. fun. & hæc de iſta quæſtione dicta ſufficiant, iam pergamus ad alia.

¶ Trigeſimotertiò quæro, an arbi
145 ter poſſit † ut ſuſpectus recuſari? Vide Abb. Panor. in c. quintauallis. nu. xii. extra de iureiur. & quæ uolui ego infra. §. iiij. glo. iij. q. j. ubi uideas.

¶ Trigeſimoquartò quæro, lex noſtra dicit in preſenti gloſsa cõpromiſsũ faciendum eſse in duos coniunctos, uel communes amicos, an iſto caſu arbiter debeat eſſe, & cõiunctus & amicus, uel ſufficiat vnum tantùm? ſine multiloquio dicendum eſt alterum tantùm ipſorum ſufficere, ex quo in diſpoſitione ſtatuti loquentis per dictionem iſtam, vel, (ut in caſu noſtro) ſufficit alterum tantũ ue
146 rificari, nec † requiritur utriuſque concurſus. ut in l. ſi heredi plures. ff. de condit. inſtitut. in l. generaliter. in princip. C. de inſtitut. & ſubſt. ſub cond. fact. & notatur in reg. in alternatiuis. de reg. iur. in vj. uoluit Barto. in l. ſi is qui ducẽta. §. utrum. ff. de reb. dub. & in l. pediculis. § argento. ff. de aur. & arg. leg. Cyn. Bald. & Salycet. in l. cum quidam. C. de cond. ob cauſ. 'atè Dyn. in d. c. in alternatiuis. Petr. de Ancha. in conſi. lxxx. retento ordine. col. j. Barto. in l. ſupra iter. §. officium. ff. de aqu. plu. arcend. & in l. generaliter. C. de ſacroſ. ec-

cleſ.& latiſſimè per Felin. in c.in-
ter cæteras.nu.xxix. de reſcript. &
ſic remanet firma concluſio alte-
rum tantùm ipſorum ſufficere,
uidelicet aut coniunctum, aut
amicum.

¶Trigeſimoquintò quæro, an cę-
147 cus† poſſit eſſe arbiter? videtur ꝙ
cùm non reperiatur prohibitus,
poſſit ad illud exercitium admit-
ti.l.iij.§.tametſi. l. Pædius.cum ll.
ſeqq.ff.de arbi.l.nec non. §.quod
eis.ff.ex quib. cauſ. maio. In pun-
cto autem iuris intricato, in quo
eſſet neceſſaria chartarum reuo-
lutio, dicerem ipſum non poſſe
admitti.

¶Trigeſimoſextò quæro, an fi-
148 liusfamilias† admittatur? dicendũ
eſt quòd & arbiter, & arbitrator
eſſe poterit.ut in l.ſed & filius. &
in l.quin etiam.ff.de arb.etiã inui
to patre.ut in l.iij.§.ſed filius.ff.de
pecul.licèt;ſit ſub poteſtate patris.
ut Inſt.de patr.poteſta.in princip.
& hoc uoluit Bart. in l.ſi ſocieta-
tem. §. arbitrorum. in fin. ff. pro
ſocio.

¶Trigeſimoſeptimò quęro an de
149 portati,† relegati, damnati in me-
tallum, aut ad triremes regias,
aliique ſerui pœnæ effecti, poſ-
ſint eſſe arbitri? breuiter ꝙ non,
voluit hoc caſu Specul.in titul.de
arb.§.differtur.uerſic.ſed quid de
bannito.& ibi Ioan.Andr. & Gui
do de Suzar.& not.in l.Pædius.ff.
de arbit.& Angel. in diſputatioñ.
duo inuicem litigantes.

¶Ratio eſt, quia prædicti perdũt
ea, quæ ſunt iuris ciuilis. ut in l.
eas.& i l.legitimi. ff.de capit.dim.
& Inſtit.eo.tit. §.j. l. quidam ſunt
ſerui. ff. de pœnis. ſed licèt arbi-
trandi modus à partibus proce-
dat, ordo tamen arbitriorum ad
iudicij ſimilitudinẽ redactus eſt.l.
j.ff.de arbi.ergo de arbitrio cogno
ſcere poſſunt.

¶Limitabat eã Ange.in dicta ſua
diſputat. duo inuicem litigantes.
150 ſecus ſi fierent† arbitratores, quia
eſſe poterunt. ¶ Diuerſa uidetur
opinio Bart.in l.ex facto. §.ſi quis
rogatus.ff.ad trebell. Ioan. Andr.
in reg. dolo facit. de regul. iur. in
vj. in mercurialibus. cum quo &
ego reſiſto.

Trigeſimooctauò quæro, an dam-
151 natus ad mortem † poſſit eſſe arbi
ter? nec arbitri, nec arbitratores e-
runt.uidetur in hoc text.ſi non ca
uilletur, in d.§.ſiquis rogatus.in fi
ne.& per hæc impono finem huic
glo.ad laudem Dei omnipotentis,
beatorum Michaelis Archangeli,
& Magdalenæ.Oliueti.Die viij.Fe-
bruarij. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Clauſula, de iure, & de facto in procedendo, quid ſignificat?*

2 *Procurator cum generali mandato an poſſit compromittere de iure, & de facto, uel requiratur ſpeciale.*

GLOS-

GLOSSA V.

De iure, & de facto in procedendo.

QVAM vim,& naturam habeant iſta verba, de iure, & de facto in procedendo, dicẽdum eſt quòd proceſſus ab arbitris poterit fieri iſto caſu nullis ſeruatis ſolemnitatibus iuris, ſed ſolùm quòd procedatur manu regia, ſecundùm ius gẽtium, qua per iſtam clauſulam ordo iuris emittit† debet ſecũdùm
1 Bald.in l.i.ff.de euict. & in l.ſciendum.col.viij.in princip.ff. de uerbo.oblig.& eius germanus Angel. in conſil.ccclxvij.in queſtione uertente.col.antepen. uerſic. pro hac parte adduco.& uoluit Bart.in extrauag. de reprimendum.in uerſi. videbitur. Lapus alleg. cxxviij. & Bal.in l.fin.C.de contrahen.empt. & in l.ſolam.C.de teſtibus.Franci. de Aretio in conſil.lxj. in cauſa illorum de maſio.in fin.Philip.Cor. in cõſi.cxiiij.quamuis primo aſpectu.litera h.vol.ii.Rober.Marant. in Specul.Aure.xiiij. diſtin. nu.vi. ¶An autẽ de iure,& de facto poſſit procurator habens generalem mandatum † facere compromiſ-
2 ſum, uel requiratur ſpeciale mandatum?Dixi latè ſupra.§.eo.glo.iii. q.v.ubi uideas, & de reliquis quæ poſſent cadere ad iſtam glo.dicam plenè in glo.ſequenti,in qua cadit locus congruentior. & magis aptus. Laus Deo.Oliueti.Die xxii.Februarii. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶SVMMARIVM.

1 *Clauſul ,'n ſententiando de iure tantùm,quid operatur?*

2 *Arbiter qui habet ſententiare de iure.an poſſit ſententiare ſecundùm ſtatuta loci.*

3 *Iuris ſolennitates per partes remittuntur.*

4 *Princeps concedendo iuriſdictionem poteſt iuris ſolennitates relaxare.*

5 *Partes iuris ſolennitates poſſunt relaxare.*

6 *Partes inual dum poſſunt validare?*

7 *Quod aliàs non va' ', 'onſenſu partium per pactum confirmatur.*

8 *Laudum nullum licèt in uim laudi non poſſit validari, ualebit tamen in uim pacti.*

9 *Partes poſſunt facere quòd credatur dicto vnius.*

10 *Semiplena probatio, ex partium conſenſu poteſt effici plena.*

11 *Partes conueniunt quòd credatur minus ſufficientibus probationibus. nu.12.*

13 *Quilibet poteſt fauori pro ſe introducto renunciare.*

14 *Partes poſſunt conuenire quòd ſtetur aſſertioni alicuius cum iuramento nulla alia probatione quæſita.*

15 *Barto opinio reprobatur in l.fin.ff. de prætor. ſtipul.*

16 *Clauſula.procedans ſine iuris ſolennitate,intelligitur iuris ciuilis, non naturalis, vel gentium.*

17 *Clauſula, procedans iuris ſolennitate non obſtante,an operetur quòd poſſit procedi diebus feriatis in honorem Dei.nu.18.*

19 *Proceſſus iudiciales in diebus feriatis Deo ceſſare debent.*

20 *Clauſula omiſſa iuris ſolennitate, an tollat ſolennitatem citationis.*

21 *Clauſula,omiſſa iuris ſolennitate,an tollat iuramentum teſtibus deferendum.*

22 *Clauſula prædicta non obſtante, defertur iuramentum teſtibus.*

23 *Pretiſex non facit quòd credatur teſtimonio non iurato.*
24 *Feriis inductis in honorē Dei an poſſint renunciare partes, & an coram arbitratoribus. numero 25.*
26 *Ferijs inductis per ſtatutum, uel ob homines poteſt renunciari.*
27 *Clauſula, faciant arbitri ut noluerint, operatur quòd quouis modo poſſunt procedere, dum tamen dolus excludatur.*
28 *Clauſula, faciant alte, & baſſe, quid ſignificat?*
29 *Clauſula, facias ſecundum tuam prudentiam, quid operabitur?*
30 *Prudentia talis non debet eſſe mala, & à iure non informata.*
31 *Prudentia ſecundum Macrobium quid? & iterum. nu 32.*
33 *Prudentia ſecundum Ciceronem quid?*
34 *Prudentiæ partes ſunt memoria, prouidentia & intelligentia.*
35 *Clauſula, procedāt arbitri ī ſcriptis, et ſine ſcriptis, quid denotat?*
36 *Clauſula, in ſcriptis & ſine, ſignificat quòd de geſtis coram eis ſtabitur eorum informationi.*
37 *Clauſula, faciant ſecundùm eorum ſenſum, quid ſignificat?*
38 *Clauſula, faciant ſecundùm uelle ſuum, quid?*
39 *Clauſula, de facto componant. quid ſignificet.*
40 *An per talem clauſulam poſſit ſtari ſimplici dicto arbitrorum?*
41 *Clauſula, faciant prout libuerit, quid ſignificabit.*
42 *Clauſula, manu regia, quid denotat?*
43 *Imperator aut Pontiſex citationem tollere non poteſt.*
44 *Cauſula, leuato uelo, quid ſignificat.*
45 *Clauſula, cōmittimus miſericordiæ talis, quid denotabit.*
46 *Clauſula, pono rem in manu talis, quam vim habebit.*
47 *Clauſula cōmittimus conſcientiæ talium, quid operabitur.*
48 *Cum quid committitur conſcientiæ alicuius, non poteſt ille alteri committere.*
49 *Clauſula, committimus arbitrio tuo quid.*
50 *Clauſula, arbitrio tuo, importabit ſummariam cognitionē in procedendo, nō in ſententiādo*
51 *Clauſula, committo uoluntati talis, quid ſignificat.*
52 *Clauſula, facias quicquid tibi viſum fuerit expedire, quid ſignificabit.*
53 *A ſentētia lata uigore commiſſionis prædictæ non appellatur.*
54 *Clauſula, committo hoc iudicio tuo, quid denotat.*
55 *Clauſula, procedant ſecundùm cor ſuum, quid.*
56 *Clauſula, procedant præuia ratione, quid.*
57 *Clauſula, procedant ſecundùm libitum ſuum, quid operabitur.*
58 *Clauſula, ſola facti ueritate inſpecta, quid ſignificat.*
59 *Clauſula, committimus eorū diſcretioni, quid operabitur.*
60 *Clauſula, faciant ſecundùm eorum beneplacitum, quid denotabit.*
61 *Clauſula, faciant ſecundùm eorum imperiū, quid denotat.*
62 *Clauſula, faciant ſecundùm ſpiritum ſuum, quid ſignificabit.*
63 *Clauſula faciant ſecundùm eorum liberam facultatem, quid importabit.*
64 *Clauſula, iuſtitiam faciant, quid denotat.*
65 *Clauſula. facias quid iuris, quid.*
66 *Clauſula, quòd poſſint procedere etiam partibus abſentibus, quid operabitur.*
67 *Clauſula, quòd poſſint arbitri in magna & parua quantitate lædere, quid operabitur.*
68 *Partes an poſſint ſe concordare quòd arbitriū non poſſit reduci ad arbitrium boni viri.*
69 *Exceptioni doli an partes poſſint in compromiſſo renunciare.*
70 *Clauſula, quod ſeparatim poſſint pronunciare, quid.*
71 *Pœna pecuniaria an poſſit ſtipulari contra partem non ſeruantem contenta in compromiſſo.*
72 *Pœna conuentionalis quomodo committatur.*
73 *Iuxta cauſa an excuſet a pœna compromiſſi?*
74 *Partes an poſſint arbitris poteſtatem dare, laudum pluries corrigendi*
75 *Compromiſſum an ualeat quando in eo dicitur, quòd arbitri habeant ſententiam ferre de uoto doctoris nominati, & an ſi ſolum dicatur, cum conſilio ſapientis. nu. 76.*
77 *Arbitri electi an alteri uices ſuas poſſint delegare.*

GLOS-

GLOSSA VI.

In ſententiando de iure, niſi inter partes aliter fuerit concordatum etiam de facto in ſententiando.

ET ſic licèt procedendo arbitri poſſint ꝓcedere de iure, & de facto, tamen in ſententiando non poſſunt niſi de iure tantùm procedere. hoc tamen locum non habet, ſi aliter fuerit inter partes concordatum, & conuentum. ut habetur in ſuprapoſito textu noſtro. ſignificat autem illa clauſula,
1 in ſententiando de iure† tantùm, ut ſententia contra ius lata ſit ipſo iure nulla. notatur per Barto. in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbit. & uoluit Robertus Maran. in Specu. Aureo. diſtin. xiiij. nu. vj. & infra latè dicemus.

¶Secundò quæro, an iudex uel arbiter, qui habet ſententiare de iure, poſſit ſentētiare ſecundùm ſta-
2 tuta loci, †dicendum eſt quòd ſic, ut uoluerunt Abb. Panor. & Felin. in c. licèt cauſam. in princip. extra de probatio. & Iaſon in l. omnes populi. col. ij. ff. de iuſt. & iu. & uoluit Cauenſ. col. x. hic.

¶ Notandum eſt ex finalibus uerbis textus noſtri, quòd poſſint cōuenire partes in multis, quæ aliàs ex ſui natura non uenirent, ob qđ.

¶Tertiò quæro, an per partes poſſint remitti iuris ſolēnitates? quòd
3 ſic, † breuiter tenet Ange. in conſil. cxcviij. teſtator. col. ij. in fin. ex quo ſicuti princeps concedendo iuriſdictionem poteſt iuris ſolen-
4 nia relaxare, † ut in l. fin. C. de ſent. & interlocut. omn. iud. clem. ſæpe. de verbo. ſignifi. ſic partes in hoc quę loco principis fungũtur,
5 poterunt tales iuris † ſolennitates relaxare. Specul. in titul. de arbitr. §. nunc autem. uerſic. forma. & §. ſequitur. uerſicu. fin. Bart. in auth. offeratur. C. de lit. conteſt. & notat Ang. in dicto conſi. cxcviij. partes enim omne quod aliàs eſt in-
6 ualidum, poſſunt ualidum † facere. Bald. in l. j. C. com. utriuſque iudic. & in l. j. in fin. C. de iuriſdict. omn. iud. & regulariter quod aliàs non ualet nec tenet, conſenſu
7 partium per pactum † confirmatur. Accurſ. in l. ij. C. comm. vtriuſque iud. per quam gloſſam iũcto textu dicebat Matth. de Afflict. in deciſion. Neapol. cxvij. promiſſio facta. nu. vj. quòd licèt laudũ nullum ratificari nō poſſit, ut ualeat in vim laudi, ratificari autem po-
8 terit, vt† valeat in vim pacti. & per partes etiam poteſt fieri conuentio, quòd credatur dicto unius, vt
9 uoluit† Bald. in l. in bonæfidei. nu. iiij. C. de reb. cred. & ſemiplena probatio ex partium conſenſu po-
10 teſt effici plena, † placuit Ludo.

Rom.in conſi.cciiij. pro diſcutienda.num.vij. & poſſunt conuenire partes quòd credatur minus ſuffi
11 cientibus † probationibus, Ioan. Andr.in c.ueniens. il ſecundo.de teſtib. & poſſunt facere ꝙ proba-
12 tiones inualidæ ualeant, † uoluit Innoc.in c.cùm cauſam. de teſtib. Barto.in l.j.§.j.ff.de feriis.Bald.in l.fin.C.de teſtib. Ludo. Roma. in conſi.ciiij.pater reuerende.nu.vi. & in hoc facit regula trita, quẽlibet
13 bet poſſe fauori pro † ſe introducto renunciare. l.ſiquis in conſcribendo.C.de pact. Et partes inter ſe poſſunt hoc conuenire, ꝙ ſtetur ſimplici alicuius aſſertioni cũ iuramento, nulla alia probatione
14 † quæſita. per ea quæ uoluerunt Martin. Siliman. quẽ refert Bald. in rep.l.ij.col.xxviii. ff.de iureiur. gloſſ.in clem.j. ad finem. in uerſi. feciſſe.de prob.uolu t Ludo. Roma.in l.ſi duo. ff. de acqui.hæred. Alexand.in conſi.cxiiii. in cauſa, & lite.col.iij.uerſ.non obſtat.vol. iiij.Felin. in c.propoſuiſti.num.v. extra de probat.& in c. paſtoralis. nu.xxix.de except. in c. graue. nu. iij.de offic.ord.Hippolyt. de Marſil.in rep.rubr.de probat.numero cxxxix.Bald.in rubr.C.de contrah. empt.q.ix.Panor.in c cũ dilecta. de reſcript.& Barth.Veron.in cautela.ciiij multa.nec obſtat ꝙ Bart. in l.fin.ff.de prætor.ſtip.dicat hãc promiſſionem de ſtando ſimplici aſſertioni poſſe reuocari, ex quo contrarium dicunt ibi uerius eſſe Bald.Angel.& Imol.& Bartoli opinionem communiter non teneri dicit Alexand.in conſi. cxxx. difficultas.col.fin. vol.j. & in conſilio xxxvij.viſo & oportune.colu.viij. vol.ij. & Neapoli in ſacro cõcilio
15 fuit Bartoli opinio † reprobata, ut per Matth. de Afflict. in deciſio. Neapol.xcj. iterum. nu.xj. & ſeq. & in facto hoc anno habui conſulere, & conſului, & obtinui, quia Cæſar de Iudice fuit cõdemnatus pro ſimili promiſſione ad ducatos triginta ſex Iordano de Iudice.

¶Quartò quæro, ſi partes eligendo arbitros, dicunt quòd arbitri procedant ſine iuris ſolemnitate, quid ſignificabunt talia uerba, ac talis clauſula? Dicendum eſt, ꝙ per talem clauſulam cenſetur remiſſa omnis ſolemnitas iuris ciuilis, nõ
16 † autem naturalis, uel gentium. uoluit Barto.in l.filiusfamilias. ff. de donatio.Voluit Abb.& Felin.in c. dilecti.nu.v.extra de iudiciis.

¶Quartò quæro, an per talẽ clauſulam non obſtante iuris ſolennitate
17 † poſſint arbitri procedere in diebus feriatis in honorẽ Dei. Bartol. & Bald. in dicta l. filiusfamilias.tenẽt quòd ſic. & idẽ Bald. & Angel. in l. milites. C. de teſtament.milit. Petr. de Anch. in clemen.ſæpe.de uerb. ſignifi.

¶Contrarium tamen tutius eſſe
18 teneo, quòd imò † per talia uerba non poſſunt arbitri procedere in diebus feriatis in honorem Dei, maximè cùm talis opinio ſit no-

ſtro Chriſtiano cultui proximior, iuxta obſeruationem dierum feſtorum, iuxta illud Decalogi. Sabbata ſantifices. & iſtam opinionē amplexi ſunt Ioā. de Imola. & Ludo. Roma. in dicta l. filiusfamilias. ff. de donat. per notata in clem. ſæpe. de verbor. ſignificat. in uerſ. ob neceſſitatem. Accurſ. in l. omnes. C. de feriis. & Barto. in extrauag. ad reprimendum. in uerſ. ſine figura. uoluit Felin. in c. dilecti filii. nu. vii. de iudic. debent enim diebus illis

19 proceſſus† iudiciales ceſſare omnino. ut in c. j. de feriis. imò renunciari ſolennitatibus dierū feſtorum non poteſt. ut in c. conqueſtus. eo. titu. & xv. q. iiij. in ſumma. & uoluit alia plurima allegās dux meus Andr. Tiraquel. in tract. de priuileg. piæ cauſæ, priuilegio. clvj. per totum ubi uideas.

¶Sextò quæro, an per talem clauſulam, omiſſa iuris ſolemnitate, intelligatur remiſſa citatio, ubi aliquo caſu requireretur? ꝙ non

20 cēſeatur† remiſſa, expreſſa eſt opinio Barto. in d. l. filiusfamilias. & etiam Abb. Panor. in dicto c. dilecti. ex quo citatio eſt iuris naturalis. ut ſupra dixi per notata in clemen. paſtoralis. de re iudic. quo caſu ſi per principem aut per ſtatutum tolli non poſſet, nec poteſt, quare hoc fieri poſſet per particulares, & priuatas perſonas.

¶Septimò quæro, an per talem clauſulam poſſint admitti teſte non iurati? quòd ſic,

21 † Ioan. Andr. in c. non eſt. de reg. iur. in vj. & faciunt notata per Barto. in l. j. ff. de Fer. tenuit Ancharanus. in clem. ſæpe. de verb. ſignifi. & Felin. in d. c. dilecti. nu. viij. de iudic.

¶Contrariū, quòd imò dictis uerbis non obſtantibus, teſtium iuramenta requirantur,

22 † ut tenuerūt Bald. Angel. & Ioan. Maria. Riminald. in d. l. milites. C. de teſtam. milit. Ioan. Crotus. in l. nemo poteſt. col. ii. ff. de leg. j. & in l. i. §. fin. col. iii. ff. de uerb. oblig. Hippolyt. de Marſil. in ſingu. ccxiiii. Ad ualiditatem. Andr. Barbatia. in tract. de præſtant. Cardin. parte ij. q. ij. ubi dicit iuramentum nullo modo eſſe omittendum, ex quo daretur materia ueritatem occultandi, tanto magis cùm ſit de iure diuino, & hac de cauſa tolli non poteſt. Imò nec ſummus Pontifex poterit facere quòd teſtis in teſtimonio

23 † ferendo nō habeat iurare. ut uoluit Auguſtinus de Anchona in tract. de poteſt. eccleſi. q. lv. articulo ultimo. refert & ſequitur alia plura allegās Hippolytus de Marſi. in d. ſing. ccxiiii. ad ualiditatem. & tenuit Bernard. Pādus. in prag. diſpendia. nu. cxlix. de iudic. ſummario.

Octauò quæro magis in ſpecie, licet ſit idem cū q. v. an partes poſſint coram arbitris renunciare feriis inductis

24 † in honorem Dei, ꝙ talis renunciatio fieri nequeat, eſt text. in l. ſi feriatis. ff. de arbitr. & uoluit Barto. ibidem.

¶ Primò tamen limitabis nō procedere corā arbitratoribus, quia
25 coram eis bene poterunt † partes feriis diuinis renunciare. uti dicit Barto. in d. l. ſi feriatis. Ego tamen per ea quæ ſupra dixi eadem gloſſa. q. v. hanc opinionem ueram non puto.

¶ Secundò limitabis nō procedere in feriis inductis ob ſtatutum,
26 & commoditatem hominum, † illis etenim per partes bene renunciari poterit, ut in d. l. ſi feriatis. ubi Barto. & iſtud etiam infra teti gi. §. ij. glo. iiij. q. xix.

¶ Nonò quæro, quid ſignificat ſi partes in compromiſſo dixerint,
27 faciant † arbitri pro ut uoluerint, an eo caſu pro libito uoluntatis arbitri uerſari poterunt in laudo ferendo, dicēdum eſt ꝙ talis clauſula, licèt conferat ſe in liberam arbitrorum uoluntatem, nihilominus poterunt arbitri procedere quouis modo, dum tamen omnino dolus excludatur, habetur remiſſiue per Felin. in c. dilecti. nu. vj. de iudic. idem etiam Felin. in c. j. col. xv. de Conſtit.

¶ Decimò quæro, quid ſi partes dederint poteſtatem arbitris, &
28 arbitratoribus arbitrandi † altè, & baſsè, quid illo caſu denotabit talis clauſula? Videas quæ dixi infra. §. vii. glo. ii. q. v.

¶ Vndecimò quæro, quid denotat clauſula apponi ſolita in compromiſſis per partes, cum dicūt, faciant arbitri ſecundùm eorum
29 prudentiam, † dicendum eſt quòd importabit arbitrium boni uiri. ut concludit Felin. poſt Imol. & Panor. in c. ne innitaris. in princip. de Conſtitut. Idem Panor. in c. j. col. iiij. de ſeq. poſſ. Felin. in c. j. nu. xcj. de conſt.

¶ Nec poteſt intelligi de prudētia
30 mala, & à iure † nō informata, ut dicit Anton. de Butr. in d. c. ne innitaris. quia Abb. & Imo. ibi tenet contrarium, quia ſemper debet intelligi, de prudētia rationi ſubmiſſa, aliàs non diceretur prudentia, ſed fatuitas. ut ibidem dicit Felin.

¶ Prudentia enim ut Macrobius
31 docuit, † pro ut eſt virtus politica, eſt ad rationis normam, quæ cogitat quæcunque agit, uniuerſe dirigere, ac nihil præter rectum, uelle, uel facere.

¶ Prudentia ſecundùm eundem
32 Macrobium aliquādo † accipitur prout eſt virtus purgatoria, & eſt ut mundus, & omnia, quæ in eo ſunt diuinorum contemplatione deſpiciātur, & quòd omnis animę cognitio in ſolis diuinis erigatur.

¶ Iterum prudentia pro ut eſt virtus animi purgati, eſt noſcere ſola diuina, & ea tanquàm nihil aliud ſit intueri. Docuit Albert. magnus in Compen. Theol. lib. v. c. xxxiiij.

¶ Prudentia (ſecundùm Cicero.
33 † lib. ij. de inuentione Rethorica) eſt rerum bonarum, & malarum, vtrarumque ſcientia.

¶ Vbi etiā dicit quòd eius partes ſunt intelligētia, memoria, & pro-

34 uidentia; † Intelligētia eſt p quā q̄s proſpicit ea quæ ſunt. Memoria eſt, per quā quis proſpicit ea, quæ fuerunt repetendo. Prouidētia eſt per quam futurū aliquid uidetur antequam ſit. & multa de pruden tia & eius partibus, ac comitibus per Ciceronem in lib. Rethoricorum ad Herennium. per Beatum Thomam. ſecūda ſecundæ. q. lxvij. cum ſeqq. Alber. Magn. ubi ſupra. c. xxxiiij.

¶ Duodecimò quæro, quid denotat clauſula, quam compromittentes ſolēt apponere in compromiſſo, cum dicunt {procedant arbitri
35 † in ſcriptis, & ſine ſcriptis} dicendum eſt, quòd ſignificabit idem quod clauſula, de iure, & de facto. ut uoluit Cauen. hic col. vj. de qua ſupradixi glo. v. eod. §. quem habemus præ manibus.

¶ Secundò denotabit, quòd de geſtis coram eis ſtabitur eorundem
36 informationi, † uoluit Bart. in authen. niſi breuiores. C. de ſentent. ex pericu. recit. Anton. de Butr. in c. cùm ad ſedem. de reſtit. ſpol. uoluit Lud. Roma. in ſingul. 51. quid operatur clauſula. Petr. de Ancha. in c. fi. col. pen. de re iudic. in vj. uoluit Abb. Panor. in c. ij. de probat. Ioan. de Arnon. Problema. xcix. ad regiam.

¶ Contra autem Bartoli opinionem conſuluit idem Anto. de Butr. in cōſil. xxix. quæſtio hæc dubia. de quorum ueritate uideas latiſſimè Felin. in c. quoniam contra. nume. iij. de probatio.

¶ Decimotertiò quæro, q̄d ſi partes dicerent {faciant arbitri ſecun
37 dùm eorū ſenſum} quomodo † interpretabitur talis ſenſus. dicit Abba. Panorm. in c. j. nu. xiij. de conſtitu. quòd eo caſu arbitri procedēt, tanquam boni viri, non autem ſecundùm proprium eorū ſenſum.

¶ Sed in diuerſum eſt communis opinio, quòd imò ſecundùm proprium eorum ſenſum procedere poterunt, & iudicare. uoluit hoc Anto. de But. in d. c. j. ibi quem ſequuntur Imo. Bald. & Andr. Barba. & ſequitur etiam Geminian. in c. relatum. xxxvij. diſtin. & Alex. in l. ſi ſic. nu. v. ff. de lega. j.

¶ Decimoquartò quæro, quid ſignificabit clauſula {faciant arbitri ſecundùm velle eorum} dicendum
38 eſt breuiter † quòd denotat liberam uolūtatem. ut in l. fideicommiſſa. §. quanquam. ff. de leg. iij. in l. cùm quidam. ff. de leg. ij. & in l. ſed & ſi ſit legatum. ff. de lega. j. in l. fideicō miſſaria libertas. ff. de fideicōmiſſ. libe. uoluit Ludo. Roma. in conſil. cxij. uiſa præmiſſa dubitatione. & uideas quid per iſtam clauſulam dicat Pet. de Anch. in conſi. clxvij. uiſis diligenter. Bernard. Land. in apoſtil. ad Abb. Panor. in d. c. j. nu. xiij. de conſtitu.

¶ Decimoquintò quæro, quid ſi partes dixerunt quòd arbitri, & arbitratores poſſint de facto compo
39 nere, † dicendum eſt quòd eo caſu laudum ferri poteſt ſine cauſæ

cognitione.ut dixit Bart. in conſi. lxxxij. Punctus quæſtionis uertentis.ſequitur Card.Floren.in conſi. clxv.& per talem clauſulam partes uidentur uoluiſſe ſtare ſimplici di
40 cto† arbitrorum,ut in ſupradictis omnibus voluit aperte Bartho.Socin.in conſi.cxxj.in cauſa reclamationis.colum.v.uerſic. poſtremo. volum.iij.

¶ Decimoſextò quæro,quid ſi partes dixerint { Faciãt arbitri pro ut
41 eis † libuerit} dicendum eſt quòd ea uerba importabunt liberam uoluntatem, uoluit alia allegans Alexan.de Imo.in l. ſi ſic. nu.iij. ff.de leg.j.idem Alexand.in conſil.lxxx. uiſo & oportune animaduerſo. col.antepen.& col.penul. vol.j. & Curt.Sen.in conſ.xlvij.per totum.

¶ Decimoſeptimò quæro, quid ſi compromittentes dixerint{Proce
42 dant arbitri† manu regia}dicas eo caſu illa uerba ſignificare, quòd arbitri procedant ſine cauſæ cognitione, & abſque citatione.ut uoluit Ang.in conſi.cccIxvij.in quæſtione uertente.col.antepen.uerſi. reſtat.& Barth.Soci.in conſil.cxxj. in cauſa reclamationis nullitatis. col.v.uerſic. poſtremo etiam. uol. iij.& Card.Pariſius.in rubri.extra. de excepti.in fi.Vdalrich.Zaſ. in l. ij.ff.de orig.iur.Pandus in pragm. diſpendia.nu.cj.de iudic.ſummar. ubi dicit idem ſignificare, ac ſi dixiſſent poteſtatem regiam. Quod etſi uerum eſſet, nequaquam ſine citatione abitri poſſent procedere,ex quo nec Rex, nec Imperator, aut etiam ſummus Pontifex poſ-
43 ſent † citationem tollere, cùm ſit ſpecies defenſionis, & de iure naturali, ut in clem. paſtoralis. de re iudic.& latè dixi hac eadem gl. ſupra.nume.xx.

¶ Decimooctauò quæro, quid ſi dictũ fuerit {Procedant arbitri le-
44 uato uelo } quid importabit, † dicas quòd idem eſt dicere leuato uelo,ſicuti dicere manu regia.ut uoluit Barthol. Soci.in d.conſil.cxxj. in cauſa.col.v.uerſi.poſtremò.uol. iij.& dixi ſupra q.præcedenti.

¶ Decimononò quæro,qd ſi partes dixerint{Committimus talem cauſam miſericordiæ ſtichi,& Pã-
45 phili † arbitrorum} dicendum eſt eo caſu talia uerba importare boni viri arbitrium.uoluit hoc Inno. in c.ueniens.de renun. & Alexan. in l.ſi ſic.nu.xv.ff.de leg.j.

¶ Vigeſimo quæro, quid ſi partes dixerint{Ponim᷑rem in manu ta-
49 lis}†vide Bal.in l.ij. in princi.ff.de orig.iur. & refert Alexã. in l.ſi ſic. nu.xiij.ff.de leg.j.

¶ Vigeſimoprimò quæro, quid ſi partes dixerint {Cõmittimus cau
47 ſam † conſcientiæ talium } dicendum eſt quòd Imo.& poſt eum Felin.in c.j.de conſtitu. remittunt ſe ad notata in textu iuncta glo.in c. ſtatutum.§.aſſeſſorem.in uerſicu. relinquatur.de reſcrip. nu. vj. ubi dicit quòd poſſunt eo caſu ſequi in faciẽdo quod uoluerint, nec poterit appellari. & uoluit Corne.in

co nſil.

conſil. clxxxviij.col.ij.litera c. vol. iij. Ludouic.Roma.in rep. rub.de arbitr.& uoluit Domin.in c.j.col. iiij.de re iud.lib.vj. ubi dicit quòd quando aliquid relinquitur conſcientiæ alicuius, tūc ille poteſt ſequi conſcientiam ſuā pro ut uult, quia conſcientia nō poteſt inquiri niſi a Deo,& ſequitur iſtam opinionem Maranta. in Specu.Aure. parte ult. in uerſic. appellatio. numero cclxxxii.

¶ Primò limitatur ſupra notata concluſio nō procedere niſi quoad hoc ut iudex teneatur appellationi deferre, quo ad hoc tamē ut negocium deuoluatur ad ſuperiorē bene fieri poterit,ad hoc ut poſſit deliberare,an id qđ geſtū fuerit ſit reuocandū.arg.c.paſtoral.§.pręterea.de offic.deleg.alleg.gl.in uerſicu.oneramus.in cle.i.de iure patron.Bal.in l.i.col.ii.C.de reb.credito.& in l.ii.C.de ſentent.ex breuic. recita. Anton. de But.in c.ſignificaſti.il primo. de homicid.& licet uidere apud Socin. in conſil. lix.uiſo elegantiſſimo.col.pen.uerſic.circa quintam dubitationem. vol. i. & latè habetur per Felin. in dicto cap.i.

¶Secundò limita non procedere, niſi ex magna cauſa præiudicium inferretur.uoluit Bal. in d.l.i.C.de reb.credi. & uideas etiam Petrum de Anchar.in d.§.aſſeſſorem. & Ioan.de Imo.in clemen.i.in uerſicu. honoramus.de iure patro.

¶Tertiò limita, quòd eo caſu iudex ex officio ſuo talem ſentētiam ex cōſcientia latam poterit ad bonam æquitatem reducere. gl.in d. clem.i.de iure patro. & uoluit Abba.Panor.in c.ſuper his. num.xvi. de accuſatio.

¶Quartò limita non procedere, quando iudex ſuperior intēderet errata corrigere,quia poterit hoc facere,ut uoluit Bald.in l.hac lege. C.de ſenten.ex breuicul. recit.arg. glo.in d.clemen.i.

¶ Quintò limita, quòd licèt non poſſit appellari, tamen poterit adiri ſuperior, qui inquiret an bene, uel male fuerit arbitratus. Ioann. de Imol. in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichum. ff. de uerbor.oblig.ubi etiam Ang. & idem Imo.in c.canonum ſtatuta.de conſtitut. & in dicta ſæpius allega.l.ſi ſic.ff.de leg.i.Bal.in d.l.i.C.de reb. credit.uidendi ſunt Abb.Panor.& Cardin. in dicta clem.i.& plenius per And. Sicul. in c.ne initaris.de conſtitu.

¶Sextò & vltimò limita, quòd licèt non poſſit appellari,poterit tamen miſericorditer iudicis ſuperioris officium implorari,ut erronea conſcientia non noceat parti, & tunc bene poterit. ut glo.in dicta cle.i.dicit ſecundùm opin. Anto.de Butr. relatam ab ipſo Anch. in d.§. aſſeſſorem. ubi hoc uoluit Gemin.allegans not.in c.ii.§.fina. de iura.cal.in vi.

¶Notandum tamen eſt quòd ubi aliquid committitur conſcientiæ

alicuius, non poterit ille tunc alte-
48 ri uices ſuas committere,† ut uo-
luerunt DD. de Rota.in antiq.de
ciſ.cccclxiij.fuit dubitatum vtrum
executor.Bald.in l.epiſtola. in fin.
C.de fideicom.ſequitur etiam Phi
lipp. Francus in c. religioſus.§.ſa-
nè.col.ij. uerſic. ſecundò infertur.
de teſtam.lib.vj.
¶Vigeſimoſecundò quęro, quid ſi
compromittentes dicerent {Com
49 mittimus † arbitrio tuo } eo caſu
dicẽdum eſt importare arbitrium
boni uiri, ut uoluit Imola in l.ſi fi-
liusfamilias.ff.de donat. Vbi etiam
limitat aliqualiter iſtud dictum.
¶ Importabit etiam iſta clauſula
ſummariam cognitionem in pro-
50 cedendo, non autem in† deciden-
do ſecundùm glo. in uerſic.defen-
ſiones.in clem.ſæpe.de verb.ſignif.
Bartol.in l.ſi lege.in princip.ff.lo-
cat. uidendus eſt etiam Bald. in l.
cum antea.col.iiij.C.de arbi. Abb.
etiam Panor.in c.j.col.iij.de ſeque
ſtrat.poſſ.& fructuum.
¶Vigeſimotertiò quęro, quid ſi
dicimus, cõmittatur cauſa uolun-
51 tati † arbitrorum, dicendum eſt ꝙ
eo caſu arbitri non ſunt ſubiecti
regulis iuris. ut uoluit Ludou.Ro
manus.in l.filiusfamilias.ff.de do-
na.Bald. in d.l.cùm antea. col.iiij.
C.de arbit. Anton. de Butr.Imo.&
Felin.in c.j.de conſti. Abb.Panor.
in c.Abbate.col.fina.de uerbor.ſi-
gnific.Domini.de ſanct.Gemin.in
c.habeo.xvj. diſtinct. videndus eſt
Alexand.poſt Ange. & Imo. in l.ſi
ſic.ff. de legat.j.
¶Vigeſimoquartò quęro, quid ſi
ptes dixerint, {Facias quicquid ti
52 bi viſum † fuerit expedire?} Bald.
in titu.de pace conſtantiæ.in verſ.
in animam noſtram.dixit hæc uer
ba eſſe uoluntatis, non autẽ arbi-
trij.alle.l.creditor.§.luci°.ff.man.
Ioan.And.in c.ij.de iuram.calum.
lib.vj.ubi Ioan.Andr. dixit, quòd
à ſententia lata uigore talis com-
53 miſſionis† non poterit appellari,
& uoluit Imol. in c. fin. de feriis.
Quod reprehendunt Anton. de
Butr.& Imola in j. c.de Conſtit.di
centes talia uerba {Quicquid tibi
uiſum fuerit expedire} importare
arbitrium boni uiri. cum quibus
reſidere uidetur Alexand.in d.l.ſi
ſic.nu.viij.ff.de leg.j.
¶Vigeſimoquintò quęro, quid ſi
dixerint partes {Cõmittimus hãc
54 cauſam iudicio † tuo} reſponden-
dum eſt, talia uerba importare ar-
bitrium boni uiri. ut uoluit Bart.
in extrauag. ad reprimendum. in
verſ.videbitur.glo.in c.trita.xxxv.
q.fin. Anton.& Imol. in dicto c.j.
de conſti. Anchara.in clem. ſæpe.
de verbo.ſignific.Bald.in l.uolun-
tatis.col.ii.C.de fideicommiſſ. Ra
ph.& Imol. in l.ſi ſic. ff. de leg.j.
Bald. in l. uendẽdis.col.ij.C.de cõ
trahend.empt.Vide Ang.& Bene-
dict.de Plumbi.in l. Thais. §. Lu-
cius.ff.de fideicommiſſar.liberta.
¶Vigeſimoſextò quęro, quid ſi di
55 catur {Procedãt arbitri† ſecũdùm
cor ſuum } dicas ꝙ importabunt

liberam voluntatem ſecūdùm Fe-
lyn.in d. c.j. nu.xcij. de conſtitut.
¶Vigeſimoſeptimò quæro, quid
ſi dictum fuerit {procedant arbi-
56 tri præuia † ratione.} dicit Imola in
c.ex inſinuatione.poſt Ant.de Bu
tr.extra de reſcript. quòd eo caſu
uerba prædicta ſonabunt in mo-
nitionem.
¶Vigeſimooctauò quæro, quid ſi
dictum eſſet{faciant arbitri ſecun
57 dùm libitum † ſuum} liberam eo
caſu talia uerba importabunt vo-
luntatem.ut uoluit Ioan. de Imo.
in d.l.ſi ſic.ff.de leg.j.Barto. in ex-
trauag. ad reprimendum. in §. ui-
debitur.
¶Vigeſimonono quæro, quid ſi
diceretur{procedat arbitri ſola fa
58 cti † ueritate inſpecta} uidendum
eſt de hoc quod dixi i §.vii. gl.iiij.
¶Trigeſimò quæro, quid ſi dice-
rent compromittentes{committi
59 mus † cauſam arbitrorum diſcre-
tioni} boni uiri arbitratum eo ca-
ſu illa uerba deſignabunt. ſecun-
dùm Anton.de Butr. in c.cùm in-
ferior.de maior.& obed.& in d.c.
j.de conſti. Abbas Panormit.in c.
c.cùm autē. de iure patron. Ioan.
de Imol. in c. eccleſia ſanctæ Ma-
riæ.in fin.de conſtit.& Felin.in d.
c.j.nu.lxxix.extra eo.tit.
¶Trigeſimoprimò quæro, quid
ſi dicerent partes?{faciant arbitri
60 ſecūdùm † eorum beneplacitum?}
Tu reſponde, quòd idem boni ui
ri arbitrium importabunt. ut do-
cuit Bald.in l.fi.§.j.C. communia
de leg.Abb.Panor.in c.uerum. co
lum.ij.de for.compe.
¶Trigeſimoſecundò quæro, quid
ſi dictum erit faciant arbitri ſecū
61 dum † eorum imperium? } dicēdū
quòd eo caſu uti poterunt iuris ri
gore.c.gradibus.xxxv.q.viii.Felin.
in d.c.j.nu.xciiij.de conſti.
¶Trigeſimotertiò quæro, quid ſi
dicatur{procedant arbitri ſecun-
62 dùm † ſpiritum ſuum?} dicendum
eſt eo caſu nō importare liberam
uoluntatem, ſed regulatam ratio-
ne.c.ſicut in ſacramentis. de con-
ſecrat. diſtinct. iiij. Ioan. And. &
Geminia. in c. fundamenta. de e-
lect. in vj. Cataldinus de Viſo in
rep.l.nec quicquam. §. ubi decre-
tum.ff.de offici.proconſ.& leg.
¶Trigeſimoquartò quæro, quid
ſi dixerint{ faciant arbitri ſecun-
63 dùm † eorum liberam facultatem}
licèt eo caſu per talia uerba, libera
ſignificetur uoluntas, intelligetur
tamen ſeruato ordine iuris. auri-
ga meus Alexand.in l.ſi ſic.nu.vij.
ff.de leg.j.Felin.in d.c.j. nu.lxxvij.
de conſtit. qui retulerunt ita te-
nuiſſe Bald.in c.j.§.fin.de pace iu-
ra.firm.in vſibus feudalibus.
¶Trigeſimoquintò quæro, quid
64 ſi dicerent{faciant iuſtitiam † arbi
tri,} per talia uerba includetur de-
cidendi poteſtas. Dominic. in c.
quoniam.de immu. eccleſ. lib.vj.
Ancharan.in c.in præſentia.de pro
batio. Idē Petr. de Anch. & Ioan.
de Imol.in clemen. auditor.de re-
ſcript.& nonnulla alia Felin.in al

legato c.j.nu lxxxij.de conſtit.

¶ Trigeſimoſextò quæro, quid ſi
65 dictum eſſet, † ſ faciāt arbitri quid iuris?}eo caſu poſſent arbitri decidere omne dubium, quod oriretur ex puncto, ut uoluerunt Angel.& Imol. in l.fundum ſub conditione.§.ſtichus.ff.de leg.j. idem Angel. in l. eius qui in prouintia. ff. ſi cert. peta. ubi dicit per talia uerba nedum in principali, ſed etiam in appendiciis poſſe procedi.ſim ile dicit in l. quærebatur. ff. de teſtamen.milit. Moderni. in c. intimaſti.col.ij.de appellatio.

¶ Trigeſimoſeptimò quæro, ſi in compromiſſo dictum ſit, { quòd
66 partibus † abſentibus poſſint arbitri ſententiam ferre}an ferant ſententiam ipſis nō citatis? Vide Hippolyt. de Marſil. in ſingu. clxxiii. fiunt. & dixi latiſſime infra. §. iij. glo.iiij.q.xviij.

¶ Trigeſimooctauò quæro, an ſi partes dixerint{quòd arbitri poſ-
67 ſint lædere † in magna, & parua quantitate,}an per talia uerba intelligatur ſublata reductio ad arbitrium boni viri ? latiſſimè dixi infra.§.vii.gloſſ.ij.q. ultima.

¶ Trigeſimononò quæro, an partes poſſint inter ſe facere, & concordari, quòd compromiſſum nō
68 poſſit † reduci ad arbitrium boni uiri,& an eo caſu tale compromiſſum ualeat ? Hæc quæſtio eſt adhuc ſub iudice,& tot reportat ſententias, quod per ora uolitat,& diſcurrit, ut dicit Abb. Panor. in c. quintauallis. nu.xxxii. de iureiur. ubi nonnullos remiſſiuè allegat. & Phil.in conſil.lx.colu.ij. dicit ꝙ non eſt dare clauſulam, per quam tollatur reductio. Quinimmo Curtius Iunior in conſil.lxxix. nu.iiij. dicit communem opinionē eſſe, talem renunciationem nullo modo ualere. & probatur optime in d.c.quintauallis.Salicet. poſt Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſoci.& uoluit Bald.in l.pen. C.de arbit.Ang. in diſputatio. incip.duo ad inuicem litigantes. circa finem.

¶ De hoc latiſſimè videas Ludo. Roman. in conſil. ix. Quòd pars condemnata. Anton. de Butr. in conſi.xxiiij.quæſtio hęc dubia.vbi dicit quòd ſemper conſiderantur gradus læſionis, ad hoc ut uideri poſſit an talis renunciatio teneat. Vide Felin.in c.fin.nu.ii.de maiorit.& obed.Robert. Marant.alios allegantem in Specu. Aur.in verſ. appellatio.nu.cxv. & habetur per Ioan. Baptiſt. Villalob. in tractat. opinion. commu.in §.arbiter.nume. cxxxvj. & ego etiam latè dicā de hoc infra §.vii.glo.ij. & §. viij. gloſſ.j.

¶ Quadrageſimò quæro, an litigātes in compromiſſo doli exceptio
69 ni renunciare † poſſint? Dicendum eſt breuiter, quòd non, ex quo dolus futurus remitti non poteſt. ut not.in l.ſi unus.§.illud. ff.de pact. quia daretur materia delinquēdi. arg.l.cōuenire.ff.de pact. dotalib.

&

& in terminis ita cõſuluit Bartho lom.Socin.in conſi.cxxi. in cauſa redemptionis.col.pen.uerſ. ita di co.vol.iij.

¶ Quadrageſimoprimò quæro, quid ſignificabit ſi partes dixerint in compromiſſo (quòd poſſint ar
70 bitri ſeparatim † pronunciare. de hoc latè Bartho.Socin.in conſilio liiij.abundè,& ſubtiliter.colum.j. uerſ.primus.& iterum.uerſic.tertius autem.vol.j. dixi infra in §.v. glo.i.q.viii.

¶ Quadrageſimoſecundò quęro, an per partes non obſeruanti cõ
71 tenta† in compromiſſo poſſit pecuniaria pœna ſtipulari? Quod ſic tenuit Ioan.Petr.Fer.in pract.forma libelli, quo agitur ad pœnã cõpromiſſi.§.in pœna & ſub pœna. & uoluit Alexand. in conſil. cxix. Quæritur an dicti arbitri.col.ante pen.uerſ. circa tertiam dubitatio
72 nem.vol.ij.& quomodo† committatur talis pœna conuentionalis. uide Ferrarium ubi ſupra, Alexan. in conſi.cxxxij.nu.j.volu.ii. Corn. Peruſin.in conſilio ſuo cccxxii. in præſenti conſultatione. litera. m. vol.iiii. ubi etiam dicit cui ſit applicanda talis pœna conuentionalis. ¶ An autem à tali pœna compromiſſi excuſetur quis ex aliqua
73 cauſa iuſta?† quòd ſic, tenuit Ioan. Andr.in apoſtill.ad Spec. in titul. de arbit. §.fin. uerſic. Item quid ſi compromiſſum. Bald. in l.contra maiores. in ultimis uerbis. C. de inofficio.teſt.& in l.qui cum tutoribus.ff.de tranſact. & in l.fin. C. de arbitris.& in l.non ſolum.ff.de rei uend.& Ange.in l.qui Romæ. §.duo fratres.ff.de verb.obliga. & uoluit Alexand.in cõſi.xcvj. viſo, & opportunè conſiderato themate.nu.xx.vol.vi.

¶ Quadrageſimotertiò quæro an partes poſſint arbitris poteſtatem
74 † dare, pluries corrigendi ſententiam, ſeu laudum? dicendum eſt quòd partes poſſunt iſtud facere, ut uoluit alia plura allegans Franciſc.Marc.in deciſion.Delphinat. 547.quæritur quando.nu.xxi.volu.i.tetigi infra.§.iii.gl.iiii. q.xiiii.

¶ Quadrageſimoquartò quæro, an partes poſſint ſimul conuenire quòd arbitri non poſſint ſen
75 tentiam† pronunciare ſine conſilio Carauitę, uel Follerii doctoris, uel ſine conſilio, aut cum conſilio ſapientis? dicendum eſt primo caſu compromiſſum factum nõ valere.text.eſt clarus in l.itẽ ſi vnus. §.item Põponius. ff.de arb.& notat in c.cùm in ueteri. de electio. & in c.innotuit.de arbit.& tenuit hoc Bald.in l.i.§.ſi plures. ff.de exercito.act. Angel. in l.illa inſtitutio.ff.de hæred.inſt.Innocen.in c. ſi pro debilitate. extra de offici.& poteſta.iud.deleg.

¶ Secundo uerò caſu, quando di
76 ctum eſſet, quòd† pronunciare habeant ſecundùm conſilium ſapiẽtis, nullo ſapientis nomine expreſſo, aut manifeſtato, & tunc tale cõpromiſſum ita factum ualebit. Ita

cenſuerunt Barto. & Bald.in d.§. ſi plures.per tex.in d.§.˙tem Pomponius. Angel. in d. l.illa inſtitutio.& Lãfran.Oria.in tract. arbit. §. compromiſsum. uerſic. multis uariiſque.

¶ Quadrageſimoquintò & ultimò quæro, an arbitri electi poſ-
77 ſint uices ſuas † alteri delegare? breuiter quòd non, eſt tex.in l.nõ diſtinguemus.§.quæſitum.ff.de arb. uoluit Raphael Fulgoſ. in conſil. cxliiii.ſyndici communis.col.i. in primo dubio.Abb. Panormi.in c. cùm à nobis.nume.i. de arb. in c. Raynaldus.nu.iii.de teſtament.& voluit Ioan.Baptiſt.Aſinius.in l.i. in princip.nu.cliiii. ff.de religioſ. & ſumpt.fun. & dixi etiam infra. §.iii.glo.iiii.q.xxxvii.& per iſta ſit expedita iſta gloſſa ad laudem Dei omnipotentis, beatorum Michaelis Archangeli, Catherinæ, & Magdalenæ. Oliueti die j. Martij. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

§. III.

Qui arbitri iurare debeant, ad cognitionẽ ipſius cauſæ proceſſuros, ipſam ueritatem, & Deum prę oculis habentes, debeantque cauſam ipſam per ſentẽtiã terminare intra duos menſes, ſi fuerint concordes.

¶ SVMMARIVM.

1 *Omnis doctrina ex præexiſtenti fit cognitione.*

2 *Vniuerſalis cognitio, ſemper præcedit cognitionem propriam.*

3 *Inchoandum à notioribus nobis.*

4 *Vniuerſales propoſitiones ſunt omnium ſcientiarum principia.*

5 *Quæſtio omnis debet a diffinitione proficiſci.*

6 *Diffinitio quid eſt? nu.7.*

8 *Diffinitiones diſcendi cauſa fiunt.*

9 *Arbitrium quid eſt? ex Goffred.*

10 *Iudex laboret ad inueſtigandam veritatem.*

11 *Criminalis quæſtio compromitti nequit.*

12 *Arbitrium quid? ex Speculat.*

13 *Arbitrium quid? ex Azone.*

14 *Arbitrium quid? ex Hoſtienſe.*

15 *Arbitrium quid, iterum ex Speculatore.*

16 *Arbitrium quid, ex Lanfranc.*

17 *Arbitrator procedit nullo iuris ordine ſeruato.*

18 *Arbitrator eſt quidam tertius, ac mediator, & proxeneta.*

19 *Diffinitio omnis, cum diffinito conuertenda.*

20 *Deſcriptio conſtat ex genere, & proprio.*

21 *Arbiter eligitur ut iudex.*

22 *Arbiter eſt ille, qui de conſenſu partium eligitur, & in eum compromittitur ſub ſtipulatione pœnæ.*

23 *Arbitrator eſt ille qui habet procedere nullo ſeruato iuris ordine.*

24 *Clauſula, quòd ſententient de iure tantùm, quid operabitur.*

25 *Arbitrator poteſt tranſgredi ius ſaltem in minima re.*

26 *Coram arbitro non poteſt omnino relaxari ordo iudiciarius.*

27 *Ordo iudiciarius non fit coram arbitratore.*

28 *Inſtantia quanto tempore finitur coram arbitro.*

29 *Intellectus l properandum.C.de iudic.*

30 *Solemnitates auth offeratur C.de lit conteſt. an ſeruentur coram arbitro.*

31 *Arbitrator eſt quidam amicabilis compoſitor, & cognoſcit de plano.*

32 *Arbitrator procedit ex bono, & æquo.*

33 *Arbitri electi vigore huius pragmaticæ dicũtur arbitri iuris.*

34 *Rex eſt lex animata in terris.*

35 *In Regno ſuo poteſt tollere legem communem.*

36 *Rex quilibet in ſuo Regno iura facit.*

37 *Rex quilibet in Regno ſuo æquiperatur Imperatori.*
38 *Lex facta à Rege in Regno ſuo, lex eſt.*
39 *Quæ dicuntur de Imperatore, habent locum in Rege.*
40 *Romuli leges latæ.*
41 *Numa Pompilius leges tulit.*
42 *Rex in Regno ſuo poteſt donare feuda nobilia quaternata, & caſtra.*
43 *Rex plus iuris habet in regno, quàm Imperator in Imperio.*
44 *Reges omnes in Regnis ſuis pleniſſimam habent poteſtatem.*
45 *Regib⁹ ſuprema poteſtas data de iure diuino.*
46 *Rex Siciliæ liber eſt ab Imperio.*
47 *Rex Siciliæ eſt monarcha in regno ſuo.*
48 *Pragmatica quid eſt.*
49 *Senatus iura condere poteſt.*
50 *Rex ſolus abſque ſenatu iura facit.*
51 *Vicerex, ſeu Prorex in præfecti prætorio locum ſucceſſit.*
52 *Arbitri iuris æquiperantur iudicibus delegatis.*
53 *Arbitri iuris quare.*
54 *Omnia diſpoſita in arbitris iuxta c. ſuſpitionis. de offic. deleg. procedunt in arbitris iuris.*
55 *Arbiter dicitur medius ex Ariſtot.*
56 *Nemo dat, quod non habet.*
57 *Priuatorum conſenſus iuriſdictionem non tribuit.*
58 *Arbiter an puniat teſtem dicentem falſum coram ſe. nu. 62.*
59 *Arbitri qui eliguntur ex neceſſitate, habẽt iuriſdictionem ordinariam à iure.*
60 *Lex etiam tribuit iuriſdictionem ordinariam.*
61 *Arbitri iuris habent iuriſdictionem delegatam, & funguntur vice delegatorum.*
63 *Arbitri electi ex diſpoſitione iuris dicuntur iudices delegati.*
64 *In arbitros electos ex forma ſtatuti, transfunditur iuriſdictio prioris iudicis.*
65 *Promiſſio de iudicio ſiſti, & iudicatum ſoluendo facta coram aſſeſſore operabitur uirtutem ſuam etiam coram arbitro.*
66 *Arbitrator non eſt iudex.*

GLOSSA I.

Qui arbitri.

QVVM in lege, ſeu pragmatica noſtra de longa arbitri, arbitrorumque materia loquamur, non erit abſurdum obedire Ariſtoteli lib. j. Poſteriorum j. ubi dicit quòd omnis doctrina, omniſque diſci-
1 plina † ex præexiſtenti fiat cognitione. cùm igitur in textu noſtro promiſcue, & uniuerſaliter de ipſis tractetur, antequàm ad vniuſcuiuſque rei, ac quæſtionis huius materiæ cauſam pertractandam deueniremus, de iſtis tanquã principiis in uniuerſali cognitionem præcedentem, ac præludiam demonſtrabimus, quandoquidem
2 uniuerſalis † cognitio ſemper debet præcedere cognitionem propriam, ut docuit Auerroes vii. Phyſicorum xx. & in ij. de anima. c. j. & ij. de generat. c. lj. & ĩ proœ. lib. vij. Phyſicor. & eo. libro. comẽto. lvij. vniuerſalia enim prius sũt uerificanda. Voluit Ariſtot. in primo de partibus animalium. c. iiij. ab vniuerſalibus enim debet tractatio initium capere. Ariſtoteles in j. poſte. text. cxxxiiij. Vbi etiam
3 † dicitur, quòd à notioribus nobis eſt inchoandum, notiora autem dicuntur nobis uniuerſalia, dicit Auerroes in j. Metaphyſices xxxj.

&

& ideo ipſa vniuerſalia præponamus, uniuerſales enim propoſitio
4 nes † ſunt omniũ ſcientiarũ principia, ut dicit idem Auerroes iij. Metaphyſ.comẽt.iiij. qua vniuerſali propoſitione facta, facilior habebitur eorum, quæ hic tractaturi ſumus, notitia: rerum namque cognitio non fit niſi ex cognitione principiorum. Ariſtot.& Auerro. in iij.cæli xxx. & in j. Phyſicorum j. Videbimus igitur arbitrii diffinitionem, ſeu mauis deſcriptionem, ſequendo præceptum Ciceronis.lib.officiorum.j.inquientis,
5 omnem orationem debere † à diffinitione proficiſci, ut quid ſit id de quo diſputetur, intelligi poſſit.placuit & Boethio Seuerino in lib.j.Topicorum.Ciceronis.comẽto. ij. ubi dixit quòd nunquã poteſt quis diligenter diſſerere, niſi quale ſit id iudicauerit, quod in diſputationem ſumitur, nam & diffinitio (authore Platone) quid
6 ſit id de quo agit, † oſtendit quàm breuiſſime: quia ut dixit Ariſtoteles in ij.Poſteriorum xliiij. diffinitio eſt oratio ipſius quid eſt, uo-
7 lens † nobis ſignificare quòd eſt oratio oſtendens quidditatem, & eſſentiam illius rei, de qua tractatur, quia facit nobis acquirere illius rei ſignificationem ut dicebat Auerroes in ij. Poſteriorum. c.xlv. inde dicebat idem Ariſtoteles in j.Topicorum iiij. quòd diffinitio eſt oratio, quòd quid eſt eſſe ſignificans. Ioannes Cæſar ius in ſua dialectica.in tract.viii.& Boethius in lib.de diffinitione, dicit, diffinitio eſt oratio cuiuſcunque rei ſubſtantiam demonſtrans, ac ea quidditatem rei demonſtrans. ut uoluit Franciſc. de Aretio.in l. moribus.col.ij.uerſ. ſecundò nota argumentum. ff.de uulg. & pupill. Michael Calidonius in rep.rubric.extra de iudic. nu.101.diffini-
8 tiones enim diſcendi cauſa facimus, † ut uoluit Ariſtotel. in v.Topicorum.c.j.quæ diffinitio eſt ſermo cuius compoſitio eſt cõditionis ad intellectionem diffiniti per res ſubſtantiales, quibus eſt ſui cõſiſtentia & opera, ut docuit Auerroes in epithomat.logicalib.c.iiii. ideoque arbitrii diffinitionẽ ſubnectam, quæ talis eſt.

¶ Arbitrium eſt trinus actus perſonarum ſuper ciuili queſtione in quaſi iudicio contendentiũ.Hanc diffinitionem tradidit Goffredus
9 de Trano † in ſumma tit. de arbitr.in prin. & poteſt iſta diffinitio quodammodo approbari. Primò enim iudex ad inueſtigandam ue-
10 ritatem laborare † debet.c.iudicantem. xxx.q.v. actor ad intentionẽ, & amplificandam cauſam: reus autem ad extenuationẽ, & ad cauſam diminuendam.ut in c.i.iiii.q. iiii. dicitur in diffinitione, ſuper ciuili quæſtione ad differentiam
11 criminalis, quæ cõpromitti † nequit, (quod quomodo procedat infra dicetur, & patefactum eſt in §.ii.glo.i.ubi latè diximus).dicitur

in

in diffinitione, in quaſi iudicio cō
tendentium, ex quo iudicium ar-
bitrorum non dicitur uere iudi-
cium, quia arbitria ſunt redacta
ad inſtar iudiciorum. ut in l.j.ff.de
arbitr. adeo quòd non uere dici-
tur iudicium illud arbitrorū, ſed
dicitur tantummodo quaſi ſimili-
tudinariè, quia in multis differūt
arbitrium & iudicium, ut infra
dicetur.

¶ Secunda diffinitio traditur per
12 Speculat. † in titu. de arbitr. §. j. in
princip. vbi dixit referens ſe diffi-
nitioni Hoſtienſ. ſumma eod. titu.
§. quid ſit arbitrium. ubi poſt In-
nocē in c. quintauallis. col. ij. extra
de iureiuran. dixit quòd arbitrium
eſt cauſa in dicendo poſita volun-
tariè, & recepta. Nec eſt neceſſe, di
cit ubi ſupra Innoc. apponere pœ
nam in compromiſſo, quia ſuffice
ret etiā ſine ſtipulatione & ad ob-
ſeruantiam ageretur, ſiue arbitrij
ſtipulatione, ſiue condictione ex le
ge. ut in c. dilecti. extra de arbitr. &
ita reſidet Innoc.

¶ Tertiam diffinitionem tradidit
13 Azo in ſumma. † arbitriū eſt cau-
ſa in dicendo iure uoluntariè poſi
ta, cum certarum perſonarum in-
terpoſitione, ſcilicet arbitri, acto-
ris, & rei, & hanc retulerūt etiam
Goffred. de Tran. & Hoſtiē. ubi ſu-
pra, quæ uidetur conuenire cū pri
ma diffinitione ſuperius tradita.

¶ Quarta, & ultima traditur diffi-
14 nitio per Hoſtienſ. † ubi ſupra, vi-
delicet arbitrium eſt poteſtas vo-
luntariè data alicui, & recepta ad
pronunciandum in lite, pro ut ar-
bitro uiſum fuerit, aliquando pœ-
na uallatum, & certis terminis li-
mitatum. quę licèt lōga ſit nimis,
& anxioſa, probatur tamen in l.
diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. &
in l. j. C. eod. titu. c. ii. extra eod. tit.
l. non diſtinguemus. §. de officio.
ff. eod. titu. & c. cum dilectus. extra
eod. tit. ideo dixit uoluntariè, quia
a principio non fit neceſſariò. l. iij.
§. tametſi neminem. ff. eo. ideo di-
xit in lite ſcilicet ciuili, ad differen
tiam criminalis. C. de tranſac. l. cau
ſas, & lites. & infra dicetur, & alia
uerba in diffinitione poſita per eū
ibidem declarantur.

¶ Alia arbitri diffinitio traditur
15 per † Specu. in titu. de arbit. §. j. in
princip. ubi dicit quòd arbiter eſt
qui de partium uolūtate eligitur,
& in eum ſub pęna, & pignoribus
compromittitur. quæ arbitri diffi-
nitio relata à Lanfranc. de Oria. in
tract. de arbit. §. in princip. ubi di-
cit, ſibi non placere, ex quo conue
nit arbitratori, nō ſolùm arbitro,
qui maximè differūt, ut per diſcur
ſum infra latius demonſtrabitur
Deo auſpice. ex alio etiam Lanfrā.
non placet talis arbitri diffinitio,
ex quo arbiter ſine pęna, & pigno
re eſſe poterit, ut ſupra dictū eſt.
& not. in l. cum antea. in princip.
C. de arbitr.

¶ Vnde ipſe Orian' aliam uoluit
tradere diffinitionem, quòd arbi-
16 ter eſt, † qui partes iudicis ſuſcipit

in co-

in cognoſcendo,& pronũciando,
ex poteſtate ſibi per partes conceſ
ſa. quæ diffinitio probatur in l. ſi
de meis.ff. de arbitr..& ponuntur
uerba, qui partes iudicis ſuſcipit,
ad differentiam arbitratoris, qui
17 procedit nullo† iuris ordine ſerua
to. notat Innoc.& Bald.in c.quin-
tauallis.extra de iureiur. Specu.in
titu.de arbi.§.j. cùm arbitrator ſit
quaſi quidam tertius mediator,&
18 proxeneta ad cõponendum † in-
ter duos adhibitus. uoluit Bart.in
l.fi.ff.de var. & extra ord.cog.hæc
dicta ſufficiãt,quo ad arbitri,& ar
bitrij diffinitiones,non quòd iudi
cẽ eas ueras eſſe iuxta Philoſopho-
rum ſcholas, ac ſuſtẽtari rectè poſ
ſe, quandoquidem deſcriptiones
non diffinitiones nominabo,cùm
neceſſariũ ſit primò diffinitionem
19 omnem cum ſuo diffinito † con-
uerti debere.docuit Auerroes.viij.
lib.Phyſicorũ.tex.& cõmen. xxvij.
inde dicitur quòd diffinitionis cõ
ditio neceſſaria eſt ut conueniat e-
tiam contento ſub diffinito, apud
eundem Auerroem in commento
magn.ij.poſteri.tex.& com.lxxxij.
& è noſtratibus teuuit Bartol.in l.
i.§. dolum.ff. de dol. & in l.i.ff.de
teſtam.Ioan. Neuiza. in ſylua nu-
ptial.§.non eſt nubendum.nume.
clxxii. ideoq; cùm nulla ferè ĩ iure
ſuſtentabilis eſſet logicis,ac philo-
ſophicis regulis agitata, maluerũt
prudentes noſtri in nonnullis de-
ſcriptionis potius quàm diffinitio
nis nomine vti, cùm ipſa ĩ iure ſit
periculoſa.l.omnis diffinitio.ff.de
regu.iur.difficilius nanque eſſet in
iure, & genera, & differentias de-
monſtrare, quibus ipſa diffinitio
componitur. Ariſtote.in i.Topico
rum.cap.vii.propterea in iure hoc
20 †deſcriptionis nomine vtimur.do
cuit Pet.Andr. Gammarus in dia-
lectica leg.lib.i.c.de loco a diffini-
tione. eo modo igitur deſcriptio-
nes eſſe poſitas ſat ſit iuxta docto-
rũ legitimę ſcientiæ modulos,qua
rum medio nobis ſufficiat notum
eſſe, quid ea ſignificent ut iuriſtæ.
relicto de ea uera diffinitione ſatis
locutos fuiſſe,dũ in logica,& phi-
loſophia uerſaremur iuxta illud,
cùm eram paruulus, loquebar ut
paruulus,& de iſtis hæc dicta ſuffi
ciant.

¶ Secundò quæro, quid differt
arbiter ab arbitratore ad hoc ut
compromiſſa diſcerni ualeant? re-
ſpondet Innocẽ.in c.quintauallis.
col.ii. uerſicu. item nota differen-
tiam.extra de iureiur.dicens quòd
21 arbiter eligitur ut iudex, † ut ſcili-
cet procedat in ſubſtantialibus ſer
uato ordine iudiciario,& litem di
rimat coram ſe cœptam, uel corã
alio ſecũdùm ordinem iudicii ſer-
uatum, licèt poſſit eam redimere
ſi uult,& etiam iniquè. l.i.& l.qua
lem.l. diem proferre.§. ſtari.ff. de
arbit.noluit Abb.Panor. in c.cùm
dilectus.nu.iiii.de arbi.& iſte eſt il
le arbiter,qui de partium conſen-
ſu eligitur,& in eum compromit-
22 titur † ſub ſtipulatione pœnæ.do-

cuit

cuit Specul.in titu.de arbitr.§.j.in princip.Barto. in l.ſi quis arbitratu. nu. vii. ubi Vdalrichus Zaſius. num.xxix.ff.de uerbo.obliga.idem Barto.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.nume.vii.ff.pro ſocio. tenuit etiam Iaſon in §. omnium.nu.xii. uerſicu.quidam ſunt arbitri compromiſſarii.Inſtitu.de actio.& Alexand. in conſil.xiii. ex his quæ in themate.col.ii.uerſi.& licèt quandoque. volu.i.

¶ Arbitrator uerò eſt quidam amicabilis compoſitor, qui habet dirimere litem de facto potius, quàm de iure, & ſine aliquo iuris ordi-
23 ne,†ut in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.& in l.inter poſita.ff. pro ſocio.& notatur in d.l.ſi quis arbitratu.& in §.precium.Inſtitu. de emptio.& uendit.uoluit idem Innoc. in d.c.quintauallis. col.ij. extra de iureiuran.Specul. in d.§.i.uerſicu. arbitrator. Bart.& Zaſius in d.l.ſi quis arbitratu. idem Barto.in d.§. arbitrorum. Iaſon in d. §. omniũ. nu.xiiii.Inſtitut.de actio. Alexand. in d.conſil.xiii.ex his.col.ii.uerſic. præterea.uol.i.inde dicebat Franc. Aret.in d.l.ſi quis arbitratu.quòd licèt in cõpromiſſo dicatur, quòd cauſa cõpromittitur in talem ut arbitrum, & arbitratorem : tamen dicit quòd ſi adiiciatur clauſula {Quod ſententiet de iure tan
24 tùm}tunc erit arbiter, † & illa uerba, & ut arbitratorem, ſolùm ſignificant, ut procedat iuris ordine nõ ſeruato, ea ratione, quia quòd ſententiet de iure, conuenit arbitro, non arbitratori, quia eſt cõtra naturam arbitratoris quòd de iure teneatur ſententiare, tũc enim nihil haberet arbitrari, & ea eſt eſſentialis, ac formalis arbitri, & arbitratoris differentia, quia arbitrator videtur aſſumi ut iudicet non ſecundùm ius tantùm, ſed ſecundùm ſuum videre, & poſſet partem vnius ſaltem modicè alteri dare, & ſic ſententiando poſſet tranſgredi ius ſaltem in minima
25 † re. no.in l.ſi de meis.§.recepiſſe. ff.de arbi. cum qua opinione concordant Anto.de Butrio. & Ioan. ab Imol.in d. c. quintauallis. & ex eo videtur iſta differentia, quia arbiter ad inſtar iudicis, & in eius locum aſſumitur.l.i.ff.eod. titu. & ideo ut iudex habet procedere iuris ordine ſeruato, & hac de cauſa Franciſ. Areti.in rep.dictæ l.ſi quis arbitratu . dixit quòd coram arbitro nõ poteſt omnino relaxari or-
26 do † iudiciari⁹, quominus fiat qualis qualis petitio, detur dilatio, cognoſcatur de cauſa, & alia, quæ ita facere debet iudex.clemẽ. ſæpe.de verbo.ſignifi. tenuit etiam Petrus Philipp.Corn. in conſil.clxxvii.in hac re aliàs conſului.litera b. la ii. vol.ii.dicens quòd nullus ordo iudiciarius coram arbitratore eſt ſer
27 uandus† ex dictis per Inno.in d.c. quintauallis.hinc ibidem dicit Abba.Panormit.quòd quaſi inſtantia
28 coram arbitro finitur triennio†de iure ciuili, pro ut finitur coram iu

dice,

dice,& hoc poſt litem conteſtatã,
quia l.properandũ.C.de iud.præſt
gens metam diſtantiæ coram iudi
29 ce,loquitur † poſt litem conteſta-
tam,uoluit Imo.in d.l.ſiquis arbi-
tratu.& Salic.in l.j.C. de arbitr. &
ideo arbiter procedere,aut ſenten
tiare nõ poteſt,niſi ſeruatis ſolen-
30 nitatibus de quibus † in auth.offe
ratur.C. de litis conteſta.& uoluit
Ang.in conſil.cxcviij.teſtator.col.
ij.uerſicu.& uidetur dicendum.&
hinc eſt quòd arbitratores largio-
res habent habenas,quàm arbitri,
uoluit Ange. in conſil. cclxxij.pri-
mus punctus.col.vlti.uerſic. hinc
reſpondeo.Et quòd arbitrator di-
31 catur † quidam amicabilis compo
ſitor, & cognoſcat de plano, uo-
luit Ludou. Roma.in conſ.ccxcix.
in propoſita cõſultatione. nu. ij.
& nu.ix. & arbitratores redigũtur
ad inſtar proxenetarum,ut per no
tata in d.§.recepiſſe. dixit Franciſ.
Marcus in deciſ.Delphi.ccccxliij.
quæritur quid iuris. nu.i.uol.i.uo
luit Robert.Maran.in Specu.Au-
reo.iiij.parte.xiiij.diſtinct.nu.ij.&
dicit etiam Bartho.Soci.in conſil.
clx.in præſenti conſultatione.col.
fina.vol.ij. quòd arbitratores pro-
cedunt ex bono, & æquo omiſſis
32 † iuris apicibus.
¶Tertiò quęro,an arbiter electus
vigore huius pragmaticæ, dicat᷑ ar
biter, uel potius arbitrator,uel cu
ius dicat᷑ ſpeciei? Huic quæſtioni
breuiter reſpondetur, quòd iſti ar
bitri, qui eliguntur vigore huius
33 pragmaticæ,dicuntur † arbitri iu-
ris,quia arbitri,qui de iuris neceſ
ſitate habent eligi, dicũtur arbitri
iuris,de quibus loquitur text.not.
in c.ab arbitris.de offic.& poteſta.
iud.deleg.lib.vj.ubi etiam per Phi
lipp.Franc.Quodq́ue dicantur ar-
bitri iuris,patet,quia neceſſariò e-
ligi debent vigore noſtræ pragma
ticæ, quæ dicitur lex in Regno,
quia quilibet Rex in Regno ſuo
34 dicitur lex † animata in terris,ut in
Auth. de cõſul.& poteſt tollere le
35 gem † communem.c.veniẽtes.ex-
tra de iureiurã.l.princeps.ff.de le-
gib.ideo cùm iſte Rex Ferdinan-
dus eſſet Rex in regno Siciliæ, &
Neapolis, potuit ius facere in re-
36 gno ſuo,quilibet enim Rex in re-
gno ſuo iura facit, † voluerunt
Rayn.de Forliuio.& Bart.in l.om
nes populi.ff.de iuſt.& iure.Mar-
tin.Laudenſ.in tractatu. de princi
pibus.§.cxxxix.incip.Rex, Dux,&
Marchio.& voluit Matth.de Affli.
in proœm.conſti. regni.q.j.num.j.
quodq́ue potuerit, patet, quia
quilibet princeps in regno ſuo,æ-
37 quiperatur Imperatori, † & dici-
tur in regno monarcha, & habet
iura imperialia. uoluit magni no-
minis gloſſator in regni conſt. in
principio proœmij. Vbi dixit ꝙ
lex facta à rege in regno, lex eſt,&
38 pro lege † ſeruanda.ubi etiam idẽ
voluit Andr.de Iſern.per tex.in l.
ij. §. itaque. ff. de origi. iur. inde
quod principi placuit,legis habet
uigorẽ.§.ſed quod principi. Inſt.

de iure nat.gent. & ciui. inde dixit Hieronym.Cagno.in d.l.ii. in princip.nu.xxv. ff. de orig. iur. ꝙ nimirũ ſi reges in ſuo regno poſſunt iura condere, cùm habeant in ſubditos ſupremam poteſtatẽ, etiamſi ab alio regnum teneant. Voluit ante eũ Bald. in prooemio. digeſtorum, & in regno ſuo rex eſt Imperator, & propterea dicta
39 in Imperatore habent †locum in Rege.ut uoluit idem Bald.in l.exẽplo.in fin.C.de probat.& habetur per Philipp.Deci. in rubrica extra de conſtitut.col.ii.Cagno. in l. ſi quis maior.nume.clxv.C.de tranſact. Quòdque reges in regno eis ſubdito leges faciant, ad oculum patet.in l.ii.per totum. ff.de orig. iur. Vbi fit memoria de lege Regia, & in Romulo antiquæ vrbis conditore,& rege demonſtratur,
40 †qui nonnullas leges tulit. ut habetur apud Halicarnaſſeum. lib. ij.tulitq; inter alias leges. Ne quis vrbis mœnia trãſiliret, cuius poſt modum à Remo fratre contẽptę, & non ſeruatæ in fratricidiũ crudeliter declinauit, ut in l. fin. ff.de rer.diuiſ. quamuis potius regnandi cupiditate, quàm pro lege ſeruanda id factum dijudicẽ. tulitq; leges alias, uidelicet, ut filia patri ſuccederet.Vt filius toto vitæ tempore in patris poteſtate ſubditus foret, quem caſtigare, uerberare, operique dare ruſtico,& occidere poſſet. & alias leges nonnullas de quibus apud Aymarum Riualliũ. lib.j.Hiſtoriæ iuris ciuilis. c.iij. & alias paſſim alii romani reges tule
41 runt,ut Numa Pompilius,†& ſucceſſiuè etiam alii, ex quibus patet regẽ in regno ſuo abſque dubio leges facere poſſe,& poteſtatẽ habere, nimirum ſi hæc pragmatica à rege in ſuo hoc regno condita, lex ſit in regno,& pro lege ſeruanda,illa ratione cũ rex dicatur monarcha in ſuo regno,ut ſupra diximus, & ideo rex in regno donare poteſt feuda nobilia quaternata,
42 & caſtra, † uoluit Andr.de Iſer.in c.j.num.xvii.de controuerſ.feud. apud pares termin.& in c.j. num. vii. qui feud. dar. poſſ. in vſibus feudorum.Vbi etiam præpoſitus. col.j.imò ibi Andr.& Præpoſit.dicunt quòd plus iuris habet rex in regno ſuo, quàm Imperator in
43 Imperio,†quia rex regnum tranſmittit,Imperator autẽ non tranſmittit Imperium,quia creatur electione.ut in c.uenerabilem. de elect.& idem Andr.in c.j.nu.iii. de noua forma fidelitat.& Bartholo. Socinus in conſi.lxvii. Viſis inueſtituris. col.ii. uerſ. ſecundò præmittendum eſt.vol.j. & in conſil. clxv.Viſis.col.ii.uerſ. ſecundo.volu.ij.& uoluit Matth.de Afflict.in conſtitut.regni in prooemio. q. j. nu.iiij. & omnes Reges in regnis
44 ſuis†habent pleniſſimam poteſtatem.Voluit Bald.in l.j. ff. de orig. iur.& Barto.in l.in principio. nu. j.ff.quòd quiſque iuris.& ius diuinum conceſſit regibus ſupremam

45†pote-

45 †poteſtatem, uoluit Bald. in l.ius
pluribus. ff.de iuſt. & iur.allegans
illud Ioannis in euangelio paſſio-
nis dominicæ. Non haberes pote-
ſtatem, niſi eſſet data deſuper &
in eo quod dictum eſt, regē æqui-
parari Imperatori in ſuo regno,
nota procedere in Regibus ſubdi
tis Imperio, non autem in Rege
46 noſtro Siciliæ† ſereniſſimo, quia li
ber eſt ab Imperio, & iſte uerè ſuo
47 in regno monarcha eſt, †ut uoluit
Afflict. in procemio conſtitutio-
num noſtrarum.q.j.nu.iiii. & tan
tò magis iſta habent procedere in
regno noſtro, & in iſta pragmati-
ca condita à rege Ferdinando, in
pleno procerum concilio, ac par-
lamento, & in conſiſtorio magna
tum, ac ſapientum regni, pragma-
48 tica enim ea eſt cauſa, † quæ in
principis conſiſtorio cum proce-
ribus palatiū fit. uoluit glo. notabi
lis in c.peruenit.cj.diſtinct.cū cō-
cordantiis quę adducit Cauenſ.in
procemio pragmaticarum. colu.j.
tantò magis cùm iſta pragmatica
fuerit facta in procerum cōcilio,
cum interuentu regis, & conſilia-
riorum ſedentium ad latus eius,
eo caſu dicitur facta per ſenatum,
adeo quòd abſque dubio fieri po-
tuit, & legis habet uigorē, ex quo
49 ſenatum iura condere poſſe, †pa-
lam eſt.not.in l.non ambigitur.ff.
de legib.& ſenat.conſul.cum ſimi
libus adductis per Nicol. Boer. in
apoſt. ad tract. Ioan. Montaigne.
de authoritate magni concilii. nu
me.clxxviij. cum ſeq. vbi plus di-
50 cit ſolum regem abſque, †ſenatori
bus poſſe iura condere, è contra
uerò minime, quæ tanto magis
planiora procedūt in caſu noſtro,
cùm interuenerit Regis perſona,
cum ſenatu. Et ſi ut cotidie ſena-
tus, & Prorex, ſiue Regis locumte
nens, quāto magis Rex ipſe, quia
51 in præfecti prætorio locum†vice-
rex ſucceſſit, qui pro tempore Ro
manorum ſicut iura condere po-
terat, ita & hodie Prorex poteſt.
Notat Ang.in l.apertiſſimi.in pri
mo nota. C. de iudic. Voluit ex-
preſſim Barto. in l.i.nu.i. ff.quod
quiſque iur.voluit D.Carauita. in
comēto pragm. filiorumfamilias.
§.ii.nu.viii. Et ſic redeundo vnde
digreſſi ſumus, dicimus arbitros
electos authoritate iſtius pragma-
ticæ dici arbitros iuris, cùm par-
tes ad hoc cogat, & neceſſitet iſta
lex, facta ab habente legis conden
dæ poteſtatem. Quòdque arbitri
iſti dicantur iuris, & æquiparētur
52 †iudicibus & delegatis, uoluit Ma
rian.Socin.in conſi.xxvii. pro de-
ciſione præſentis conſultationis.
col.iiii.uerſ.ſed termini noſtri.uo
lu.j.Vbi dicit, ꝙ arbiter electus ne
ceſſariò inter fratres ex forma ſta-
tuti ipſum requirentis inter con-
ſortes æquiperātur iudicibus ma-
gis quàm arbitris.per not. in l. cū
ſpeciali.& in l.apertiſſimi.C.eo.ti
tu.uoluit Bartholo.Socin. eius fi-
lius.in conſi.liiii.abūde. in fi. vol.
eo.Iaſon in l.fin. not.v. C.de iudi.

Philipp.

Philipp.Decius in c. cum ſpeciali. in ij.not.extra de appellat. Hieronym.Cagnol.in l.unica.nu.lxiii.ff. ſiquis ius d icen.non obtemp.Idē dixit Abb.Panormita.in c.cùm di lectus.nu.xvii.de arbitr. ubi dicit, quòd illi,de quibus in c. ſuſpicionis . extra de officio delegat. ſunt
53 arbitri iuris,† quia non aſſumuntur ex uoluntate partium principaliter, ſed ex diſpoſitione iuris per dictum c.ab arbitris. Idem dicendum eſt de arbitris electis ex diſpoſitione ſtatutorum , cùm ſit eadem ratio.ut in l.illud.ff.ad leg. aquil.tantò plus cùm pragmatica dicatur ius,& ſic dicentur neceſſitari à iure & eſſe iuris. Ad quod facit,quod uoluit idem Panor.in c. ſuſpicionis. nu.vii. extra de offic. & poteſt. iud. delegat. ubi Felin. Sand.nu.iii.dicit ꝙ omnia quæ ha
54 bent locum in arbitris , † de quibus in dicto c.ſuſpicionis. procedunt etiam in ſtatutariis, & ſic in caſu noſtro per ſupradicta arbitri iſti dicentur iuris. quæ omnia etiā tenuit Robert.Marant.in Specul. Aur.xiii.diſtinct.nu.iij.uoluit etiā Marcus Antonius Blācus in tract. de compromiſſ.q.ij. nu.xxij. & q. vj.nu. j. & magis proprius uoluit idem Maranta in uerſ.appellatio. nu.cclxij. & Arnonius. ꝓblemat. xxv.quæro num.& aliàs ad lōgum conſului. & bene fecit Ferdinandus faciendo talem ordinationē inter coniunctos,inter quos potius æquitate, quàm iure procedē dum eſt,quia iuxta Ariſtot.in iiij. Politicorum. c. iij. arbiter dicitur
55 medius, † & eligitur arbiter ut æquum , & bonum prævaleat, uoluit idem Ariſtotel. in primo Rethoricorum.c.xiij.

¶Quartò quęro an arbitri,ac arbitratores habeāt iuriſdictionem ordinariam , uel delegatam, aut aliquam tātummodo ſimplicem notionē?in qua diſcuſſione ne cōfundamur, & petam⁹ in principium, contra præceptum philoſophi, eſt uidendum primò,quid in arbitris uoluntarijs,demū quid in arbitris iuris,ac poſtmodum quid in arbitratoribus.& iuxta ordinē capiendo primum, puto arbitrum uoluntariè electum per partes nullā habere iuriſdictionem , ex quo cùm ſint facti de uolūtate priuatorum, non poſſunt habere aliquam iuriſdictionem, quia cùm priuata perſona iuriſdictionem non habeat , quę pro ſe non habet aliis dare ne
56 quit, quia nemo † dat, quod non habet.l.nemo plus iuris.ff. de reg. iur.& priuatorum conſenſus iuriſ
57 dictionem non † tribuit.not. in l. priuatorum.C.de iuriſd.omn.iud. voluit Ang.in conſil.cxix.teſtator. Hierony.Cagno.in l.vnica. nu.lxj. ff.ſiquis ius dicent. non obtempe. probatur ex eo,quod uoluit Ang. in repet.l.ſi vacantia.C.de bon.vacan.lib.x.ubi dicit quòd arbiter nō
58 poteſt punire teſtem † dicentē falſum coram ſe , ex quo non habet iuriſdictionem,de quo dicto ſcili

cet an teſtem falſum corá ipſo de-
ponentem poſſit punire, dicam la
tius infra.

¶ Arbitri autem iuris, de quibus
in textu noſtro, qui eligũtur de iu-
ris neceſſitate, dicuntur habere iu
riſdictionem ordinariam a iure,
59 † uoluit Abb. Panor. in c. ſuſpicio
nis. nu. ix. de offic. delega. ex quo iu
riſdictionem habent a lege, ut in
l. cùm ſpeciali. C. de iud. & in c. ab
arbitris. de offi. & poteſt. iud. dele.
lib. vj. licèt poſtmodum aſſerat po-
tius habere delegatam iuriſdictio-
nem, quàm ordinariam. cuius opi
nionis dicit ante eum fuiſſe Inno.
in c. cùm ab eccleſiarum. col. ij. ex-
tra de offic. ordi. ubi nihil aliud di-
xit, niſi quòd lex etiam tribuit iu-
60 riſdictionem ordinariam. † ut in
l. j. primo reſponſo. ff. de offic. eius
cui mandat. eſt iuriſdict. verumta-
men communis opinio eſt, quòd
iſti habent iuriſdictionem delega-
61 tam, & funguntur † uice delegato-
rum. apparet hoc ex uerbis Specu.
in titu. de arbit. §. fin. nu. lxxiiij. uer
ſicu. ſed nunquid arbiter. tenuit e-
tiam Philipp. Franc. poſt Archidia
co. in d. c. ab arbitris. col. j. uerſicu.
in glo. ij. de offic. delega. in vj. idem
Francus in c. legitima. col. ij. de ap-
pellat. in vj. Cardi. Floren. & Ioan.
de Imo. in d. c. ſuſpicionis. ubi etiã
uoluit Felin. num. iij. referens illud
Ange. in repe. d. l. ſi uacantia. C. de
bon. uacan. lib. x. quòd licèt arbitri
non poſſint punire teſtem depo-
nentem falſum coram ſe, tamen
ſecus in arbitro iuris, & electo vi-
62 gore ſtatuti, qa poſſet, ex quo † ha-
bet iuriſdictionem. expreſſim uo-
luerunt Barto. & Bald. in l. fin. C.
de iudic. Philipp. Corn. in conſil.
clxxviij. viſa copia. litera a. vol. iij.
ubi dicit quòd arbitri electi ex di-
63 ſpoſitione iuris, dicuntur † iudices
delegati. per not. in d. l. fin. & in d.
c. ab arbitris. & uoluit idem Corn.
in conſi. liiij. uidetur prima facie. li
tera m. uol. ij. ubi refert dictũ Bal.
in l. ſi iudex nutrici. ff. de his qui
ſunt ſui vel alien. iur. ubi dixit Bal.
quòd arbitri electi neceſſitate iu-
ris municipalis ſuccedunt in locũ
iudicis. Hinc idem Bald. in l. j. C. ſi
quacunq; præd. poteſt. dixit quòd
in arbitros electos ex forma ſtatu-
64 ti transfunditur iuriſdictio † prio-
ris iudicis. & idem uoluit Franciſ.
Aretin. in conſil. lxxxvij. in pręmiſ
ſa conſultatione. col. ij. quòd arbi-
tri electi ex forma ſtatuti, uel iuris
dicũtur iudices delegati, & cogno
ſcunt uice illi⁹ qui cognoſcere de
bebat, ibidem Aret. ſubdens quòd
promiſſio ab aliquo facta de iudi-
cio ſiſti, & iudicatum ſoluendo in
iudicio domini aſſeſſoris, haberet
65 virtutem etiam † coram arbitris,
& ſuum effectum, quoniam pro-
miſſio facta coram iudice ordina-
rio, habet effectum coram delega-
to, qui cognoſcit uice illius. ut in
l. vir bonus. ff. iud. ſolu. uoluit Bar.
in l. cùm apud Sempronio. ff. eod.
titu. & tenuit etiam Hierony. Ca-
gnol. in l. unica. num. lxii. ff. ſiquis

ius

ius dicent.non obtemp.licèt Cur-
tius ibidem dixerit, arbitrum ęqui
perari delegato legis, qui æquipe-
ratur principis delegato, & quòd
arbiter æquiparetur delegato, te-
nuit Felyn.in c.fin.nume.xii.extra
de offic.deleg.ubi reprehendit Ab
batem Panor. in d. c. ſuſpicionis.
qui dixerat, æquiperari iudici ordi
nario, & mala, ac peſſima fuit re-
prehẽſio, ex quo ut ex eius uerbis
apparet, dicit in fine, verius eſſe,
arbitrorum potius æquiperari po
teſtati iudicum delegatorũ, quàm
ordinariorum, è noſtris id uoluit
Rober.Maran.in Specu.Aureo.in
vj.dſtinct.num.xiij.& ita commu-
niter reſident in iſto dubio.
¶ Arbitrator autem non habet ni
ſi tantum modo ſimplicem notio
66 nem, quia non eſt index. † docuit
Innocent. in c.quintauallis. col.ij.
extra de iureiuran. & cùm non ſit
iudex, non poteſt eſſe delegatus,
quia delegatus dicitur eſſe iudex.
¶ Hoc tamen limitarem non pro-
cedere, quando eligeretur arbiter
vigore huius pragmaticę cogentis
compromitti inter coniunctos, ex
quo ſolent in inſtrumento com-
promiſſi idem coniuncti coacti di
cere, compromittunt in talem ar-
bitrum, & arbitratorem; quia tali
caſu dicendo arbitratorem, vide-
retur dici, quòd volunt ut ipſe cõ
promiſſarius procedere poſſit nõ
ſeruato iuris ordine.voluit Innoc.
in d.c. quintauallis. & uoluerunt
Hoſtienſ.& alij ſupra notat.Laus

Deo redemptori noſtro, eiuſque
genitrici, & beatis Michaeli Ar-
changelo, & Magdalenæ. Oliueti.
Die xv.Martij. M. D. LXIX.
Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Arbitri iurant in principio officij.*
2 *An ſi arbitri omittant iuramẽtum, eorum ſen tentia ſit nulla.*
3 *Verbum debet, importat neceſſitatem.*
4 *Non curamus modum, dum habeamus intentum.*
5 *Teſtes coguntur ad iurandum per capitaneũ, & officialem loci non per arbitros.*
6 *Arbitri citant compromittentes ipſas partes.*
7 *Teſtes deponentes falſum coram arbitris, an ab ipſis, vel à iudice ordinario puniantur.*
8 *Clericus deponens falſum coram iudice laico an ab ipſo puniatur.nu.9.*
10 *Arbitri an imponant multam?*
11 *Arbitri an poſſint deferre iuramentum in litem, ſeu ſuppletorium?*

GLOSSA II.

Ad cognitionem ipſius cauſæ proceſſuros.

ET ſic arbitri ele-
cti vigore, & au
thoritate prag-
maticæ nr̃æ de-
1 bent prępſtare tiu
ramẽtum, ut in
textu noſtro pro
poſito, ſicut etiã in primordio of-
ficij præſtatur ab officiali.ut in Au
thẽ.iuſiurandum, quod præſtatur
ab his.per totum.
¶ Primò igitur quæro, an ſi omit

tatur tale iuramentum, ſententia
2 ab arbitris † lata teneat? uel ſit nul
la? quod ſit nulla ex quo ordo iu-
ris ſeruatus nõ fuit, probatur per
l.quoties.ubi Accurſ.Bal.& Floria
nus.ff.de vſufru.titu.generali.Bar-
to.& Bald.in prima conſti.C.Spe-
cul.in titu.de except.§.viſo.eo ma
ximè cùm in textu noſtro dicatur,
uerbum illud debeãt, quod impor
3 tat † præciſam neceſſitatem, iuxta
notata in l.paulus.ff.de re iudi.ubi
per Alexand. uoluerunt Socin. &
alij in l.qui Romæ.§. flauius.ff. de
verbo.oblig.& glo. quam ſequun-
tur doćto.in l.ſæpe.ff.de offic.præ-
ſid.glo.in clemen. attendentes. de
ſtatu regulari. Bald. in l.ſi credito-
res.C.de pignor. & Nicol. Boe. in
cõſi.xx.utrum Papa poſſit.nu.xlv.
¶Quam concluſionem aliàs limi-
tare ſolebam, quòd licèt aliquan-
do tale iuramentum omitteretur,
nec eſſet in primordio pręſtitum,
tamen ſi ſentẽtia fuiſſet per ipſos
arbitros ritè, ac rectè lata, ualeret,
& nullitati minime ſubiaceret, qa
eo caſu, de modo, & procedẽdi or
4 dine non eſſet curãdum, dummo-
do † habeamus intentum. Voluit
hoc Annibal Cauenſ.hic.columm.
v.quod cogita.
¶Secundò quæro, ſequitur ibi in
text.{ad cognitionem ipſius cauſę
proceſſuros} an arbitri poſſint co
gere teſtes ad iurandum, & ad de-
ponendum coram ſe? Dicendum
eſt quòd nõ, ſed cogendi ſunt per
5 †capitaneum, & officialem illius
loci, in quo fit cõpromiſſum. Bart.
in l.non ex omnibus. ff. de arbitr.
Ioann.Anton. de ſancto Georgio.
dictus præpoſitus in c.i.col.ij.uer-
ſicu. nota text.ibi, compellantur.ſi
de inueſtitur.feud.int.domi.& vaſ
ſall.lis oriat.in feudis. ubi etiã Bal.
in princip.col.ij.uerſicu.& eſt ad-
ditio.& uoluit Lanfranc.in tracta.
de arbitr.in princip. col.ij.& licèt
non poſſit teſtes citare, tamen li-
mitatur non procedere quãdo ci-
taret arbiter partes compromittẽ-
6 tes, † quia iſtud bene per arbitros
fieri poterit, ut uoluit Bald.in l.j.
C.de arbitris.
¶Tertiò quæro, an procedendo
in cauſa arbitri poſſint punire te-
ſtem deponentem falſum coram
eis, dicendũ eſt ꝙ non, ſed punien
7 di † ſunt per iudicem loci ordina-
rium. uoluit alios allegans Angel.
in repet.l.ſi vacantia.C.de bon.va
cantibus.lib.x. ſequitur Lanfranc.
in tract.de arbi.q.xxxvij. & uoluit
Felyn.in c.fi.nu.x.extra de ſenten.
& re iudic. & in c.ſuſpicionis.nu.
iij.de offic.delega.Ioan.de Anania
in c.qualiter, & quando.§.fina.de
accu.in c.j.in fi.extra de rapt. in c.
j.extra de crimin.falſ.Salycet. in l.
ſi quis decurio.C.de falſ.& Pet.de
Anchara.in conſil.clxxiij.circa pri
mum.col.j.Ange. de Aretio in tra
cta.maleficior.§.falſario. colũ.iiij.
uerſicu. quæro teſtis dixit falſum.
tenuit Hippolytus de Marſil. in l.
j.§.præterea.nu.xxxv.ff.ad leg.cor.
de ſicar.Ioann.de Arnono, dialo-

go xxxvij.eſt factum.

¶ Et abſque multiloquio hoc mihi videt̃ uerũ, eò maxime, ex quo per pragmaticam noſtram arbitri non habent niſi cognitionem cauſarum ciuilium,& mixtarum, ut latè dixi ſupra.§.ij.glo.j. per totum. & q.xxxiij. ubi tetigi de cauſa criminali, ad quod faciunt notata per Capell.Tholoſan. in deciſion. ccclxxviii.ubi ponitur quæſtio, an iudex laicus poſſit punire clericũ
8 †deponentem falſum coram ſe, & è contra. ut etiam notatur per Matth.de Afflict.in deciſi.Neapo. ccxix. in foro Archiepiſcopi. per totum.& in deciſio.ccxxx.fuit per relatorem.per totũ.& per Anton. Capicium in deciſio.Neapol.v.in cauſa uniuerſitatis.nu.xiii.per Rober.Marant.in Specul.Aur. parte ij.actu xii.nu.v. & ſeq. & ad ipſos
9 te remitto, præſertim ad Felin.†in d.c.ſuſpicionis. vbi dicit non procedere in arbitro iuris, ac ſtatutario, ut in caſu noſtro, ex quo cùm iſte arbiter habeat iuriſdictionem à lege poterit punire teſtes coram ipſo falſum deponentes. arg.l.j.ff. de offic.eius. per l.nullum. C. de teſtib.quam opinionem,& limitationem idem Felin. in c. fin. de re iudic.dicit nunquàm vidiſſe ſeruari,& per Matth.de Afflict.& alios ſupra allegatos videas intellectũ dictæ l.nullum.C.de teſtib.

¶ Nec opinio Felin.in d. c. ſuſpicionis.procedit in regno, quia licèt arbiter iuris & ſtatutarius appellet arbiter electus uigore pragmaticæ noſtræ, tamen non poſſet procedere in falſitate, cùm ex diſpoſitione huius pragmaticæ non poſſit procedere in cauſa criminali,& hoc eſt clarum.

¶ Quartò quæro, an arbitri poſ-
10 ſint † multare. uide remiſſiuè de hoc per Capellam Tholoſa.in deciſio.cclxxiiij. & latè dixi hoc anno in quodam conſilio: hic non ſunt alia. Laus Deo omnipotenti Oliueti.die xx.Martij. LXIX.

¶ Quintò quæro, an arbitri poſſint deferre iuramẽtum in litem,
11 †ſeu ſuppletorium? vide Ioan. Baptiſt.Plot.in rep. l.ſi quando. nu. 682.& 810.C.vnde ui.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Ruſticitas hominum ſæpe ſine fraude manifeſtat ueritatem nu 2.*
3 *Veritas ſummis uigilijs inueſtiganda.*
4 *Veritas attendenda nu.24.*
5 *Veritatem colere debemus.*
6 *Iudex debet curare ne ueritas occultetur, & & non pereat.*
7 *Pro ueritate tuenda quodlibet malum eſt ſubeundum.*
8 *In ueritate ambulandum eſt.*
9 *Pro ueritate inimicitia metui non debet.*
10 *Veritas amplecti debet, à quocunque prolata.*
11 *Veritas amicitiæ anteponenda.*
12 *Veritas temporis filia.*
13 *Veritas uincit.*
14 *Verax laudatur.*
15 *Intellectus bonus eſt ultima beatitudo.*
16 *Veritas eſt cauſa omnium bonorum.*
17 *Veritas pronuba, & amatrix lucis.*
18 *Deus eſt lux.*
19 *Veritatis cognitione, nullus animæ cibus ſuauior.*
20 *Deus eſt æterna ueritas.*

tor.la j.col,j.ff.de ſtatu hom.

¶ Nona,& vltima veritatis ſectandæ ratio eſſe videtur illa,quam ponit Barto. in l.libertini.ff. de ſtatu hom. ubi dicit ueritatem eſſe ma-
22 trem iuſtitiæ, † & ideo Bald. in l. ſiquis ſeruo.C. de furt. dixit quòd in delictis ueritas inſpicitur,& uoluit Ioan.Andr.in c.ſi quis.de reg. iur.in mercuri.in vj.Alexand.in l. diuus.ff.ad leg.corn. de ſicar.& veritas aliquando opinioni præuale-
23 re † debet,ut voluit Dynus in conſil.xviij. quæſtio talis eſt quidã nomine F.:u. ij. & x. & teſtator licèt aliàs errauerit in nomine, cognomine, ſeu agnomine hæredis, tamen cùm certum ſit, de quo teſtator ſenſerit,ueritas attendi debet, ut in l.ſi nomine. C.de teſta.aliàs ſi ueritas eſt contra uerba teſtatoris, diſpoſitionem non inducunt. ut in l.verba.C.eod. tit. & arbitri, ac arbitratores (vt iam noſtro ſermoni finis imponatur) qui poſter-
24 gato iuris rigore,uiã ueritatis † & æquitatis aſſumunt, gloria,& honore digni ſunt. ut uoluit Ang.in conſil. cclxxij. primus punctus. & in conſil.cccxliij.primus.& de ueritate iam ſatis.

¶ Sequitur in text. ibi { & Deum præ oculis habentes } ad hoc facit etiã textus in c.cum æterni.de ſentent.& re iudic.lib.vj.

¶ Et Deus eſt(ſecundum Philoſophũ) actus ſempiternus à quo cœ-
25 lum,& tota † natura dependet.vnde Anſelmus.Credimus Deum eſſe aliquid quo nihil maius cogitari poſſit.de quo latè apud Albertũ Magnum.lib.j.Compendij Theologiæ.c.j. & apud nos Chriſtianos nihil vlterius eſt quærendum,cùm ueriſſime ſimus de hoc Chriſtiano dogmate docti,& ipſe fecit nos & non ipſi nos . ut docuit Dauit pſ.xix.& de hoc iã ſatis. Laus Deo omnipotenti. Oliueti. Die primo Aprilis. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ SVMMARIVM.

1 *Inſtantia coram arbitris quanto tempore duret.*

2 *Dies feriati cadentes in inſtantia an computentur in termino.*

3 *Dies inſtantiæ an currant ſi petatur dilatio extra regnum.*

4 *Dilatio non currit impedito,facto aduerſarij.*

5 *Inſtantia non currit ei, qui non culpa ſua, ſed per protelationem aduerſarij impeditur.*

6 *Terminus actori ſtatutus ad probandum, ei non currit, ſi per reum ſteterit quominus reſponderit poſitionibus in termino per actorem productis.*

7 *Terminus duorum menſium arbitris ſtatutus ad terminandum, quando currere incipiat? 8.*

8 *Ante acceptationem arbitrorum non dicitur compromiſſum.*

9 *Dictio hinc,quid ſignificet? nu.10.*

11 *Solius iudicis appellatur ſententia.*

12 *Sententia arbitrorum appellatur laudum.*

13 *Sententia poſt terminum ab arbitris lata an teneat? nu.16.*

14 *Sententia lata,perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla.*

15 *Tempus à iure, uel ſtatuto conſtitutum obſeruandum.*

17 *Verbum debeat,importat neceſſitatem.*

18 *Iudex ex officio, etiam parte non opponente, perempta inſtantia debet ſuperſedere.*

19 *Litium immortalitati obuiandum.*

20 *Perempta inſtantia iudex licèt non iudicet ſuper negotio principali, tamen poterit ſuper lapſu inſtantiæ ac termini, ac eum nõ eſſe iudicem, & partem abſoluere ab obſeruatione iudicij pronunciare.*

21 *Arbiter negligens intra terminum pronunciare, an faciat litem ſuam?*

22 *Arbitri officium eſt totalem liti finem imponere.*

23 *Sententia arbitrorum conditionalis an teneat.*

24 *Arbiter determinans cauſam eſſe compromittendam in alium arbitrum an rectè determinet nu. 25.*

26 *Conditio quandoque actum uitiat.*

27 *Iudex in ſententia conditionem ſeu modificationem apponere non poteſt.*

28 *Conditio, ſeu modificatio poteſt in ſententia per principem poni.*

29 *Arbitri, quibus eſt data prorogandi poteſtas, & in compromiſſo ſtatutus erat terminandi terminus an poſſint poſt terminum laudum ferre.*

30 *Prorogationis compromiſſi tempus non poteſt longius eſſe primo termino.*

31 *Arbiter male iudicans an faciat litem ſuã.*

32 *Arbitrator male iudicans an litem faciat ſuam. nu. 33*

34 *Arbitri, & arbitratoris ſententia an libello conformis eſſe debeat.*

35 *Arbiter ad res liquidas an manus imponat, quando dictum eſt, quod de omni, & toto eo de quo eſt quæſtio nu 36.*

37 *Solet de iure, & conſuetudine dari arbitris poteſtas auferendi de iure unius, & dandi alteri. nu 43.*

38 *Arbitrorum omnis poteſtas à compromiſſo dependet.*

39 *Partes non poſſunt ſibi litem fingere.*

40 *Laudum arbitrorum ualidum erit ſi latum fuerit ſuper re, de qua lis non erat ſi pendente arbitrio fuerit mota, ac ſuperuenerit.*

41 *Compromiſſum quantumcunque generale nõ extenditur niſi ad proſecuta.*

42 *Arbitrator fatuus eſt ſi pronunciat ſuper nõ petitis.*

44 *Arbiter an ferat ſententiam contra ius litigatoris.*

45 *Iudex quando poſſit ſententiam interpretari, corrigere, uel mutare, aut emendare remiſſiue.*

46 *Arbiter an ſententiam latam emendet, interpretetur, corrigat, uel mutet, aut declaret. nu. 48.*

47 *Arbiter cum terminauerit, functus eſt officio ſuo.*

49 *Sententia arbitri an ſcripturam requirat. nume. 50. 51.*

51 *Partium conſenſu arbitrorum ſententia ſine ſcriptura ualet.*

52 *Iudicis ordinarij ſententia ſcripturã requirit.*

53 *Arbitri ſententia de nocte lata an teneat? & quid in arbitratore nu 54. 55.*

56 *Iudicis ordinarij ſententia de nocte lata non tenet.*

57 *Laudum die facti compromiſſi latum non tenet. nu. 60. 61.*

58 *Tempore egemus, ut aliquid maturius faciamus.*

59 *Prudentis eſt examinare conſilia, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi.*

61 *Parte præſente ualet laudum latum die compromiſſi facti.*

62 *Citatio ad ſententiam an exigatur in compromiſſo. nu. 63. 64. 65.*

63 *Clauſulæ, partibus præſentibus, uirtus.*

66 *Iudicis ſententia lata diebus feriatis in honorem Dei non tenet.*

67 *Ferijs diuinis non poteſt per partes renunciari, ſecus in humanis. nu. 68.*

69 *Arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem iudiciorum.*

70 *Arbitratorum ſententia die dominico ferri poterit.*

71 *Arbitri ſententia an dici poſſit in eccleſia, & quid in arbitratore. nu. 72.*

73 *Factum coram arbitratore non dicitur factũ in iudicio.*

74 *Tranſactio eſt actus concordiæ, & pacis, & ideo poteſt in eccleſia fieri, & diebus feriatis.*

75 *Arbiter, cui eſt data poteſtas procedendi ut arbiter, & ut arbitrator, ferẽdo ſententiã in eccleſia intelligitur ſententiaſſe ut arbitrator.*

76 *Arbiter quando fert ſententiam, debet ferre in loco compromiſſi facti. nu. 77.*

ponderatis his,nu.ii,vol.vi.gl.iun
cto text.Inſtit.de iur.natu.gent.&
ciuil.in princip.,uoluit Guido Pa-
pæ in deci.Gratiano cclxx.an dies.
& latè Galliarum Speculum And.
Tiraquell.in tract.retract conſan-
guin.§.i.gl.xi. nu.xxiii. computabi
10 tur enim iſto caſu de momēto †ad
momentum,ut voluit Bald.in l.ii.
§.i.in fin.C.communia de leg.pro
quibus etiam aliqualiter uidēdus
eſt Ioann.Firman.in tract. de epiſ-
co.lib.i.parte i.col.i.fol.iii.in volu
minibus magnis.

¶Quartò quęro,an determinatio
arbitrorū dicatur ſententia?dicen
dum eſt quòd de iure ſolius iudi-
11 cis propriè ſolet appellari† ſenten
tia,ut voluit Bald. in rub.extra de
iud. per diſpoſitionem autem tex.
huius uidemus arbitrorum etiam
ſententiam,ac terminationem ap-
pellari ſententiam ibi in text.{per
ſententiam} promiſcue autem u-
num pro alio accipitur in pragma
tica noſtra,ex quo in hoc §.legiſla-
tor appellat ſententiam, infra ue-
12 rò in §.v.gl.i.appellatur† laudum,
ubi dicā quid ſit laudum. de quo
etiam per Orian.in tract.de arbit.
in princip.§.laudum.

¶Quintò q̄ro,an elapſa, ac per-
empta inſtantia, ſi arbitri ſenten-
tiam dixerint,ualeat,& an ſit nul-
13 la † tranſactis duobus menſibus
pro inſtantia præfixis in pragmati
ca noſtra?dicēdum eſt quòd ſi ter-
minus in cōpromiſſo præfigitur,
& ſtatuitur in compromiſſo à par
tibus,tunc ſententia poſt terminū
ab arbitris lata erit nulla. ita Bald.
in c.quintauallis.extra de iureiur.

¶Eodem modo quando inſtantia
eſt præfixa à lege,vel ſtatuto, ut in
caſu noſtro ex quo tunc ſententia
lata ipſa inſtantia perempta, erit
14 nulla ipſo iure, † ut in l.properan
dū.C.de iud.& uoluit Paul.de Ca-
ſtro in conſil. clxxxiii.col.ii.ubi di
cit hāc opinionem Ricchar. Mal.
eſſe communiorem. uol.i. & Ale-
xand.in conſi.lxxxii.viſo proceſſu.
col.i. vol.iii. & in conſil. cxxxvi.in
cauſa. in princip. cum conſil.ſeq.
uol.ii.& in conſil.clxvi.in cauſa.&
lite.nu.i.& ii.vol.vi.Abb.Panorm.
in c.penulti.ubi latè Marian.Soci.
extra de iudi.Felyn. in c.de cauſis.
col.fina.de offic.dele.voluit etiam
Matthe.de Afflict. in deciſio.Nea-
pol.cclxxxiii.diu eſt.nu.iiii.Sebaſt.
Vant.in tract.de nullit.titu.de nul
li.ex defectu iuriſdict.ord.nu.cxv.
cum pluribus ſeqq. tempus enim
15 à lege,uel ſtatuto† conſtitutum di
ligenter obſeruari conuenit.ut in
l.ſcire oportet.§.multum.& §.cō-
ſequens.ff. de excuſa.tutor.termi-
no enim præfato elapſo expirat iu
16 dicandi † poteſtas. Alexan.in con-
ſil.lxxiiii.conſideratis. col.fina.in
fin.volum.iiii.

¶ Maximè cùm in pragmatica ac
tex.noſtro uerba dirigantur in per
ſonas arbitrorum. ibi{debeantq;}
quo caſu, termino elapſo,& inſtā-
tia perempta ceſſat eorum officiū,
ut notant omnes doctor.& Barto.

in d.l. properãdum.§.illo.C.de iuduciis.poſt Innoc. in c.fina. de iurament.calum.& Alex.in d.conſil. clxvi.in cauſa.nu.ii. vol.vi.

¶Tantò plus, cùm in textu noſtro imponatur arbitris terminus dictorum duorum mẽſium per uerbum, (debeant) quo caſu uidetur ꝙ eo termino elapſo de neceſſitate non poſſit ulterius ſentẽtiam dicere: cùm uerbum (debeat) pręci
17 ſam præ ſe ferat neceſſitatẽ.† doc. in l.ſæpe.ff.de offic.præſid. Alexa. in l.paulus.ff.de re iudic. Nicolaus Boer.in conſil.xx.vtrum Papa poſſit.nu.xlv.& dixi ſupra.§.eod. glo. ii.q.i. nu.iii. debet enim iudex inſtantia perempta, etiam parte minime opponente in cauſa ſuperſe
18 dere, † ut uoluit Alexan.in conſil. xxxix.uertitur lis.in princi. uol.v. per notata in l.i.C. ut quæ deſunt aduoc. par.

¶ Procedunt, quæ diximus tantò facilius in caſu noſtro, cùm ut centies tradidimus, ideo compromiſſum hic fieri ſtatuatur, ut lites breuientur, quo ſtante præſumẽdum eſt terminum hic præfixum eſſe,
19 ut tantò plus litium † immortalitati pœnè obuiaretur, iuxta tradita per Bald. in repet.l.obſeruare §.proficiſci.q.iii.ff.de offi.procon ſul.& in l.fi.C.ut intra cert. temp. Caſſodo.in deciſion.ix. nume.iiii. de appell..

¶ Quæ omnia procedũt ut ſuper principali negotio, & cauſa, lapſa inſtantia non poſſit fieri determinatio, ſecus autẽ ſi uellet pronunciare inſtãtiam eſſe decurſam, ſeu terminum elapſum, vel ſe amplius nõ eſſe iudicem, vel partem abſoluere ab obſeruatione iudicij, aut
20 aliam † ad expenſas condemnare, ut notať in l.j.& ij.C.vt intra cert. temp.uoluit Innoc.in c.fin. extra. de iureiur. Alexã. in conſil.cxxxvj. & in conſil.ſeq.uol.ij.& in conſil. xxxix.uertitur lis.uol.v.& in conſ. clxvi.in cauſa.nu.ij.vol.vj. Philip. Deci.in conſil. xxxiiij. in fin.uol.j. Rota in deciſio.xcviij. licèt.in nouiſ.& voluit Anton.Capyci.in deciſio. Neap.ccvj. in cauſa cuiuſdã. nu. iiij. & Thomas Grammaticus in deciſion. Neapol. xcj. Magiſter Valentinus Papæ.nu.iiij. & in uoto xxxj.in cauſa eiuſdem. numero xiiij.& ſeq.

¶Sextò quęro, an ſi arbiter negligat intra terminum arbitrari, faciat litem † ſuam? breuiter dicen-
21 dum eſt quòd ſic. probatur in l. non diſtinguemus.§.quæſitum.ff. de arbit.ubi ſi arbiter, coram quo intendit pars ſua iura ac iuſtitiam proſequi, pronunciat cauſam redire debere iterum ad iudicem, uel recompromiſſuram in alium arbitrum, non cenſetur arbitrum pro nunciaſſe, ſed potius pronunciare neglexiſſe, & aſſignať uiua ratio, ꝙ arbitri officiũ eſt per ſuam ſen-
22 tẽtiã totalẽ liti finẽ imponere, † ut in l. dicere.ff. eo.titul.in caſu autẽ propoſito, nouæ litis potius ſuſcitationem induceret, & eo caſu tenebitur

nebitur ad intereſſe, & litē iudex faciet ſuam. ut voluit Ludo. Rom. in conſil. cccxxxviij. in caſu. nu. iij. & duobus ſeq. uoluit Bartho. Soc. in conſil. cxxiiij. præſens conſultatio. col. j. volu. j.

¶ Septimò quæro, an ſi arbitri vident quòd ſunt in fine termini inſtantiæ determinãdi cauſam compromiſſam, ne forſitan inciderent in pœnam ob determinationem non factam, & ideo cauſam terminant conditionalem ferendo ſententiam, an eo caſu talis ſententia
23 † teneat? reſpõdeas audacter quòd talis ſententia nõ ualet, ſed eſt nulla, & ita in facti contingentia cõſuluerunt Petr. de Anchar. in conſil. ccvij. in quæſtione ſupradicta. in primo, & tertio dubio. & ita etiam cõſuluerunt ſolennes doctores Collegij Patauini, qui ſe ſubſcripſerunt ſupradicto conſil. Anchara. in conſil. ccviij. incip. iudex de iure iudicaturus. tenuit etiam Bald. in l. ſiquis ſub conditione. ff. de condi. inſti. ubi dicit ſe in quæſtione facti ita conſuluiſſe, quòd ſi arbiter dicat; condemno talem in centum, ſaluo quòd ſi in me iterũ compromittant non teneatur; & dicit quòd tale laudum eſt nullũ, quia talis cõditio uidetur adiecta in fraudem legis, ſcilicet l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbitr. ubi notant doctor. quòd ſi arbiter terminauerit, quòd cauſa compromittatur in alium arbitrum, q̃
24 talis ſententia † nõ ualebit, ex quo per eam liti finis nõ imponeretur. argum. l. dicere. in princip. ff. eod. tit. quam opinionē ſequitur Paul. de Caſtr. in d. l. ſiquis ſub conditione. ſequuntur etiam Ange. & poſt eum Ioan. ab Imo. in l. ſæius, & Augerius. ff. ad leg. falcid. ubi Imo. dicit ita ſe cõſuluiſſe de facto ſuper quodam laudo lato per Ducem Lanuę inter Comitem virtutũ, & ligam, quòd quę partium non compromiſſum prorogaret ad menſem, incideret in pœnam centum millium ducatorum, conſuluit enim quòd illud laudum non valebat, & impunè poterat ei non pareri: quia ſicut arbiter non poteſt laudare ut prorogetur ter-
25 minus compromiſſi, † uel etiam compromittant in alium. ut in l. ſi cùm dies. §. ſi intra. & in d. l. nõ diſtinguemus. §. quæſitum. & §. fin. ff. de arbit. Ita non poteſt hoc in conditionis modum inducere.

¶ Demum ſi reſeruando iſtam cõditionem ſententia eſſet ualida, ſe queretur quòd eſſet contra propriam laudi, ac ſententiæ arbitrorum natura, quæ eſt, ut per eam finis liti imponatur. ut in d. §. quæſitum. & in d. l. dicere. igitur dicta
26 cõditio actum † vitiare habet. text. in c. fin. extra de conditi. appoſ. tex. cum gloſſ. in l. per ſeruum. ff. de uſu, & habita. glo. in c. ij. de ſtatu monach. & in c. inſinuante. extra qui cleric. uel uouent. & Bald. in l. j. ff. de condit. inſtit. Et cùm arbitria ſint redacta ad ſimilitudinē

iudiciorum.ut in l.j. ff.de arbi. & in c.cum dilectus.ubi docto.extra eo.tit. & arbiter dicitur iudex, ut diximus latè ſupra.§.eo.glo.j. per totum. Et quemadmodum iudex
27 in ſententia† cõditionem, aut mo dificationem apponere non poteſt.ut in l.ij. C. de ſent. ex breuicul.recita.notatur in c.qualiter,& quando.de accuſa.Soli enim Prin cipi ſtatutum eſt conditionem ap
28 ponere† poſſe in ſententia,ut not. in l.fin. ff. de quæſtioni. & uoluit Barto.in l.ab executore. ff. de appellat.

¶Nec obſtat quòd cõtrarium tenuerit Bartho. Socin. in conſilio cxxiiij.Præſens conſultatio. per totum.vol.j. ex quo ipſe loquitur in arbitratore,quo caſu longe diuerſum eſt à caſu noſtro. ut idem Socin.dicit in dicto conſi.cxxiiii. colum.iij. vbi uidendum eſt. de hoc etiam tetigi infra §.vi. gloſſ.j.q.ij. nume.xj.

¶Octauò quæro, an ſi factum eſt compromiſſum in arbitros, & dictum eſt quòd habeant terminare
29 intra duos menſes, † & dederunt eiſdem poteſtatem pluries prorogandi,qui prorogauerunt poſt tamen terminum,poſt quam proro gationem fuit latum laudum, an ualeat? quòd non ualeat in terminis tenuit Angel.in conſil.ccxxxj. punctus.Ex quo prorogatio intelligitur facta expirato compromiſſo,ergo eſt pœnitus nulla. ut in l. ſi cùm dies.§.ſi intra.ff.de arbi.tantò plus,quòd cùm inter partes cõuẽtum fuerit de prorogatione facienda intra terminum, faciendo & laudãdo poſt terminum, dicto laudo poterit non pareri,quia uiderentur feciſſe id, quod eſt extra compromiſſum, & ſic nulliter,ut in toties allegata l. non diſtinguemus.§.fi.ff.eod.titu.

¶Nonò quæro incidenter, an in caſu, quo facienda eſſet prorogatio, liceret arbitris prorogare in tantum, ac talem terminum, pro ut eis placeret? dicẽdum eſt quòd non, ex quo prorogationis tẽpus appoſitum, non debet excedere tempus poſitum in compromiſ-
30 ſo. † docuit hoc Bald. in conſilio ccxxix. Nobiles uiri Henricus. colum.fi.volum.j. refert & ſequitur Hippolyt.de Marſil. in ſingul.lii. prorogatio. & Ioan. de Arnono. problemate lxvii.tempus.

¶Decimò quæro,an arbiter male
31 iudicando faciat litem ſuam? † ¶ ſic,textus eſt ubi hoc notat Ioan. Faber in l.ſiquis in conſcribẽdo. ubi tex.C.de pact. & uoluerũt ibidem clarè Accurſ. Salycet. & alii. & uoluit Barto.in l. ſi iudex. nu.j. ff.de uar.& extraordi. cognitio.& Angel. in l.filiusfamilias. ff. de iudic. gloſſ. in c.j. de re iudic.lib.vi. & uoluerunt Gulielm. de Monte Laudu. & Card. in clem. ſæpe. de re iudicat.ubi etiam Georgius Nath.in §.quæ omnia.& Petr.de Anchar.in c.j.de re iudic.Abb.Panormit.in rubr.extra de appellat. uer

ſi.ad ſeptimum . uoluit Angel. in conſilio clxxxviii.ſed nunc. col.fi. & in conſi.cclxxii.primus pũctus. col.pen.Franciſc.de Aretin.in d.l. ſiquis in conſcribendo.nu.iii. ubi etiam per Iaſon.& uoluit Paul.de Caſtr.in conſi.lxxj. Felin. in c. paſtoralis.§.quia uerò.nu.viii. de offic.deleg. Hippolyt. de Marſil. in practica criminal. §. ſupereſt. nu. x.& ſeq.Lanfranc.de Orian.in tractа.de arbit.q.xxxvj.& Ioan.de Arno.problem.lvj.reponas.

¶Quid autem in arbitratore iudicante,an faciat litem ſuã,ſi per-
32 peram,& malè † iudicauerit?quod ſic,tenuit Angel.in dicto conſilio clxxxviii. ſed nunc uidendus eſt tamen ad hoc Bart.in d.l.ſi iudex. tenetur tamen de dolo,& lata culpa,ut per Ioan.de Imol.Ludo.Roma.& alios in l. diuus. ff. de re iudic.& per Barto.in l.fi.ff. ſi menſ. falſ.mod.dixerit. Abb. & Felin.in d.§.quia uerò. ¶ Quod ultimum
33 de arbitratore duobus † modis limitatur,ut per Felin. in d. §. quia uerò.nu.cj. dixi de hoc aliqua infra.§.vii.glo.j.q.fi.nu.iiij.

¶Vndecimò quæro, an ſententia ferenda per arbitrum conformis eſſe debeat libello? & quid in arbi-
34 tratore? †Remiſſiuè uideas Anto. de Butr.Ioan.de Anania. & Felin. ĩ c.licèt Hely. extra de Simon Barto.in l.aquiliana. col.fi.ff. de tranſact.Angel.in l.de his. ff. eo. titul. Ioan. de Imol. in c. niſi . extra de præbend.& Anton. de Butr.in cõſil.v.viſis actis, & allegationibus.

¶Duodecimò quæro, ſi eſt lata ſententia, ſiue laudum ab arbitris ſuper re, & cauſa non deducta in compromiſſo,an ualeat ſi in eodẽ cõpromiſſo diceretur, { quòd intelligeretur eſſe lis, & quæſtio,[de omni & toto eo, quod per ipſos arbitros iudicaretur } per quam clauſulam uidetur conceſſum ꝙ arbiter poſſit apponere manus
35 †ad res liquidas,uoluit hoc Ange. in l.j.& in l.cum hi.ff.de tranſact. & in l. tale pactũ. §.qui prouocauit.ff.de pact. operari enim uidetur talis clauſula, quòd in genere
36 †uideatur cogitatum illud, ſuper quo poſtmodum fuerit laudatũ, uoluit Angel.in l. cùm aquiliana. ff.de tranſact.Paul.de Caſtr. in l.j. ff.eo.tit. Cardin. & Abbas Panormit.ĩ c.expoſita. de arbit. & Ioan. de Monte Sperello in dicta l.cùm aquiliana.

¶Præterea uidetur pro iſta opinione facere illud, quia tam de iuris communis, quàm ſtatutorum diſpoſitione ſolet arbitris
37 dari, ac concedi poteſtas † auferendi de iure unius, & dandi alteri,& è contra.ut uoluit Accurſ. in l.ſi de meis. §. recepiſſe. & in l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex.ff.de arbitris. Barto. in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum. ff. pro ſocio.& uoluit Abb.Panormit. in c. quintauallis.in xx. differentia. extra de iureiur.Per quæ cùm uideatur in hoc ei tributa licentia, debe-

ret iſto caſu laudum, & ſententia
ſubſiſtere.
¶Non obſtantibus autem ſupra-
dictis contrarium uerius eſſe de
iure apparet, ex quo cùm arbiter
pronunciat, ac ſententiat ſuper re
in compromiſſo nõ deducta, nul-
liter laudat, cùm omnis eius pote
38 ſtas à compromiſſo † dependeat, ut
not. in l. non diſtinguemus. §. de
officio. & in l. ſi cùm dies. §. plenũ.
ff. de arbit.
¶Non obſtant contraria allegata,
& primò non obſtat primum, ex
quo licèt in compromiſſo ſit poſi
ta illa generalis clauſula, nihilomi
nus quia de cõſuetudine notario-
rũ hę clauſulę apponi cõſueuerũt,
tñ nõ poſſunt ſuper eo, de quo lis
non ſperabatur, compromittere,
& per cõſequẽs, nec arbiter lauda
re, quia partes non poſſunt ſibi li-
39 tem fingere. † ut in l. cùm hi. §. ſed
cum lis. ff. de transa. per quem text.
ita cõſuluit in caſu propoſito Bal.
in quodam conſilio, incip. quòd
laudum. uti eũ refert, & ſequitur
Barthol. Socin. in conſil. ciiij. viſis
cõpromiſſo, laudo, & ſtatutis, nu.
vj. vol. iiij. & ante eum uoluit An-
ge. in l. ij. per illum text. C. de tran-
ſac. ita enim demum arbiter ſuper
re in compromiſſo minime dedu-
40 cta laudare poterit, ſi pẽdente † cõ-
promiſſo ſuper eo, de quo lauda-
uit, fuerit mota lis, aliàs autẽ litis
deciſio nulla erit. uoluit Bald. in d.
conſil. allegans gloſſ. in d. l. ij. C. de
tranſ. & in l. j. in prin. ff. ſi quadru-
pes pauper. fec. dic. l. j. §. j. ff. de dol.
¶Cõpromiſſum enim generale, ſi
tractetur extendi, non poſſet ali-
quo modo trahi, niſi tantum ad
41 proſequuta. † l. ſi cum dies. §. ple-
num. ff. de arbit. uoluit Barto. in l.
cùm aquiliana. ff. de tranſa. & in l.
tres fratres. ff. eod. titul. & Angel.
in conſil. ccxvij. uiſa narratione fa
cti. col. v. ubi dicit, quòd eſt fatuus
arbitrator, qui ſuper non petitis
42 † pronunciat. argu. l. fin. C. de fidei-
commiſſ. liber. faciunt notata per
eundem Ang. in cõſil. lxvj. Comes
Rorbertus de Battifolle. col. v. uo-
luit etiam Socin. in d. conſil. ciiij.
nu. vij. ubi dicit ita ipſum conſu-
luiſſe in ciuitate Florẽtię, & quòd
ſuo conſilio plures ſolennes do-
ctores ſe ſubſcripſerunt.
¶Nec obſtabit ſecũdum, quòd ar-
bitri, & arbitratores uni parti poſ
ſit auferre, alteri uerò tribuere: ex
43 quo debet † intelligi, dum tñ non
extendant manus ad res non com
prehenſas in compromiſſo, ut uo-
luit Barto. in d. l. cùm aquiliana. ar
gu. d. §. de officio. & Barto. ſequuti
ſunt Bald. & Franciſ. de Albergot-
tis in d. l. cùm aquiliana. Ang. in d.
l. de his. ff. eod. titu. Anton. de But.
in c. niſi eſſent. de præben. & in c.
conſtitutus. in fin. de relig. domib.
& Abb. Panorm. in c. quintauallis.
differentia. xviij. de iureiur. & iſta
eſt communis omniũ doctorum
ſententia.
¶Decimotertiò quærò, an arbiter
contra ius litigatoris ſententiam,

tatur tale iuramentum, ſententia
2 ab arbitris † lata teneat?uel ſit nul
la? quod ſit nulla ex quo ordo iu-
ris ſeruatus nō fuit, probatur per
l.quoties.ubi Accurſ.Bal.& Floria
nus.ff.de vſufru.titu.generali.Bar-
to.& Bald.in prima conſti.C.Spe
cul.in titu.de except.§.viſo.eo ma
ximè cùm in textu noſtro dicatur,
uerbum illud debeāt,quod impor
3 tat † præciſam neceſſitatem,iuxta
notata in l.paulus.ff.de re iudi.ubi
per Alexand. uoluerunt Socin. &
alij in l.qui Romæ.§.flauius.ff. de
verbo.oblig.& glo. quam ſequun-
tur docto.in l.ſæpe.ff.de offic.præ-
ſid.glo.in clemen. attendentes. de
ſtatu regulari. Bald. in l.ſi credito-
res.C.de pignor. & Nicol. Boe. in
cōſi.xx.utrum Papa poſſit.nu.xlv.
¶Quam concluſionem aliàs limi-
tare ſolebam, quòd licèt aliquan-
do tale iuramentum omitteretur,
nec eſſet in primordio pręſtitum,
tamen ſi ſentētia fuiſſet per ipſos
arbitros ritè,ac rectè lata, ualeret,
& nullitati minime ſubiaceret,qa
eo caſu,de modo,& procedēdi or
4 dine non eſſet curādum,dummo-
do † habeamus intentum. Voluit
hoc Annibal Cauenſ.hic.column.
v.quod cogita.
¶Secundò quæro, ſequitur ibi in
text.{ad cognitionem ipſius cauſę
proceſſuros} an arbitri poſſint co
gere teſtes ad iurandum, & ad de-
ponendum coram ſe? Dicendum
eſt quòd nō, ſed cogendi ſunt per
5 †capitaneum, & officialem illius
loci,in quo ſit cōpromiſſum.Bart.
in l.non ex omnibus. ff. de arbitr.
Ioann.Anton. de ſancto Georgio.
dictus præpoſitus in c.i.col.ij.uer-
ſicu. nota text.ibi, compellantur.ſi
de inueſtitur.feud.int.domi.& vaſ
ſall.lis oriat.in feudis. ubi etiā Bal.
in princip.col.ij.uerſicu.& eſt ad-
ditio.& uoluit Lanfranc.in tracta.
de arbitr.in princip. col.ij.& licèt
non poſſit teſtes citare, tamen li-
mitatur non procedere quādo ci-
taret arbiter partes compromittē-
6 tes, † quia iſtud bene per arbitros
fieri poterit, ut uoluit Bald.in l.j.
C.de arbitris.
¶Tertiò quæro, an procedendo
in cauſa arbitri poſſint punire te-
ſtem deponentem falſum coram
eis,dicendū eſt ꝙ non, ſed punien
7 di † ſunt per iudicem loci ordina-
rium. uoluit alios allegans Angel.
in repet.l.ſi vacantia.C.de bon.va
cantibus.lib.x. ſequitur Lanfranc.
in tract.de arbi.q.xxxvij. & uoluit
Felyn.in c.fi.nu.x.extra de ſenten.
& re iudic. & in c.ſuſpicionis.nu.
iij.de offic.delega.Ioan.de Anania
in c.qualiter, & quando.§.fina.de
accu.in c.j.in fi.extra de rapt. in c.
j.extra de crimin.falſ.Salycet. in l.
ſi quis decurio.C.de falſ.& Pet.de
Anchara.in conſil.clxxiij.circa pri
mum.col.j.Ange. de Aretio in tra
cta.maleficior.§.falſario. colū.iiij.
uerſicu. quæro teſtis dixit falſum.
tenuit Hippolytus de Marſil. in l.
j.§.præterea.nu.xxxv.ff.ad leg.cor.
de ſicar.Ioann.de Arnono, dialo-

go

go xxxvij.eſt factum.

¶ Et abſque multiloquio hoc mihi videt' uerũ, eò maxime, ex quo per pragmaticam noſtram arbitri non habent niſi cognitionem cauſarum ciuilium,& mixtarum, ut latè dixi ſupra.§.ij.glo.j. per totum. & q.xxxiiij. ubi tetigi de cauſa criminali, ad quod faciunt notata per Capell.Tholoſan. in deciſion. ccclxxviii.ubi ponitur quæſtio, an iudex laicus poſſit punire clericũ
8 †deponentem falſum coram ſe, & è contra. ut etiam notatur per Matth.de Afflict.in deciſi.Neapo. ccxix. in foro Archiepiſcopi. per totum.& in deciſio.ccxxx.fuit per relatorem.per totũ.& per Anton. Capicium in deciſio.Neapol.v.in cauſa uniuerſitatis.nu.xiii.per Rober.Marant.in Specul.Aur. parte ij.actu xii.nu.v. & ſeq. & ad ipſos
9 te remitto, præſertim ad Felin.†in d.c.ſuſpicionis. vbi dicit non procedere in arbitro iuris, ac ſtatutario,ut in caſu noſtro,ex quo cùm iſte arbiter habeat iuriſdictionem à lege poterit punire teſtes coram ipſo falſum deponentes. arg.l.j.ff. de offic.eius. per l.nullum. C. de teſtib.quam opinionem,& limitationem idem Felin. in c. fin. de re iudic.dicit nunquàm vidiſſe ſeruari, & per Matth.de Afflict.& alios ſupra allegatos videas intellectũ dictæ l.nullum.C.de teſtib.

¶ Nec opinio Felin.in d. c. ſuſpicionis.procedit in regno, quia licèt arbiter iuris & ſtatutarius appellet' arbiter electus uigore pragmaticæ noſtræ, tamen non poſſet procedere in falſitate, cùm ex diſpoſitione huius pragmaticæ non poſſit procedere in cauſa criminali, & hoc eſt clarum.

¶ Quartò quæro, an arbitri poſ-
10 ſint † multare. uide remiſſiue de hoc per Capellam Tholoſa.in deciſio.cclxxiiij. & latè dixi hoc anno in quodam conſilio. hic non ſunt alia. Laus Deo omnipotenti Olivieti.die xx.Martij. LXIX.

¶ Quintò quæro, an arbitri poſſint deferre iuramẽtum in litem,
11 †ſeu ſuppletorium? vide Ioan. Baptiſt.Plot.in rep. l. ſi quando. nu. 682.& 810.C.vnde ui.

Camillus Borrellus.

¶ SVMMARIVM.

1 *Ruſticitas hominum ſæpe ſine fraude manifeſtat ueritatem nu 2.*
3 *Veritas ſummis uigilijs inueſtiganda.*
4 *Veritas attendenda nu.24.*
5 *Veritatem colere debemus.*
6 *Iudex debet curare ne ueritas occultetur, & & non pereat.*
7 *Pro ueritate tuenda quodlibet malum eſt ſubeundum.*
8 *In ueritate ambulandum eſt.*
9 *Pro ueritate inimicitia metui non debet.*
10 *Veritas amplecti debet, à quocunque prolata.*
11 *Veritas amicitiæ anteponenda.*
12 *Veritas temporis filia.*
13 *Veritas uincit.*
14 *Verax laudatur.*
15 *Intellectus bonus eſt ultima beatitudo.*
16 *Veritas eſt cauſa omnium bonorum.*
17 *Veritas pronuba, & amatrix lucis.*
18 *Deus eſt lux.*
19 *Veritatis cognitione, nullus animæ cibus ſuauior.*
20 *Deus eſt æterna ueritas.*

21 *Veritas eſt res notoria.*
22 *Veritas eſt iuſtitiæ mater.*
23 *Veritas opinioni præualet.*
25 *Gloria, & honore digni ſunt, qui poſtergato iuris rigore æquitatem, & ueritatem inſectantur.*
26 *Deus eſt actus ſempiternus à quo cælum, & tota natura dependet.*

GLOSSA III.

Ipſam veritatem, & Deum præoculis habentes.

IDeo paſſim apud iu-
riſconſultos caueri
dignoſcitur quādo-
que more ruſticorū
quæſtiones per me-
dium diuidi, ex quo ut Rabanus
inquit, ſimplex animi æquitas, &
1 indocta hominum ruſticitas † ſæ-
pe ueritatem rei, ut eſt ſine fraude
manifeſtat. & dicebat Ludolphus
Saxonius in lib. de vita Chriſti. par
te ij. c. lxxiiij. quòd indocta ruſtici-
2 tas fatetur † ueritatem. Ideoque nō
mirum ſi in textu noſtro præ ocu
lis habendam eſſe ſtatuatur, ſum-
3 mis etenim vigiliis † inueſtiganda.
ut habetur in c. iudicantem. xxx. q.
4 v. & ipſa ueritas † attendi debet,
ut in l. pen. ff. de probat. ueritas. n.
à iudicibus eſt conſideranda iuxta
illud Exodi. c. xviij. prouide ex om
ni plebe uiros potentes, timentes
Deum, in quibus ſit ueritas, ueri-
5 tatem enim colere debemus, † ut
in l. j C. de dedit. lib. toll. & in l. ne
que profeſſio. C. de teſtament. &
iudex debet curare, ne pereat,
6 † uel occultetur. ut voluit Specul.
in titu. de teſte. §. qualiter autem.
uerſ. deinde. Veritati enim omnia
cedunt. ut in c. fraternitatis. de fri
gid. & malef. & in c. ueritati. cum
ſeq. viii. diſtinc. quinimmo pro ue
7 ritate defendenda quodlibet † ma-
lum eſt ſubeundum. ut in c. ne-
mo peritorum. xiij. q. iii. index. n.
potius ſcandalum permittere de-
bet, quàm ueritatem relinquere,
ut ait Gregorius. & habetur in c.
qui ſcandalizauerit. extra de regu.
iur. & ante omnia uerbum uerax
præcedat te. habetur Eccleſiaſt. c.
xxvii. in ueritate enim ambulan-
8 dum eſt, † ut habetur lib. Regum
iij. c. ij. & ipſam ueritatem ſolùm
loqui debemus. ut dicit Paulus ad
Epheſeos. c. vj. vera enim opinari
pulchrum eſt, mentiri turpe. ut di
cit Plato in Thecreto. Nullius. n.
9 pro ueritate † metuere debemus
inimicitias. ut dicit Cicero lib. iii.
Rhetorices ad Herennium. ò quā
magna (ait Iſidorus de ſummo bo
no) eſt ueritatis uis, quæ omnia in
genia, aſtutias, & calliditates ſupe-
rat, quæ contra ficta ſimulataque
figmenta ſe ipſam defendit. ideo
Salomō Prouerb. c. iii. dicebat. Mi
ſericordia, & ueritas te non deſe-
rant, circunda eas gutturi tuo, &
deſcribe in tabulis cordis tui, &
inuenies gratiam, & diſciplinam
bonam corā Deo, & hominibus.
à quocunque enim prolata ueri-
10 tas amplecti debet. † c. quæritur.
cum gloſſ. ij. q. vij. Cuius enim an-

res

res (ut Cicero aſtruit) clauſæ ue-
ritati ſunt, huius ſalus deſperāda
eſt. Amicitiæ enim anteponendā
11 eſt ueritas. † ut dixit idem Cicero
in lib. de amicitia. Ideoque apud
Romanos antiquitus inualuit ue-
ritatis cultus, nam & Saturnum
ueritatis parentem, ac Deum eſſe
exiſtimabant, ex quo Saturnus tē-
pus exiſtimatur, & ueritas tempo
12 ris filia†appellatur, & etiam quia
tēpore ueritas inuenitur, uel quia
ſub fabuloſis illis Saturni tempo-
ribus quibus aurea ætas appella-
batur, veritasque eo tempore ni-
miū colebatur. & propterea ijdē
Romani Saturno in aperto capi-
te immolabant demonſtrantes ve
ritatem in propatulo, ac manife-
ſtam eſſe debere, & occultari, ac la
tere nō poſſe. ut docuit Plutarch.
in problemat. x.

¶ Prima autem ratio cur magni
ſic facienda ſit ueritas, eſt ex quo
13 ueritas†omnia uincit. ut habetur
Eſdræ 3. c. iiij. forte uinum, fortis
rex, fortis mulier, ſed ſuper om-
nia ueritas uincit. & habetur in
lib. Prouerbiorum. c. viii. ibi, veri-
tatem meditabitur guttur meum.

¶ Secunda, quia uerax tantū lau-
14 datur † ut docuit Ariſtotel. in lib.
iiij. Moral. Nicomachiorum.

¶ Tertia, quia intellectus bonus
15 eſt ultima beatitudo: † ut uoluit
Ariſtotel. in iij. de anima. Verum
autem eſt illud, quod eſt bonum
intellectu. Idem Ariſtoteles in vj.
Ethicorum, cui aſſentit etiam Di-
uus Thomas in lib. contra genti-
les dicens, oportet ultimum finē
uiuenti eſſe bonum intellectus,
hoc autem eſt ueritas.

¶ Quarta, quia ueritas eſt cauſa
omnium bonorum. ut uoluit ex-
preſſe Plato. lib. v. de legibus dum
dicit, ueritas profecto tum diis, tū
16 †hominibus dux eſt omnium bo-
norum, cuius qui fœlix beatusque
futurus eſt, ſtatim ab initio partice
ps eſſe debet, ut in ueritate pluri-
mum temporis vitam agat, nec fi
dus certe eſt, infidus autem qui
ſponte mentitur.

¶ Quinta, quia veritas pronuba
17 & amatrix lucis eſt, † vt docuit Ca
rolus Bouillus Proue. lib. j. c. cxxix.
cum luce autem ſocietatem habe-
re debemus, quę lux ipſe Deus eſt.
18 † ut in Epiſtola Canonica inquit
Ioann. c. j. lucis enim opera omnis
bonitas. Apoſtol. inquit ad Ephe-
ſeos. cap. v.

¶ Sexta, quia nullꝰ animæ ſuauior
19 cibus, quàm cognitio ueritatis. † ut
uoluit Lactātius Firmianus. in lib.
diuinarum inſtitu. c. j.

¶ Septima, quia Deꝰ eſt ęterna ue
20 ritas, † ut voluit Ioan. Gerſon lib.
iij. de imita. c. ij. & ego ſum via, ue-
ritas, & vita, dicit Dominus. Ioan.
cap. x. & veritas Chriſtus eſt. ut pa-
tet Ioan. c. xiiii. & ueritas a Deo eſt.
patet Zachariæ ca p. x.

¶ Octaua, ideo præ oculis haberi
debet, ex quo ueritas eſt res noto-
21 ria, † ut uoluit Cynus in l. nam ita
diuus. ff. de adop. Bald. in l. impera

tor.la j.col.j.ff.de ſtatu hom.
¶ Nona,& vltima veritatis ſectan
dæ ratio eſſe videtur illa,quam po
nit Barto. in l.libertini.ff. de ſtatu
hom. ubi dicit ueritatem eſſe ma-
22 trem iuſtitiæ, † & ideo Bald. in l.
ſiquis ſeruo.C. de furt. dixit quòd
in delictis ueritas inſpicitur,& uo
luit Ioan.Andr.in c.ſi quis.de reg.
iur.in mercuri.in vj.Alexand.in l.
diuus.ff.ad leg.corn.de ſicar.& ve
ritas aliquando opinioni præuale
23 re † debet,ut voluit Dynus in con
ſil.xviij. quæſtio talis eſt quidã no-
mine F.::u. ij. & x. & teſtator licèt
aliàs errauerit in nomine, cognomine, ſeu agnomine hæredis, tamen cùm certum ſit, de quo teſtator ſenſerit,ueritas attendi debet, ut in l.ſi i nomine. C.de teſta.aliàs ſi ueritas eſt contra uerba teſtatoris, diſpoſitionem non inducunt. ut in l.verba.C.eod. tit. & arbitri, ac arbitratores (vt iam noſtro ſermoni finis imponatur) qui poſter
24 gato iuris rigore,uiã ueritatis † & æquitatis aſſumunt, gloria,& honore digni ſunt. ut uoluit Ang.in conſil. cclxxij. primus punctus. & in conſil.cccxliij.primus.& de ueritate iam ſatis.

¶ Sequitur in text. ibi { & Deum præ oculis habentes } ad hoc facit etiã textus in c.cum æterni.de ſentent.& re iudic.lib.vj.

¶ Et Deus eſt(ſecundum Philoſophũ) actus ſempiternus à quo cœ-
25 lum,& tota † natura dependet.vnde Anſelmus.Credimus Deum eſſe aliquid quo nihil maius cogitari poſſit.de quo latè apud Albertũ Magnum.lib.j.Compendij Theologiæ.c.j. & apud nos Chriſtianos nihil vlterius eſt quęrendũ,cùm ueriſſime ſimus de hoc Chriſtiano dogmate docti,& ipſe fecit nos & non ipſi nos. ut docuit Dauit pſ.xix.& de hoc iã ſatis. Laus Deo omnipotenti. Olíueti. Die primo Aprilis. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Inſtantia coram arbitris quanto tempore duret.*
2 *Dies feriati cadentes in inſtantia an computentur in termino.*
3 *Dies inſtantiæ an currant ſi petatur dilatio extra regnum.*
4 *Dilatio non currit impedito,facto aduerſarij.*
5 *Inſtantia non currit ei, qui non culpa ſua, ſed per protelationem aduerſarij impeditur.*
6 *Terminus actori ſtatutus ad probandum, ei non currit, ſi per reum ſteterit quominus reſponderit poſitionibus in termino per actorem productis.*
7 *Terminus duorum menſium arbitris ſtatutus ad terminandum, quando currere incipiat? 8.*
8 *Ante acceptationem arbitrorum non dicitur compromiſſum.*
9 *Dictio hinc,quid ſignificet? nu.10.*
11 *Solius iudicis appellatur ſententia.*
12 *Sententia arbitrorum appellatur laudum.*
13 *Sententia poſt terminum ab arbitris lata an teneat? nu.16.*
14 *Sententia lata,perempta inſtantia eſt ipſo iure nulla.*
15 *Tempus à iure, uel ſtatuto conſtitutum obſeruandum.*
17 *Verbum debeat,importat neceſſitatem.*
18 *Iudex ex officio, etiam parte non opponente, perempta inſtantia debet ſuperſedere.*

19 *Litium*

19 *Litium immortalitati obuiandum.*

20 *Perempta inſtantia iudex licèt non iudicet ſuper negotio principali, tamen poterit ſuper lapſu inſtantiæ ac termini, ac eum nõ eſſe iudicem, & partem abſoluere ab obſeruatione iudicii pronunciare.*

21 *Arbiter negligens intra terminum pronunciare an faciat litem ſuam?*

22 *Arbitri officium eſt totalem liti finem imponere.*

23 *Sententia arbitrorum conditionalis an teneat.*

24 *Arbiter determinans cauſam eſſe compromittendam in alium arbitrum an rectè determinet nu. 25.*

26 *Conditio quandoque actum uitiat.*

27 *Iudex in ſententia conditionem ſeu modificationem apponere non poteſt.*

28 *Conditio, ſeu modificatio poteſt in ſententia per principem poni.*

29 *Arbitri, quibus eſt data prorogandi poteſtas, & in compromiſſo ſtatutus erat terminandi terminus an poſſint poſt terminum laudum ferre.*

30 *Prorogationis compromiſſi tempus non poteſt longius eſſe primo termino.*

31 *Arbiter male iudicans an faciat litem ſuã.*

32 *Arbitrator male iudicans an litem faciat ſuam. nu. 33*

34 *Arbitri, & arbitratoris ſententia an libello conformis eſſe debeat.*

35 *Arbiter ad res liquidas an manus imponat, quando dictum eſt, quod de omni, & toto eo de quo eſt quæſtio nu 36.*

37 *Solet de iure, & conſuetudine dari arbitris poteſtas auferendi de iure unius, & dandi alteri. nu 43.*

38 *Arbitrorum omnis poteſtas à compromiſſo dependet.*

39 *Partes non poſſunt ſibi litem fingere.*

40 *Laudum arbitrorum ualidum erit ſi latum fuerit ſuper re, de qua lis non erat ſi pendente arbitrio fuerit mota, ac ſuperuenerit.*

41 *Compromiſſum quantumcunque generale nõ extenditur niſi ad profecuta.*

42 *Arbitrator fatuus eſt ſi pronunciat ſuper nõ petitis.*

44 *Arbiter an ferat ſententiam contra ius litigatoris.*

45 *Iudex quando poſſit ſententiam interpretari, corrigere, uel mutare, aut emendare remiſſiue.*

46 *Arbiter an ſententiam latam emendet, interpretetur, corrigat, uel mutet, aut declaret, nu. 48.*

47 *Arbiter cùm terminauerit, functus eſt officio ſuo.*

49 *Sententia arbitri an ſcripturam requirat. nume. 50. 51.*

51 *Partium conſenſu arbitrorum ſententia ſine ſcriptura ualet.*

52 *Iudicis ordinarij ſententia ſcripturã requirit.*

53 *Arbitri ſententia de nocte lata an teneat? & quid in arbitratore nu 54. 55.*

56 *Iudicis ordinarij ſententia de nocte lata non tenet.*

57 *Laudum die facti compromiſſi latum non tenet. nu. 60. 61.*

58 *Tempore egemus, ut aliquid maturius faciamus.*

59 *Prudentis eſt examinare conſilia, & non cito facili credulitate ad falſa prolabi.*

61 *Parte præſente ualet laudum latum die compromiſſi facti.*

62 *Citatiò ad ſententiam an exigatur in compromiſſo. nu: 63. 64. 65.*

63 *Clauſulæ, partibus præſentibus, uirtus.*

66 *Iudicis ſententia lata diebus feriatis in honorem Dei non tenet.*

67 *Ferijs diuinis non poteſt per partes renunciari, ſecus in humanis. nu. 68.*

69 *Arbitria ſunt redacta ad ſimilitudinem iudiciorum.*

70 *Arbitratorum ſententia die dominico ferri poterit.*

71 *Arbitri ſententia an dici poſſit in eccleſia, & quid in arbitratore. nu. 72.*

73 *Factum coram arbitratore non dicitur factũ in iudicio.*

74 *Tranſactio eſt actus concordiæ, & pacis, & ideo poteſt in eccleſia fieri, & diebus feriatis.*

75 *Arbiter, cui eſt data poteſtas procedendi ut arbiter, & ut arbitrator, ferẽdo ſententiã in eccleſia intelligitur ſententiaſſe ut arbitrator.*

76 *Arbiter quando fert ſententiam, debet ferre in loco compromiſſi facti. nu. 77.*

77 *Locus laudi ferendi debet eſſe honeſtus.*
78 *Sententia arbitri contra ius lata an ſit nulla.*
79 *Arbitri iuris coguntur iudicare ſecundùm iura.*
80 *Sententia lata ab arbitris recuſatis ut ſuſpectũ, an ualeat.*
81 *Praeceptum in confeſſum coram arbitro factũ, an ab ipſo arbitro fieri poßit quòd ſoluat intra decem dies.*
82 *Praeceptum de ſoluendo non fit per iudicem delegatum.*
83 *Arbitri ſi pro ſententia accipiunt maius ſalarium ſtatuto, an rectè iudicent.*
84 *Arbitratoris ſententia exequitur per iudicẽ.*
85 *Arbitri an condemnent ad expenſas. nu. 86.*
87 *Arbitri an cogantur ſententiam dicere in cõpromiſſo per pupillum ſine tutoris authoritate confecto.*
88 *Arbitrorum ſententia per teſtes probatur.*
89 *Sententia arbitri profertur ſine ſcriptis.*
90 *Caſus, in quibus non requiritur ſcriptura, teſtibus probantur.*
91 *Ex compromiſſo nullo, laudum nullũ ſequitur.*
92 *Decretum iudicis an requiratur in laudo minoris ferendo.*
93 *Decretum in pignore rei pupillaris interpoſitum, operatur quòd in uenditione aliud nõ requiratur.*
94 *In compromiſſo rei feudalis requiritur Regius aſſenſus.*
95 *Sententia, ac laudum latum ab arbitro per pecuniam corrupto an ualeat.*
96 *Munerum acceptatio, ueritatis eſt praeuaricatio.*
97 *Alexandri Macedonis patris dictum.*
98 *Corinthij lege ſanciuerunt eorum legatos munera accipere non debere.*
99 *Cambiſes Cyri filij factum contra iudicem pecunia corruptum.*
100 *Manlij Torquati in filium ſeueritas.*
101 *Pauli Aemilij magnitudo, ac liberalitas laudatur.*
102 *Si compromiſſae ſunt plures lites, an arbiter ſuper una tantùm ſententiam ferat.*
103 *Sententia aut laudum nullum an poßint ratificari à partibus. nu. 105.*
104 *Ab initio nullum, tractu temporis non conualeſcit.*
106 *Compromiſſo facto quòd feratur laudum cum conſilio doctoris, ſi proferat cõtra cõſilium, an valeat.*
107 *Si feratur laudum caſu ſupradicto & dicatur in ſententia, Pronũcio prout in tali conſilio, an ualeat.*
108 *Arbitri an poßint uocem ſocijs delegare.*
109 *Poteſt arbitris dari poteſtas eligendi alios arbitros.*
110 *Sententia, ac laudum nulliter latum, ſi renũtiatum ſit nullitati, an ſit nulla.*

GLOSSA IIII.

Debeantq́ cauſam ipſam per ſententiam terminare intra duos menſes.

ET ſic corã iſtis arbitris durat iſtis duobus menſibus inſtãtia vt hic.
1 † De iure autem communi quanto tempore duret, uide latiſſimè Abb. Panor. in c. quintauallis. nu. xxvii. de iureiurando. Alexand. in conſil. xcv. viſis proceſſibus. col. iij. vol. ij. Feli. in c. quo ad conſultationum. in fin. de ſent. & re iudi. Ioan. Petr. Ferrar. in forma lib. quo agitur ad pœnam ex forma compromiſſ. §. nec reductio. colum. final.

¶Quaero primò, an in iſto termino inſtantiae hic praefixae computẽ-
2 tur dies † feriati in ea cadentes? & ſic, notatur in l. ij. §. fi. C. de temporib. appell. & uoluit Cauenſis hic. colum. v.

¶Secun-

¶Secundò quæro, iſti duo men-
ſes an currant, ſi per partem fuit
3 petita dilatio† extra Regnum, ut
in conſtit.Edictorum. de literis ci
tator.dicendum eſt quòd nõ, per
notata per Dyn. Cyn. & Bald. in
l.ſi cùm ipſe. cum gloſſ. & in l.
præced.ff.de excuſ.tuto.ubi dicũt,
quòd ſi ex forma ſtatuti cauſa de-
bet decidi intra tres menſes, & ad
uerſarius cauſæ teſtium producen
dorum, quos dicit habere in lon-
ginquis partibus, petit dilationem
quæ vltra tres menſes extenditur,
dicunt quòd ſtatuto non obſtante
cauſa etiam poſt tres menſes erit
decidenda.text.facit in l.intra uti-
le.in princ.ff.de minor.& in l.con
tra maiores.C.de inoffici. teſta.in-
de eſt, quòd ſi cauſa debet expedi-
ri intra certum tempus, nõ currit
impedito per dilationem aduerſa-
4 rii, voluit † Cyn.in l.fin.in fin.ubi
Bald.& Saly.C.de adulte.& uoluit
idẽ Bal.in auth.clericus.C.de epiſ-
cop & cleric. & ideo ſiquis ex liti-
gantibus per ſubterfugia cauſam
protelat, non currit inſtantia alte-
5 ri, in quo culpa † ceſſat, ut apertè
ſentit glo.in c.uenerabilis.in gloſ.
magna.extra de iudic. ad quod fa-
cit, quòd ſi ſtatutus eſt terminus
actori ad probandum, & in termi
no actor poſitiones producat, &
ſtet poſtea per reũ, quominus poſi
tionibus reſpõdeatur, non curret
6 interim terminus† actori ſtatutus,
vt uoluerunt Ioan.Andr.in addit.
Specu.in titu. de dilatio.§.j. ſuper
uerſic.ſed pone.Bald.in l.j.C.de iu
ramen.calum.& in l.fi.ff. de ferijs.
glo.in clement.ſæpe.in verſic.poſt
datiohem.de uerbor. ſignifica.uo-
luit Alexan.in conſil.lxxij.uidetur
prima cõſideratione. col.j. vol.iii.
plene Iaſon in l.ſi eum.§. qui iniu
riarum.col.iij.& ſeq.ff.ſi quis cau-
ti.& Robert.Maran.in Specu.Au-
reo.in ij.actu.nu.vj.

¶Tertiò quæro quando incipiant
currere iſti duo mẽſes? diſtinguen-
dum eſt aut arbitri tempore facti
compromiſſi erant præſentes, &
7 tunc ſtatim † currere incipient.ut
in l.placet.C.de ſacroſ.eccleſ.Spe-
cul.in titu.de dilation.§.j.uerſicu.
quid ſi index.& tenuit Alexand.in
conſil.xxxiij. uiſo themate. col.ij.
uerſicu. ex quibus omnibus.uol.j.
& uoluit Rober.Maran.in Specu.
Aureo.xiiij.diſtin.nu.vij.

¶Quãdo autem arbitri eſſent ab-
8 ſentes, † non intelliguntur curre-
re, niſi a die acceptationis cõpro-
miſſi, quia antea nec etiã dicetur
cõpromiſſum.uoluit Bal.per gloſ.
ibi in l.ſi cùm dies.§.fin.C.de arb.
Alex.in d.conſil.xxxiiij. uiſo.vol.j.
ſequitur Barthol. Socin.in conſil.
lxxxvij.penſatis his.col.j.uolu.iiii.
ubi dicit, quòd quãdo arbitri præ-
ſentes ſunt compromiſſo, ſtatim
terminus curret, tantò magis ſi in
compromiſſo diceretur hinc, & per
totum talem diem, uel tot dies;
quia ſtatim currere incipient per
9 dictam dictionem hinc, † quod e-
tiam voluit Alexand.in conſil.lvi.

ponde-

ponderatis his,nu.ii, vol.vi.gl.iun
cto text.Inſtit.de iur.natu.gent.&
ciuil.in princip, uoluit Guido Pa-
pæ in deci.Gratiano cclxx.an dies.
& latè Galliarum Speculum And.
Tiraquell.in tract.retract conſan-
guin.§.i.gl.xi. nu.xxiii. computabi
10 tur enim iſto caſu de momẽto † ad
momentum,ut voluit Bald.in l.ii.
§.i.in fin.C.communia de leg.pro
quibus etiam aliqualiter uidẽdus
eſt Ioann.Firman.in tract. de epiſ-
co.lib.i.parte i.col.i:fol.iii.in volu
minibus magnis.
¶Quartò quęro,an determinatio
arbitrorũ dicatur ſententia?dicen
dum eſt quòd de iure ſolius iudi-
11 cis propriè ſolet appellari† ſenten
tia,ut voluit Bald. in rub. extra de
iud. per diſpoſitionem autem tex.
huius uidemus arbitrorum etiam
ſententiam,ac terminationem ap-
pellari ſententiam ibi in text.{per
ſententiam} promiſcue autem u-
num pro alio accipitur in pragma
tica noſtra,ex quo in hoc §.legiſla-
tor appellat ſententiam, infra ue-
12 rò in §.v.gl.i.appellatur† laudum,
ubi dicã quid ſit laudum. de quo
etiam per Orian.in tract.de arbit.
in princip.§.laudum.
¶Quintò q̃ro,an elapſa, ac per-
empta inſtantia, ſi arbitri ſenten-
tiam dixerint,ualeat,& an ſit nul-
13 la † tranſactis duobus menſibus
pro inſtantia præfixis in pragmati
ca noſtra?dicẽdum eſt quòd ſi ter-
minus in cõpromiſſo præfigitur,
& ſtatuitur in compromiſſo à par
tibus,tunc ſententia poſt terminũ
ab arbitris lata erit nulla. ita Bald.
in c.quintauallis.extra de iureiur.
¶Eodem modo quando inſtantia
eſt præfixa à lege,vel ſtatuto, ut in
caſu noſtro ex quo tunc ſententia
lata ipſa inſtantia perempta, erit
14 nulla ipſo iure, † ut in l.properan
dũ.C.de iud.& uoluit Paul.de Ca-
ſtro in conſil. clxxxiii.col.ii.ubi di
cit hãc opinionem Ricchar. Mal.
eſſe communiorem. uol.i. & Ale-
xand.in conſi.lxxxii.viſo proceſſu.
col.i. vol.iii. & in conſil. cxxxvi.in
cauſa. in princip. cum conſil.ſeq.
uol.ii.& in conſil.clxvi.in cauſa.&
lite.nu.i.& ii.vol.vi.Abb.Panorm.
in c.penulti.ubi latè Marian.Soci.
extra de iudi.Felyn. in c.de cauſis.
col.fina.de offic.dele.voluit etiam
Matthe.de Afflict. in deciſio.Nea-
pol.cclxxxiii.diu eſt.nu.iiii.Sebaſt.
Vant.in tract.de nullit.titu.de nul
li.ex defectu iuriſdict.ord.nu.cxv.
cum pluribus ſeqq. tempus enim
15 à lege,uel ſtatuto† conſtitutum di
ligenter obſeruari conuenit.ut in
l.ſcire oportet.§.multum.& §.cõ-
ſequens.ff. de excuſa.tutor.termi-
no enim præfato elapſo expirat iu
16 dicandi † poteſtas. Alexan.in con-
ſil.lxsxiiii.conſideratis. col.fina.in
fin.volum.iiii.
¶ Maximè cùm in pragmatica ac
tex.noſtro uerba dirigantur in per
ſonas arbitrorum. ibi{debeantq́;}
quo caſu, termino elapſo,& inſtã-
tia perempta ceſſat eorum officiũ,
ut notant omnes doctor.& Barto.

in d.l.properãdum.§.illo.C.de iudiciis.poſt Innoc. in c.fina. de iurament.calum.& Alex.in d.conſil. clxvi.in cauſa.nu.ii. vol.vi.

¶Tantò plus, cùm in textu noſtro imponatur arbitris terminus dictorum duorum mẽſium per uerbum, (debeant) quo caſu uidetur ꝙ eo termino elapſo de neceſſitate non poſſit ulterius ſentẽtiam dicere: cùm uerbum (debeat) pręci
17 ſam præ ſe ferat neceſſitatẽ.† doc. in l.ſæpe.ff.de offic.præſid. Alexa. in l.paulus.ff.de re iudic. Nicolaus Boer.in conſil.xx.vtrum Papa poſſit.nu.xlv.& dixi ſupra.§.eod. glo. ii.q.i. nu.iii. debet enim iudex inſtantia perempta, etiam parte minime opponente in cauſa ſuperſe
18 dere, † ut uoluit Alexan.in conſil. xxxix.uertitur lis.in princi. uol.v. per notata in l.i.C. ut quæ deſunt aduoc. par.

¶Procedunt, quæ diximus tantò facilius in caſu noſtro, cùm ut centies tradidimus, ideo compromiſſum hic fieri ſtatuatur, ut lites breuientur, quo ſtante præſumẽdum eſt terminum hic præfixum eſſe,
19 ut tantò plus litium † immortalitati pœnę obuiaretur, iuxta tradita per Bald. in repet.l.obſeruare §.proficiſci.q.iii.ff.de offi.procon ſul.& in l.fi.C.ut intra cert. temp. Caſſodo.in deciſion.ix. nume.iiii. de appell..

¶Quæ omnia procedũt ut ſuper principali negotio, & cauſa, lapſa inſtantia non poſſit fieri determinatio, ſecus autẽ ſi uellet pronunciare inſtãtiam eſſe decurſam, ſeu terminum elapſum, vel ſe amplius nõ eſſe iudicem, vel partem abſoluere ab obſeruatione iudicij, aut
20 aliam † ad expenſas condemnare, ut notat̃ in l.j.& ij.C.vt intra cert. temp.uoluit Innoc.in c.fin. extra. de iureiur. Alexã. in conſil.cxxxvj. & in conſil.ſeq.uol.ij.& in conſil. xxxix.uertitur lis.uol.v.& in conſ. clxvi.in cauſa.nu.ij.vol.vj. Philip. Deci.in conſil. xxxiiij. in fin.uol.j. Rota in deciſio.xcviij. licẽt.in nouiſ.& voluit Anton.Capyci.in deciſio. Neap.ccvj. in cauſa cuiuſdã. nu. iiij. & Thomas Grammaticus in deciſion. Neapol. xcj. Magiſter Valentinus Papæ.nu.iiij. & in uoto xxxj.in cauſa eiuſdem. numero xiiij.l& ſeq.

¶Sextò quęro, an ſi arbiter negligat intra terminum arbitrari, fa-
21 ciat litem † ſuam ? breuiter dicendum eſt quòd ſic. probatur in l. non diſtinguemus.§.quæſitum.ff. de arbit.ubi ſi arbiter, coram quo intendit pars ſua iura ac iuſtitiam proſequi, pronunciat cauſam redire debere iterum ad iudicem, uel recompromiſſuram in alium arbitrum, non cenſetur arbitrum pronunciaſſe, ſed potius pronunciare neglexiſſe, & aſſignat̃ uiua ratio, ꝙ arbitri officiũ eſt per ſuam ſen-
22 tẽtiã totalẽ liti finẽ imponere, † ut in l. dicere.ff. eo.titul.in caſu autẽ propoſito, nouæ litis potius ſuſcitationem induceret, & eo caſu te-

nebitur ad intereſſe, & litẽ iudex
faciet ſuam. ut voluit Ludo. Rom.
in conſil. cccxxxviij. in caſu. nu. iij.
& duobus ſeq. uoluit Bartho. Soc.
in conſil. cxxiiij. præſens conſulta-
tio. col. j. volu. j.

¶ Septimò quæro, an ſi arbitri vi-
dent quòd ſunt in fine termini in
ſtantiæ determinãdi cauſam com-
promiſſam, ne forſitan inciderent
in pœnam ob determinationem
non factam, & ideo cauſam termi
nant conditionalem ferendo ſen-
tentiam, an eo caſu talis ſententia
23 † teneat? reſpõdeas audacter quòd
talis ſententia nõ ualet, ſed eſt nul
la, & ita in facti contingentia cõ-
ſuluerunt Petr. de Anchar. in con-
ſil. ccvij. in quæſtione ſupradicta.
in primo, & tertio dubio. & ita e-
tiam cõſuluerunt ſolennes docto-
res Collegij Patauini, qui ſe ſub-
ſcripſerunt ſupradicto conſil. An-
charan. in conſil. ccviij. incip. iudex
de iure iudicaturus. tenuit etiam
Bald. in l. ſiquis ſub conditione. ff.
de condi. inſti. ubi dicit ſe in quæ-
ſtione facti ita conſuluiſſe, quòd ſi
arbiter dicat; condemno talem in
centum, ſaluo quòd ſi in me iterũ
compromittant non teneatur; &
dicit quòd tale laudum eſt nullũ,
quia talis cõditio uidetur adiecta
in fraudem legis, ſcilicet l. non di-
ſtinguemus. §. quæſitum. ff. de arbi
tr. ubi notant doctor. quòd ſi arbi
ter terminauerit, quòd cauſa com
promittatur in alium arbitrum, ꝙ
24 talis ſententia† nõ ualebit, ex quo
per eam liti finis nõ imponeretur.
argum. l. dicere. in princip. ff. eod.
tit. quam opinionẽ ſequitur Paul.
de Caſtr. in d. l. ſiquis ſub conditio
ne. ſequuntur etiam Ange. & poſt
eum Ioan. ab Imo. in l. ſæius, & Au
gerius. ff. ad leg. falcid. ubi Imo. di-
cit ita ſe cõſuluiſſe de facto ſuper
quodam laudo lato per Ducem Ia
nuę inter Comitem virtutũ, & li-
gam, quòd quę partium non com
promiſſum prorogaret ad men-
ſem, incideret in pœnam centum
millium ducatorum, conſuluit e-
nim quòd illud laudum non vale-
bat, & impunè poterat ei non
pareri: quia ſicut arbiter non
poteſt laudare ut prorogetur ter-
25 minus compromiſſi, † uel etiam
compromittant in alium. ut in l. ſi
cùm dies. §. ſi intra. & in d. l. nõ di
ſtinguemus. §. quæſitum. & §. fin.
ff. de arbit. Ita non poteſt hoc in
conditionis modum inducere.

¶ Demum ſi reſeruando iſtam cõ
ditionem ſententia eſſet ualida, ſe
queretur quòd eſſet contra pro-
priam laudi, ac ſententiæ arbitro-
rum natura, quæ eſt, ut per eam fi
nis liti imponatur. ut in d. §. quæ-
ſitum. & in d. l. dicere. igitur dicta
26 cõditio actum† vitiare habet. text.
in c. fin. extra de conditi. appoſ.
tex. cum gloſſ. in l. per ſeruum. ff.
de uſu, & habita. glo. in c. ij. de ſta-
tu monach. & in c. inſinuante. ex-
tra qui cleric. uel uouent. & Bald.
in l. j. ff. de condit. inſtit. Et cùm ar
bitria ſint redacta ad ſimilitudinẽ
iudi-

iudiciorum.ut in l.j. ff.de arbi. & in c.cum dilectus.ubi docto.extra co.tit. & arbiter dicitur iudex, ut diximus latè ſupra.§.eo.glo.j. per totum. Et quemadmodum iudex
27 in ſententia† códitionem, aut modificationem apponere non poteſt.ut in l.ij. C. de ſent. ex breui-cul.recita.notatur in c.qualiter,& quando.de accuſa.Soli enim Principi ſtatutum eſt conditionem ap
28 ponere† poſſe in ſententia,ut not. in l.fin. ff. de quæſtioni. & uoluit Barto.in l.ab executore. ff. de appellat.

¶Nec obſtat quòd cótrarium tenuerit Bartho. Socin. in conſilio cxxiiij.Præſens conſultatio.per totum.vol.j. ex quo ipſe loquitur in arbitratore,quo caſu longe diuerſum eſt à caſu noſtro. ut idem Socin.dicit in dicto conſi.cxxiiii. colum.iij. vbi uidendum eſt. de hoc etiam tetigi infra §.vi. gloſſ.j.q.ij. nume.xj.

¶Octauò quæro, an ſi factum eſt compromiſſum in arbitros, & dictum eſt quòd habeant terminare
29 intra duos menſes, † & dederunt eiſdem poteſtatem pluries prorogandi,qui prorogauerunt poſt tamen terminum,poſt quam prorogationem fuit latum laudum, an ualeat? quòd non ualeat in terminis tenuit Angel.in conſil.ccxxxj. punctus.Ex quo prorogatio intelligitur facta expirato compromiſſo,ergo eſt pœnitus nulla. ut in l. ſi cùm dies.§.ſi intra.ff.de arbi.tàtò plus,quòd cùm inter partes cõ uetum fuerit de prorogatione facienda intra terminum, faciendo & laudãdo poſt terminum, dicto laudo poterit non pareri,quia uiderentur feciſſe id, quod eſt extra compromiſſum, & ſic nulliter,ut in toties allegata l. non diſtinguemus.§.fi.ff.eod.titu.

¶Nonò quæro incidenter, an in caſu, quo facienda eſſet prorogatio, liceret arbitris prorogare in tantum, ac talem terminum, prout eis placeret? dicẽdum eſt quòd non, ex quo prorogationis tẽpus appoſitum, non debet excedere tempus poſitum in compromiſ-
30 ſo. † docuit hoc Bald. in conſilio ccxxix. Nobiles uiri Henricus. colum.fi.volum.j. refert & ſequitur Hippolyt.de Marſil. in ſingul.lii. prorogatio. & Ioan. de Arnono. problemate lxvii.tempus.

¶Decimò quæro,an arbiter male
31 iudicando faciat litem ſuam? † ſic,textus eſt ubi hoc notat Ioan. Faber in l.ſiquis in conſcribẽdo. ubi tex.C.de pact. & uoluerũt ibidem clarè Accurſ. Salycet. & alii. & uoluit Barto.in l. ſi iudex. nu.j. ff.de uar.& extraordi. cognitio.& Angel. in l.filiusfamilias. ff. de iudic. gloſſ. in c.j. de re iudic.lib.vi. & uoluerunt Gulielm. de Monte Laudu. & Card. in clem. ſæpe. de re iudicat.ubi etiam Georgius Nath.in §.quæ omnia.& Petr.de Anchar.in c.j.de re iudic.Abb.Panormit.in rubr.extra de appellat. uer

ſi.ad ſeptimum. uoluit Angel. in conſilio clxxxviii. ſed nunc. col.fi. & in conſi.cclxxii. primus pũctus. col.pen. Franciſc. de Aretin. in d.l. ſiquis in conſcribendo. nu.iii. ubi etiam per Iaſon. & uoluit Paul. de Caſtr. in conſi.lxxj. Felin. in c. paſtoralis. §. quia uerò. nu.viii. de offic.deleg. Hippolyt. de Marſil. in practica criminal. §. ſupereſt. nu. x. & ſeq. Lanfranc. de Orian. in tractа. de arbit. q.xxxvj. & Ioan. de Arno. problem.lvj. reponas.

¶Quid autem in arbitratore iudicante, an faciat litem ſuã, ſi perperam, & malè † iudicauerit? quod
32 ſic, tenuit Angel. in dicto conſilio clxxxviii. ſed nunc uidendus eſt tamen ad hoc Bart. in d.l. ſi iudex. tenetur tamen de dolo, & lata culpa, ut per Ioan. de Imol. Ludo. Roma. & alios in l. diuus. ff. de re iudic. & per Barto. in l.fi. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixerit. Abb. & Felin. in d. §. quia uerò. ¶ Quod ultimum
33 de arbitratore duobus † modis limitatur, ut per Felin. in d. §. quia uerò. nu. cj. dixi de hoc aliqua infra. §. vii. glo. j. q. fi. nu. iiij.

¶Vndecimò quæro, an ſententia ferenda per arbitrum conformis eſſe debeat libello? & quid in arbi
34 tratore? † Remiſſiuè uideas Anto. de Butr. Ioan. de Anania. & Felin. ĩ c. licèt Hely. extra de Simon. Barto. in l. aquiliana. col.fi. ff. de tranſact. Angel. in l. de his. ff. eo. titul. Ioan. de Imol. in c. niſi. extra de præbend. & Anton. de Butr. in cõſil. v. viſis actis, & allegationibus.

¶Duodecimò quæro, ſi eſt lata ſententia, ſiue laudum ab arbitris ſuper re, & cauſa non deducta in compromiſſo, an ualeat ſi in eodẽ cõpromiſſo diceretur, { quòd intelligeretur eſſe lis, & quæſtio, } de omni & toto eo, quod per ipſos arbitros iudicaretur } per quam clauſulam uidetur conceſſum ꝙ arbiter poſſit apponere manus
35 † ad res liquidas, uoluit hoc Ange. in l. j. & in l. cum hi. ff. de tranſact. & in l. tale pactũ. §. qui prouocauit. ff. de pact. operari enim uidetur talis clauſula, quòd in genere
36 † uideatur cogitatum illud, ſuper quo poſtmodum fuerit laudatũ, uoluit Angel. in l. cùm aquiliana. ff. de tranſact. Paul. de Caſtr. in l. j. ff. eo. tit. Cardin. & Abbas Panormit. ĩ c. expoſita. de arbit. & Ioan. de Monte Sperello in dicta l. cùm aquiliana.

¶Præterea uidetur pro iſta opinione facere illud, quia tam de iuris communis, quàm ſtatutorum diſpoſitione ſolet arbitris
37 dari, ac concedi poteſtas † auferendi de iure unius, & dandi alteri, & è contra. ut uoluit Accurſ. in l. ſi de meis. §. recepiſſe. & in l. ſed & ſi in ſeruum. §. ſi quis iudex. ff. de arbitris. Barto. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. ff. pro ſocio. & uoluit Abb. Panormit. in c. quintauallis. in xx. differentia. extra de iureiur. Per quæ cùm uideatur in hoc ei tributa licentia, debe

ret iſto caſu laudum, & ſententia ſubſiſtere.

¶Non obſtantibus autem ſupradictis contrarium uerius eſſe de iure apparet, ex quo cùm arbiter pronunciat, ac ſententiat ſuper re in compromiſſo nõ deducta, nulliter laudat, cùm omnis eius pote
38 ſtas à compromiſſo† dependeat, ut not. in l. non diſtinguemus. §. de officio. & in l. ſi cùm dies. §. plenũ. ff. de arbit.

¶Non obſtant contraria allegata, & primò non obſtat primum, ex quo licèt in compromiſſo ſit poſita illa generalis clauſula, nihilominus quia de cõſuetudine notariorũ hę clauſulę apponi cõſueuerũt, tñ nõ poſſunt ſuper eo, de quo lis non ſperabatur, compromittere, & per cõſequẽs, nec arbiter laudare, quia partes non poſſunt ſibi li-
39 tem fingere.† ut in l. cùm hi. §. ſed cum lis. ff. de tranſa. per quem text. ita cõſuluit in caſu propoſito Bal. in quodam conſilio, incip. quòd laudum. uti eũ refert, & ſequitur Barthol. Socin. in conſil. ciiij. viſis cõpromiſſo, laudo, & ſtatutis, nu. vj. vol. iiij. & ante eum uoluit Ange. in l. ij. per illum text. C. de tranſac. ita enim demum arbiter ſuper re in compromiſſo minime dedu-
40 cta laudare poterit, ſi pẽdente† cõpromiſſo ſuper eo, de quo laudauit, fuerit mota lis, aliàs autẽ litis deciſio nulla erit. uoluit Bald. in d. conſil. allegans gloſſ. in d. l. ij. C. de tranſ. & in l. j. in prin. ff. ſi quadrupes pauper. fec. dic. l. j. §. j. ff. de dol.

¶Cõpromiſſum enim generale, ſi tractetur extendi, non poſſet aliquo modo trahi, niſi tantum ad
41 proſequuta.† l. ſi cum dies. §. plenum. ff. de arbit. uoluit Barto. in l. cùm aquiliana. ff. de tranſa. & in l. tres fratres. ff. eod. titul. & Angel. in conſil. ccxvij. uiſa narratione facti. col. v. ubi dicit, quòd eſt fatuus arbitrator, qui ſuper non petitis
42 †pronunciat. argu. l. fin. C. de fideicommiſſ. liber. faciunt notata per eundem Ang. in cõſil. lxvj. Comes Rorbertus de Battifolle. col. v. uoluit etiam Socin. in d. conſil. ciiij. nu. vij. ubi dicit ita ipſum conſuluiſſe in ciuitate Florẽtię, & quòd ſuo conſilio plures ſolennes doctores ſe ſubſcripſerunt.

¶Nec obſtabit ſecũdum, quòd arbitri, & arbitratores uni parti poſſit auferre, alteri uerò tribuere: ex
43 quo debet† intelligi, dum tñ non extendant manus ad res non comprehenſas in compromiſſo, ut uoluit Barto. in d. l. cùm aquiliana. argu. d. §. de officio. & Barto. ſequuti ſunt Bald. & Franciſ. de Albergottis. in d. l. cùm aquiliana. Ang. in d. l. de his. ff. eod. titu. Anton. de But. in c. niſi eſſent. de præben. & in c. conſtitutus. in fin. de relig. domib. & Abb. Panorm. in c. quintauallis. differentia. xviij. de iureiur. & iſta eſt communis omniũ doctorum ſententia.

¶Decimotertiò quærò, an arbiter contra ius litigatoris ſententiam,

44 ſeu † laudum proferens bene laudetӡdicendum eſt talem ſententiã, ſeu laudum non ualere, ut terminauit Bar.in l.diem proferre.§.ſtari.ff.de arbi.ſequitur alia allegans, quem uide, quia diſtinguẽdo rem terminat, Felin.in c. cauſam quæ. nu.xv.de ſentent.& re iudic.Ioan. de Arnon.commenta.iiij.ad materiam. ubi neſcit figere pedes. & in ſing.lxxxiij.ſupra.

¶Decimoquintò quæro, an arbiter poſſit ſententiam ſuam mutare, emendare, corrigere, vel interpretari, poſtquàm laudum fuerit latum? de quæſtione in perſonam iudicis quando poſſit ſuam ſententiam interpretari, corrigere, e-
45 mendare, uel mutare, ponunt† latè doctor. in l.iudex poſtea quàm. in l.quod iuſſit. in l.acta.§.de amplianda.& in l.cùm quærebatur.ff. de re iudi.& in l.i.§.fin.ff. de quæſtio.& in l.diui fratres. & in l.moris.§.iſte.ff.de pœn.in l.poſt ſentẽtiam.C.de ſentent.in l.ii.C.de ſenten.ex breuicul.recit. in l.j.C.ſentent.reſcind. non poſſ.uoluit Hoſtienſ.de ſentent.§.quod ſunt eius ſpecies.& §.qualis.Guil.de Cun.in l.quia arbiter.ff.de arbit.Alexand. in conſil.xc.ferè omnis.uol.j. & in conſil.clxxx.uol.iij.Philipp.Dec.in conſil.xliij.col.ij.Imo.Ludoui.Roman.Alexã. & alij in d.l.quod iuſſit.& latiſſimè etiam Fel. in c.qualiter,& quando. il primo de accuſatio.Anto.Capyci.in deciſio.Neapol.j.Vitalis Cãbanis in tract. clauſularum.ſuper clauſula.non errore ducti.uerſic.ſed an iudex.& nouiter Franci.Marc.in deciſio. Delphi.cccccclxx. per totum.ubi latè. uol.i.qui latiſſimè tractat materiã, an,& quãdo,ac quibus caſibus iudex poſſit ſuam ſententiam corrigere,emendare,mutare, uel interpretari, ad quos omnes breuitati ſtudens me remitto.

¶Arbiter uerò, aut arbitrator reregulariter mutare, corrigere, in-
46 terpretari aut emendare † ſententiam,& laudum non poterit,caſus eſt clarus in l.dicere. cum duabus ll.ſequentibus.ff.de arbi. & uoluit Barto.in l.quid tamen.ff.eod.titu. uoluit Cardi. in conſil.xxix.col.ii. uerſicul. & quòd de arbitro.quod fuit totius Collegii Patauini.& ita etiam in caſu fortiori uoluit Petrus de Ancharan.in conſil.cxi.ex ſupradicta.& in conſil cccxi.diſcutiendum eſt primò de virib.per totum.& expreſſe uoluit Rapha.Comenſ.in conſil. xvii. Hieronymus de Biſcheriis.col.i.& expreſſius in conſil. cxlii. Ser Petrus Maſſario. col.i.in i.dubio.allegat Bald. idem tenentem in l. ne in arbitris.C. de arbit.Abb.Panor.in c.i.nu.xxiii.de poſtul.præl.& in c.cum olim.nu.i. de arbit.& Ioan.de Ana.in conſil. 50.uoluit Rapha.Fulgo.in conſil. cxliiii.ſyndici communis.in ii.dubio.Lanfran. licèt parum tetigerit in tract.arbitrorum.q.xxvii.& tenuit Sebaſt.Vant.in tract.de nullitatibus.titu.de nullitat.ex defectu

iuriſdict.ord.nu.cxiiii.& ita communiter tenent doctores, ex quo cùm ſemel iudicauerit, iã functus
47 eſt officio † ſuo.ut uoluerunt Bartol.in d.l.quid tamen.& Panor.in d.c.cùm olim.

¶ Limitant autem concluſionem iſtam ſupra notati doctores non procedere quoad acceſſoria.

¶Limitant ſecundò non procedere ubicunque partes id conceſſiſſent dãdo arbitris poteſtatem plu-
48 ries arbitrãdi,ac demum † mutandi,emendandi,corrigẽdi,& interpretandi, quia tunc bene poterũt hoc facere.uoluit Bart. in d.l.quid tamen. ſequitur allegans alia etiã Franciſc.Marcus in decſione Delphi. ccccclxvii.quæritur quando. nume.xxi. vol.i.

¶Decimoquintò quæro, an arbiter debeat ſentẽtiam, ſeu laudum
49 in ſcriptis † proferre? Annibal Cauẽſis hic col.vi.ſentit quòd requiritur ſcriptura,aliàs eſt nulla. allegat gloſ.in l.i.C.de ſentent.ex breuicul.recitand.

¶ Veritas autem eſt in cõtrarium, ex quo cùm,ut dictum eſt centies, compromiſſum ſit inuentum ad lites finiendas,ut breues ſint,poſ-
50 ſunt in talibus cauſis† ſententiam, ac laudum ſine ſcriptis proferre. per notata in authen. niſi breues. C.eod. tit. ſupra citato.vbi breues lites ſine ſcriptura terminari poſſunt.ita in propriis terminis contra opinionem Annib. tenuit notab.gl.in d.auth. in uerſic. breues. quam ſequuntur magnæ authoritatis homines ibidem Barto.Bald. & cæteri.

¶Quæ opinio tãtò planiùs procedit in Regno in quo communiter cõſueuerunt notarii in compromiſſis dicere(quòd arbitri poſſint ſententias ferre in ſcriptis,& ſine ſcriptis) quo caſu ſcriptura nulla re-
51 quiritur,ex quo de † partium uoluntate poterit hoc fieri. uoluit Specul.in titu. de ſentent.§.iuxta. col.v. uerſicu. non ualet etiam. & uoluit ibidem Ioan. Andr. qui dicit idem tenuiſſe Guil. de Cun. in dicta authẽ. niſi breues. ubi etiam Ang.idem tenuit.& Iaſ.in §.curare.in fin.Inſtit.de actio. Barto.in l. quoties.C.de priuileg. Schola.lib. x.uoluit Matth.de Afflict.in deciſ. Neap.cxci. Abbas Ruſſillus.num. vii.qui loquuntur in iudice quod eſt magis durum. licèt aliàs à iudice ordinario ſententia neceſſariò
52 debeat † in ſcriptis proferri, aliàs nullitati ſubiacet. ut in l.i. & ii.C. de ſenten.ex breuic.recita.& notatur in d.§.curare.tex.eſt in conſti. regni.Ab omnibus.ſub rub.de ſentent.in ſcript.ferend.ubi Afflict.& tenuit etiam Vincent. Maxilla. in commentar.conſuetudi.Bari.§.in ſcriptis.per totum.ſub tit.de iudi.

¶Decimoſextò q̃ro,an arbitri,uel arbitratores, poſſint ita ut ualeat ſententiam, ſeu laudum de nocte
53 †proferre? arbitri ſententia de nocte prolata non tenet.uoluit Bald. in l.eos.§.ſin autem.in fi.C.de ap-

pellat. Ludouic. Roman. in repe. l. j. col. iij. ff. de arbit. ubi dicunt arbi
54 tratorem poſſe † de nocte ſententiam ferre, arg. l. non minorem. C. de tranſac. ubi tranſactio de nocte fieri poterit, ſic & eodem modo arbitramentum de nocte fieri poterit, cùm tranſactioni æquiparetur
55 † ut in auth. ſi uero. C. de iudi. glo. in authē. vt differ. iud. & ita uoluerunt doctores præſertim Iaſon in d. l. non minorem. ubi Alexan. nu. iii. & ibidem antea Paul. de Caſtro qui dicit idē procedere in arbitro, quem renuit Alexā. ibidem. & uoluit hoc ipſum etiam Feli. in c. conſtituit. nu. xvii. de offi. delega.

¶ Et quia in pleriſque compropromiſſis ſolent partes concordare q̄ poſſit ferri ſententia de die, & de nocte, ideo tali caſu, per talem partiū conſenſum bene ualebit, ut uoluit Sal. in d. l. non minorem. allegans Io. Andr. uoluit etiā Alex. in d. l. non minorē. & voluit etiam Paul. de Caſtr. & Iaſon in l. more Romano. ubi alii ſcribētes. ff. de ferijs. Felin. in d. c. conſuluit. nu. xviij. uoluit etiam Lanfranc. in deciſ. ccccxii. ſententia lata.

¶ Licèt aliàs in iudice ordinario, ſententia ab eo lata de nocte non
56 teneat, † ut in c. conſuluit. de offi. deleg. gl. in l. ij. §. deinde cùm eſſet. ff. de orig. iur. glo. cum tex. in §. ſedebunt. Auth. de iudi. Franciſ. Aretin. in l. qua ætate. ff. de teſta. & in d. l. non minorem. & per omnes ſupra allegatos.

¶ Decimoſeptimò quæro, an laudum latum eadem die, qua factū eſt compromiſſum, teneat? dicendum regulare eſſe, laudum eadem
57 die facti compromiſſi † latum non valere, ex quo propter temporis breue interuallum, ſine cauſæ cōgnitione latum præſumitur. ut voluit Iacob. Butrigar. & Barto. in l. prolatam. C. de ſent. & Bald. in c. j. de inueſt. in maritum fact. in feudis. idem etiam Bald. in d. l. prolatam. Bart. in l. is apud quē. C. de edendo. Ludou. Roman. in l. ſiquis arbitratu. colū. vj. & in l. ſtichum. col. penu. ff. de verbo. obliga Abb. Panor. in c. quintauallis. col. penu. de iureiur. Andr. Barba. in c. ſuper quæſtionum. §. intētionis. col. iiii. de offic. deleg. Petr. de Anchara. in conſil. xxxvj. viſa quadam petitione. col. j. & in conſil. lxxxiij. viſis diligenter actis. colum. j. & in conſi. clxxxviij. viſis conſilijs. col. j. tennit etiam Rapha. Comenſ. in cōſi. ſuo clxxx. Videtur prima fronte. colu. ij. Barthol. Socin. in conſi. lxvi. viſo compromiſſo facto. nu. ij. & in conſil. lxxxvij. penſatis. num. vj. & vij. vol. iiij. Lanfranc. in trac. de arbit. q. xxii. Hippolyt. de Marſil. in repet. rubr. ff. de fideiuſſorib. nu. lxxxj. & in pract. criminal. §. nunc uidendum. nu. xxxiij.

¶ Ad quod facit illud uulgatum quòd tēpore egemus, ut aliquid
58 maturius faciamus, † ut in c. ponderet. 50. diſtinct. ubi Geminian. dixit, non præcipitemus conſilia

noſtra, & opera noſtra, neque eorum ordinem corrūpamus. ideo dicit Ioan. Gerſon. in lib. j. cōtemptus mundi. cap. iiij. quòd maxima ſapientia eſt, non eſſe præcipitem in agendis, nec pertinaciter in propriis ſenſibus ſtare. De dubiis enim non definias (inquit Seneca) ſed ſuſpenſam tene ſententiam, nihil inexpertum affirmes.
59 Prudentis † eſt enim (ut idem Seneca docuit) examinare conſilia, & nō cito facili credulitate ad falſa prolabi. & ideo Cyrus apud Xenophontem docuit, quòd nō debet quis dicere ea, quæ minus certo norit, & ideo Arthabanus apud Herodotum. lib. vij. dicebat, quòd bene conſultare, maximum eſt lucrum. Rei enim conſilio geſtæ (ut idem Herodotus ait) lætus plerunque eſt exitus. Et ideo plurimum laudatur Q. Scæuola legislator, qui dum conſulebatur de iure prętorio, licèt ipſe peritiſſimus eſſet, conſulebat ad Furium, & Caſſellum iuris ſectatores, quid hi ſentirēt. refert Valer. Maximus. in lib. viij. c. xiii.

¶ Facit ad hoc idem quod notat Dominic. in d. c. ponderet. inuehens contra iudices, qui de veſpe ri habent proceſſus, & de mane ſententias ferunt, ubi dicit quòd talis ſententia eſt ipſo iure nulla.
60 & de multis † ſimilibus latè eſt uidere per Hippoly. de Marſil. in dicta rubr. ff. de fideiuſſ. nu. lxxxj. & in d. §. nunc uidendum. nu. xxxiii.

& ſic firma reſtat concluſio, quòd laudum latum eadem die, qua eſt factum compromiſſum, nullū eſt.

¶ Limita primò iſtam concluſionem non procedere, quando arbitri ante factum compromiſſum, & ante laudum latum, erant plenè informati de iuribus partium, ex quo eo caſu non poteſt dici aliqualem cauſæ cognitionem interueniſſe, & ideo ualebit. Bartholo. Socin. in conſi. cxxj. In cauſa reclamationis. col. iij. uerſ. præterea ipſe. vol. iij. ſequitur Hippolyt. in d. rubr. nu. lxxxj.

¶ Limita ſecundò non procedere quotieſcunque partibus præſenti bus laudum fertur, ex quo ob partium præſentiam ualebit, uidetur nanque propter pręſentiam eo caſu adhibitam cauſæ cognitionem, quinimmo etiam ſi partes nihil dixerint aut replicauerint, eo caſu ſententia, uel laudum ſubſiſtet.
61 † ut uoluit Lapus. allegation. lxxxviij. Anto. de Butr. in c. quoniam contra. de probatio. Bald. in d. l. prolatam. quod notat Bart. in l. acta. ff. de re iudic. voluit Ioan. de Imol. in d. c. quoniam contra. ubi etiam Orian. in princip. col. fi. Bartho. Socin. in d. conſil. cxxj. colu. v. uerſ. Tertiò quia tunc. & in conſi. lxvj. Viſo. in princip. vol. iiij. quæ ſunt notanda.

¶ Decimooctauò quæro, an arbitri in ſententia ferenda debeant partes citare ad eam audiendam. Omnium doctorum cōmunis ha-

62 betur concluſio,†quòd citatio requiritur.arg.tex. l. diem proferre. §.ſiquis litigatorum.ff de arb.uoluit Innocen. in c .ex parte. de arbit.Specul.in eo. titu.§.excipitur. in fin.ſequitur Ioan.de Imol.in c. cùm dilectus.de arb. & Alexand. in l. ſiquis arbitratu. poſt Iacob. de Aren.Petr.& Cyn. ff.de uerbo. obligatio. ubi hoc uoluit Bartol. quem ſequi uidetur Raphael Comenſ.in conſi. vij. Viſis compromiſſo.col.j.& Felin. in c. cũ olim. col.ix.de re iudic.Bald.in c.j.§.ſancimus.Quo tẽpore miles. in feud. Lanfranc. in tract. arb. q. x. & eſt communis opinio.

¶ Limita eam primò non procedere ſi per partes dictum fuerit ꝙ
63 poſſint abſentibus partibus†arbitrari, ex quo nullo modo eo caſu talis citatio requiritur, ita ſubtiliſſime conſuluerunt Raphael Comenſis in dicto conſi.vij. viſis.cui ſe ibidem ſubſcripſerũt Raphael Fulgoſius, Chriſtophorus de Caſtelliono, Franciſcus de Caſtelliono, Tadeus de Vicomercato, Thomas de Cãbiatoribus, Petrus Matheſilanus, Ziliotus de Caluitellis, Iacobus de Salvceto, Bartholomeus de Boſco, Marcus de Cannetulo, Florianus de ſancto Petro, & Antonius de Albergottis, qui fuerunt flores doctorũ totius Italiæ. uoluit etiam Specula.in d.§. excipitur.Alexan.in d.l.ſiquis arbitratu.Feli.in d. c. cum olim. Iaſon in §.in bonæ fidei.nu.xxvii. Inſtit.de actio.Ioan.de Imol.in d.c.cum dilectus.Hippolyt.de Marſil. in ſingul.clxxiij. fiunt cotidie compromiſſa. uoluit etiam hoc Ioan. Arnonius epith.iij. per Regem.

¶ Limita ſecundò non procedere quando inter cõpromittẽtes pro-
64 prie id conuentum eſſet, †ut non citatis ipſis partibus arbitri arbitrarentur, quia laudum ſine citatione iſto caſu bene ſubſiſteret.ut in d.§. ſiquis litigatorũ, & uoluit alios allegans Vdalrichus Zaſi. in d.l.ſiquis arbitratu.nu.xxxiii. fallẽtia j.& hoc eſt clarum.

¶ Limita tertiò, ut alia omittamus, non procedere, ubicunque laudum fieret,& ſententia per arbitros daretur in ultimo die termini in compromiſſo, uel pragmatica præfixi, quia eo caſu cita-
65 tio aliqua†non exigitur. uoluerũt Barto. in l.ij. C. de temp. appella. Bald.in l.nec quicquàm. §.ubi decretum. ff. de offic. proconſulis. Bald.in c.j.§. ſancimus. Quo tempore miles.in feud.voluit Marant. in Spec.Aur.parte vii. membro j. nu.xviii.

¶ Limitationes aliæ quinque traduntur per Zaſi.in d.l.ſiquis arbitratu.ad quas te remitto, ne idem tranſcribam, uidendus eſt enim doctor ille alioquin literarũ ſcientiſſimus.

¶ Decimononò quæro, an ſententia arbitri lata die feriato teneat? dicendum quòd iudicis ſententia die feriato prolata, nulla eſt, maxi-

66 mè in diebus † altiſſimæ maieſtati dicatis.ut in l.ij. in l. omnes iudices. in l. omnes dies. in l. dies feſtos.C.de feriis.gloſſ.in l.j.C.eo.titu.Paul. de Caſt. in l. ſi ut proponis.la j. C.quand.iud.ſent.profer. deb.Specul.in titul.de feriis.§.fin. in princ. text. in clement.ſæpe.de verbo.ſignifica.Alberic. de Roſa. Bald.Paul.de Caſtr.Ange.Iaſ. & alii in l.j.ff.eo. titu. Vbi dicunt, q nec etiam per partes poterit tali-
67 bus feriis renunciari,† & de tali renunciatione diximus ſupra. §. ij. glo.vj.q.viii.nu.xxiiii.

¶Hoc autem non procedit in ferijs inductis ob ſalutem, & vtilitatem hominum,ut ſunt feriæ meſſium, & vindemiarum, quia illis
68 tacitè,& expreſsè† poteſt renúciari.ut latè per Alexand. in conſilio xxvj.viſo.col.iij.vol.ij.

¶Et non ab re diebus feriatis ſententia lata nullitati ſubiacet expreſsè,cùm etiam antiqua xii.Tabularum lege caueretur ferias obſeruari,lex autem ita ſe habebat. Feriis iurgia amouento. ut retulit Cicero.lib.ij.de legib. Antiquitus autè ante Domini noſtri aduentum, tēpore, quo Romanum vigebat imperium, plures erant feriarũ ſpecies.Feriæ imperatiuæ appellabantur, quas conſules, aut prætores extra ordinem pro eorũ arbitrio, pro ſalute Reipublicæ,aut principis,aut ob rem fæliciter geſtā indicebant. Feriæ nundinariæ erant paganorum,ac ruſticorum,in quibus ad merces, & negotia conueniebant, pro ut etiam hodie ſunt in vſu. Feriæ conceptiuæ,erant illæ,quæ quotannis à ſacerdotibus, uel magiſtratibus concipiebantur in certos dies, ut ſunt Paganalia, Compitalia,Latinæ, Semētinæ,& ſimilia. Feriæ ſunt ſingulorum,ut dierum natalium, quæ natalicuæ appellabantur.Vt Aemiliæ, Claudiæ,& ſimiles,aliæ feriæ,quæ dicebantur familiarum ob domeſticũ celebritatis vſum inuentæ. Feriæ preterea fulgurum,& expiationes futurum. Feriæ etiam ſtatiuæ,quæ certis ſtatutis diebus fiebant, uniuerſo populo cõmunes,in quibus Lupercalia,Carmentalia, & Agonalia præcipuè ſeruabātur, & aliæ ſimiles feriarũ ſpecies de quibus per Ciceron.lib.j.de natura Deor. & per Macrobium.lib.j.Saturnal. c.xvj. ob quod ut ad inſtitutũ diuertamus, ſi apud ethnicos ſeruabantur, quantò magis apud Chriſtianos feriæ diuinę ſeruari debēt, quandoquidem videmus ſtatutas eſſe à Domino dum in mũdi creatione ſeptimo die quieuit, & ſanctificauit illum,quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo. Patet Gene. c.ij. ſex diebus operaberis, & facies omnia opera tua, ſeptimo autem die ſabbathum Domini tui eſt, non facies opus in eo. Exod.c.xx. Sabbatha mea cuſtodite.patet Leuitici c.xix.obſerua diē ſabbathi,ſicut præcepit tibi dominus.habetur Deuteron.c.v.ſabba-

tha mea dedi eis,ut eſſent ſignum inter me, & eos. patet Ezechielis. c.xx.& habet per Apoſtol. ad Hæbreos c.iiij. Si autem non audieritis me,ut ſanctificetis diem ſabbathi,& ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalem in die ſabbathi,ſuccendam ignẽ in portis eius,& deuorabit domos Hieruſalem , & non extinguetur, inquit Hieremias c.xvij. omnem cuſtodientem ſabbathum ne polluat illud & tenentem fœdus meum, adducam eos in montem ſanctũ meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ.ut habetur Iſaiæ c. lvj.& lviij. & inde dicebat Auguſti.in lib. de rectitudine catholicæ conuerſationis . c.100. Omni die dominico ad eccleſiam uenite, & non cauſas,vel rixas,aut otioſas fabulas agatis.

¶ Quæ diximus in iudice, procedunt etiam in arbitro , quia arbi-
69 tria ſunt redacta† ad ſimilitudinẽ iudiciorum.l.j.ff.de arb. & in hoc eſt textus apertus,qui cauillari nõ poteſt in dicta l.omnes dies. C.de feriis . & uoluit Barto. in l. ſi de meis.§.ex compromiſſo.num.j.& in l.ſi feriatis.ff.de arbitr.Abb.Panormit.in c.quintauallis. nu.xxij. de iureiur. & in c. cùm dilectus . nu.iiij.de arbit.Lanfranc in tracta. de arbit.part.ultim.q.vj.

¶ Arbitratoris autẽ ſententia die feriato lata , tam in honorem hominum,ſeu utilitatem,quàm etiã
70 in honorem Dei,imò†die domini co fieri poterit , & ualebit. ut voluit Innocent.in d.c.quintauallis. Barto. in d.§.ex compromiſſo. & in dicta l.ſi feriatis.Panormi.in d. c.quintauallis. nu.xxij. in dicto c. cùm dilectus.nu.iiij. Voluit etiam Bald.in l.fin. C.de feriis. in l.fi.C. de contrahend.empti.& in c.j.extra de feriis . Hoſtienſ. in ſumma eo.tit.§.in quibus. & uoluit Ioan. de Firmo in tract. de Epiſcopo. parte j.col.iiij. uerſ. Quid de ſententia , & communiter omnes ita concludunt,quod ego remitto iudicio Theologorum .

¶ Vigeſimò quæro,an arbiter poſſit laudum , ſiue ſententiam pro-
71 ferre in eccleſia, †& quid de arbitratore? De primo ſcilicet de arbitro,dicendum eſt non poſſe in eccleſia ſententiam dicere,ita notatur in c.decet. de immunit.eccleſ. lib.vj.tenuerunt Innoc. in d. cap. quintauallis.ubi etiam Panormit. num.xxv. de iureiuran.ubi allegat Ioan.Andr.idem tenentem ibidẽ. Et noluit Phil. Franchus poſt Dominicum.in d.c.decet. vbi dicunt tantò magis procedere in arbitris iuris,qui æquiparant iudicibus.vt dixi ſupra.§.eo.gloſſ.j.q.iiij. num. lvj.cum ſeq.

¶ De ſecundo autem,ſcilicet de arbitratore,firma cõcluſio eſt, & ab omnibus communiter approbata
72 quòd poteſt ſententiam † ferre in eccleſia.ita uoluerunt Lapus & Petrus de Ancharan.Domini.& Philipp.Franc.in d.c.decet.Innocent.

in dicto cap.quintauallis. & in c. venerabili. de cenſib.Bald.in l.nemo apoſtolorum. C. de ſacroſ.eccle.Abb.in d.c.quintauallis. num. xxv.ex quo factum coram arbitra-
73 tore,non dicitur † factum in iudicio,ut uoluit Innoc.in d.c. venerabili. & quia ipſorum ſententia eſt quædam tranſactio. ut in Auth.ut differ.iudi. tranſactio autem eſt a-
74 ctus pacis,& concordiæ,†& ſic fieri poterit in eccleſia ; & in diebus feriatis.ut not.in d.c.decet.& in l. fin.C.de ferijs. & arbiter habẽs poteſtatem procedendi ut arbiter,& ut arbitrator,ſi fert ſententiam in eccleſia, intelligitur ſententiaſſe
75 † ut arbitrator, & ualebit. uoluit Petr.de Ancharan.in d.c.decet.facit quod notat Innoc. in c.cum ex officij.extra de præſcriptio. uoluit etiam Bald. in d.l. nemo. & etiam Philipp.Franc.in d.c.decet.

¶ Licèt aliàs eccleſia ſit dom⁹ Dei. ut p Apoſto.ad Thimotheũ.j.c.iij. & per Auguſt.de baptiſmo contra donatiſtas.lib.vij.c.51.

¶ Vigeſimoprimò quæro, in quo loco arbiter ſententiam ferre de-
76 bet? dicendum† eſt. quòd quando actum eſt clare per partes ſpecificãdo locum,eo caſu ſumus in claris; quando autem ſumus in dubio,quia a partibus non eſt expreſſum, eo caſu intelligitur quòd arbiter debeat ferre ſentẽtiam in loco,in quo factum eſt compromiſſum. hæc oĩa notantur in l.ſi cùm dies.§.ſi arbiter.ff.de arbi. ubi hoc uoluerunt Guil.de Cun. Bart. Bal. & alij.& uoluit Innoc.in c.præſentata.de teſtib.& atteſtatio.Iaco.Butrig.in l.ſi locus.ff.de iudi. Bald.in l.penul.in ſecunda lectura. in ſi.ff. de iuſti.& iur.Bartol.& Alexan.in l. ſi ut proponis. C. quomodo, & quando iud.voluit clare etiam Rapha.Fulg.in conſi.cxiij.arbitrator. in primo dubio. Rober.Maran.in Specu.Aureo.parte vltima.vj.partis.nu.lxxx.in verſicu. ſententia.& Franciſ.Marc.in deciſio. Delphin. ccccĉxxj. quæritur an propter.nu.iij.vol.j.qui omnes unico ore concludũt,quòd cùm non habeant locum deputatum maiorum ſuorũ, in quo ſedeant arbitri ad eorum libitũ, locũ eligere poſſũt, dum tñ
77 locus † honeſtus ſit. ut in d.§.ſi arbiter. faciunt notata per Panorm. in c.quia propter.§.uel ſaltem.nu. iiij.de electio.

¶ Vigeſimoſecundò quæro, quia in textu noſtro dicitur quòd arbitri habeant determinare de iure. ut in textu.ſupra §.ij.gl.vj.an ſententia arbitri cõtra ius lata ſit nul-
78 la? † dicendum eſt ſententiam nullam eſſe ex quo eſt contra formam in lege noſtra ſtatutam, & ſimile uoluit Barto.in l.diem proferre.§. ſtari ff.de arbi.per l.non diſtinguemus.§.de officio.eo.titul.ſequitur Alexan.in apoſtill.ad Bartolum in l.ſi ſocietatem.§. arbitrorũ.ff. pro ſocio.Felin.in c.j.nu.cx.de conſtit. & in c.cauſam quæ.nu.xv. de ſentent.& re iudi.Cauenſ.hic.col.iiij.

Arnon-

Arnon.in dialog.xj. ad materiam, Rober.Maran.in Specu.Aure.parte iiij.diſtinct.xiiij.nu.vj. maximè cùm ſimus in arbitris iuris,qui co
79 guntur iudicare ſecundùm † iura. ut uoluit Petr. de Anchar. in c.ab arbitris.de offic.dele.in vj.& Batt. in l.fina.C.de iudic.Bald.in l.impe rator.ff.de tranſact.& in l.quid ergo.§.ex cõpromiſſo.ff.de infamib. in l. ſi dictum.§. ſi cõmiſere.ff. de euictio. & in cap. ex literis . extra de conſtitutio.

¶Vigeſimotertiò quæro,ecce allegantur arbitri ſuſpecti, & recuſantur ex cauſa, ſi obſtãte ſuſpicione, & recuſatione allegata procedũt,
80 & ſentẽtiã proferunt,an† ſentẽtia ſit nulla?vide Abb.Pano.& docto. in c.ſecundò requiris.& in c.cùm ſpeciali.de appellatio.& Cauenſis. hic col.vij.remiſſiuè.

¶Vigeſimoquartò quæro, an ſi vna partium confiteretur debitum ante litem conteſtatam coram arbitro,an poſſit ei per arbitrum fie
81 ri † præceptum de ſoluendo intra decem dies.iuxta notata in l.ſi debitori.ff.de iud.dicẽdum eſt quòd non poteſt hoc præceptum fieri ab arbitro, ita tenet Bald.in l.eos. col.ii.uerſic. ſed nunquid arbiter. C.de executio.rei iud.pro ſingulari refert Ludoui. Roma.in ſingul. cxcj. quæro an lex. Felin.in c.uno delegatorum. in princip. extra de offic.& poteſt.iud.delega.ubi dicit quòd quemadmodum iudex dele-
82 gatus non † poteſt, tale præceptũ facere,ut in d.c.uno delegatorum. ita nec arbiter, qui illi æquiparatur.ut ſupra diximus.§.eod.gloſ.j. q.iij.quæ ſimilitudo eſt ipſius Bal. in d.l.eos. ſequuntur etiam Catellianus Cotta.in memorab.litis cõteſtatio. & Arnonius dialog.x.fuit cauſa cogita tamen.

¶Vigeſimoquintò quæro,hic ſtatuitur ſalariũ arbitris, ut habetur infra.§.v.glo.iii.an ſi iſto caſu arbitri pro eorum ſententia habeant
83 maius ſalarium,ſententia † ſit nulla, an uerò ualeat. dicas queadmodum dixi in d.glo.iij.q.fin.

¶Vigeſimoſextò quæro, an ſi arbitri ſententiam protulerunt, poſſint ipſi illam executioni mãdare? dicendum eſt ipſos talem poteſtatem nõ habere, ſed talis ſententia
84 † debet exequi per iudicem . ut in l.cùm antea.§.j.C.de arbitr. Barto. in l.a diuo Pio.§.ſententiã.nu.viij. ff.de re iudic.& in l.non ex omnibus.in prin.ff.de arb.Bal.in d.l. cũ antea.col fi.Maſuer.in ſua prax.in titu.de arbit.nu.iij.Rober.Maran. in Specu.Aureo.in uerſicu.executio ſententiæ. num.v.imò hoc procedit etiã in arbitris iuris,ut in caſu noſtro.ut uoluit Bald. l.in fina. in vj. nota.C.de iudic.

¶Vigeſimoſeptimò quæro,an arbitri in eorum ſentẽtia poſſint ex-
85 penſarum † condemnationem facere.Breuiter dicas quòd ſic.& ita uoluit Inno.in c.ex parte.col.j.extra de arbitr.ubi dicit quòd arbitri poſſunt pronunciare ſuper fructibus,

bus, ac omnibus acceſſoriè deductis, ac etiam de expenſis, licèt de
86 eis aliquid in compromiſſo † dictum non fuerit. facit quod notat Bal.in l.i.col.ii.C.ſi a non compet. iud.fuer. appell. ubi dicit, quòd ſi fuerit factũ compromiſſum ſuper aliquo fundo, cõpromiſſarii poterunt ſuper expenſis, & fructibus, licèt de eis nihil dicatur in cõpromiſſo, pronunciare.ut uoluit Barto.in l.terminato.col.ii. uerſic.itẽ pronunciauit.C. de fructib. & lit. expenſ.Lanfranc.in tract.de arbit. q.xxvi.Iaſ.in l.iiii.col.ii.ff. de tranſac.Ioan.de Arnono. epitho.xxxv. fuit factum. facit quod uoluit Abbas Pano.in c.cum dilectus.nu.xi. de arbi.argu.l.non diſtinguemus. §.item non eſt cogẽdus.ff.de arbi. glo.fin.in d.c.cùm dilectus.Anto. de Butri. in c.conſtitutus. de religioſ.domibus.in c.licèt hely.de ſimon.& in cap. quintauallis. extra de iureiurando.& pulchrè faciunt notata per Alexand. in cõſi. xviij. circa dubia de quibus. nu. j. volu. vn.ubi videas.

¶ Vigeſimooctauò quæro, ſi eſt factum compromiſſum per pupillũ ſine tutoris authoritate, an cogan
87 tur†arbitri ſententiam dicere, ac proferre? Quod non cogantur ſententiam ferre, tenuit Marian.Socin.in conſi.xxvij. Pro deciſione. col.pen.uerſ.nec obſtat.vol.j.

¶ Vigeſimononò quæro, lata eſt ſententia, ſeu laudum ab arbitris, quòd laudum nõ poteſt poſt modum reperiri, an poſſit teſtibus probari? Quilibet primo aſpectu diceret, nõ probabitur per teſtes. ut notant doct.in c.quoniam contra.extra de ꝓbatio. cũ ſimilibus.

¶ Contrarium autem eſt uerius,
88 quòd ſententia †arbitrorum poterit teſtibus probari. hoc uoluit Bald.in l.certi condictio. §. quoniam.ff.ſi cer. petat. Raphael Comenſis in cõſi.cxlij.ſer Petrus. colum.j.Philipp.Deci.in conſi.xj.colum.iiij.uerſ. ſecunda ratio.vol.j. faciunt notata per Bald. in rubri. C.de fid.inſtr.col.ij. & cùm ſentẽ
89 tia†arbitri ſine ſcriptis poſſit proferri, ut uoluit Comenſ. in d.conſil.cxlij.& dixi ſupra.q.xv. quo caſu ſtante, in his, in quibus non requiritur ſcriptura, ſemper poterit
90 probatio teſtibus fieri, †ut in d.c. quoniam contra. Voluerunt Innocen.Ioan.de Imol.& Lanfran.col. iiij.in princip.& Ange.in l.ſi prætor.§.Marcellus.ff.de iudic.

¶ Trigeſimò quæro, an ſi compromiſſum ex aliqua cauſa eſſet nullum, ſi ſententia ſequatur ab arbitris uigore talis compromiſſi, an ualeat? hanc quæſtionem, quòd eſt nullum laudum, & ſententia
91 proueniens† ex compromiſſo nullo, terminauit Marianus Socin.in conſi.xviij. proſequendo ordinẽ. col.xii. uerſ. ſecunda quæſtio quæ ſumitur.vol.j. arg. c.acceſſorium. de regul.iur.in vj.& l.cùm principalis.ff.eod.titul.

¶ Trigeſimoprimò quæro, ſcitis

quòd in compromiſſo minoris requiritur iudicis decretum.ut latiſſimè dixi ſupra.§.j.gloſſ.iii.nu.lvi. an in ſententia, uel laudo arbitrorum in cauſa ac compromiſſo minoris per eos ferendo aliud decretum requiratur? Breuiſſime dicite, quòd in laudo ferendo † aliud
92 decretum non exigitur.ita uoluerunt Bald.& alii in l. ſi præſes. C. de tranſact.idem Bald. in l.j. C. ſi aduerſ.tranſ.Alex. & alii in l. ſi ex legati cauſa. ff.de uerbor. obligat. Philip.Deci. in l.ſingularia. nu.xi. ff.ſi cert. petat. Matth. de Afflict. in deciſion.Neap.cclxxxv. Balii & tutores.nu.xv.

¶Facit ad hanc opinionem quòd decretum iudicis interpoſitum in re pupilli pignorata, operatur ꝙ poſtmodum in ueditione pigno
93 ris decretum aliud†non requirat. Bald.in l.ſi pupillorum. §.ſi pupillus.ff.de reb.eorum. & faciunt notata per Bart.in auth.hoc ius porrectum.col.fi. C. de ſacroſ.eccl. & inde eſt quòd in compromiſſo ſuper re feudali faciendo requiritur
94 †Regis aſſenſus.ut in regni conſt. Conſtitutionem.§.arbitria.& dixi latiſſimè ſupra §.ij. glo.j.q.vii. per totum. & maximè in fin. ideoque ſi talis Regius aſſenſus in compromiſſo interuenerit, nõ requiritur in laudo poſtmodum ferendo. ut voluit Andr. de Iſern. in dicta cõſtit.Conſtitutionem. & Matth.de Afflict. in dicta deciſio. Neapol. cclxxxv.nu.xv.

¶Trigeſimoſecundò quęro,an ſẽtentia arbitri lata, ipſo arbitro ob pecuniam corrupto valeat? uel ſit
95 †nulla, ſicut in iudice nulla eſt, iuxta l.uenales. C.quand.prou.nõ eſt neceſſ.glo.in l.fi.C.ſi tut. ut curat.fact. alleg. Reſponde ꝙ aliud eſt in arbitro, ex quo tenet ſententia ab arbitro per pecuniam corrupto lata ipſo iure, obſtabit tamen doli exceptio in manifeſtationem ſordis, & turpitudinis arbitri. ut in l.ita demum. ubi glo.fi.ff.de arbi.& in l.arbitrorum.C.eo.tit.uoluit etiam hoc glo.nota. in c.cum ab omni ſpecie.ubi Ioan.de Imol. de vita.& honeſtat.clericor.tenuit Hoſt.in ſumma.titul.de arbi.§. in quibus. uerſ. item non cogitur ſi ſordes.Specul.in tit.de arbit.§.diſfert. circa princip. & uoluit Lanfranc.in deciſione. clxv.ſententia.

¶Licèt tam in arbitro, quàm in iudice, aut alio quopiam turpiſſimũ habeatur, pecunia alioue munere corrumpi,& ideo inquit Salomon Prouer. c.xv.qui odit munera,uiuet. Acceptatio enim munerum, præuaricatio eſt ueritatis.
96 †c.qui rectè.xj. q.iij. Prouerbiorũ enim c.xxj. dicitur, quòd munus abſconditum extinguit iras,& donum in ſinu indignationem maximam. Munera nanque peruertũt uerba iuſtorum. habetur Deuter. c.xvj.Et inde Geneſis c.xxxij. dicitur. Placabo eum muneribus, & propitiabitur mihi. & lib.j.Regũ. c. viii. dicitur. Quòd qui accipit

munera

munera, auarus eſt, & peruertit iu
dicium. & propterea exclamat Eſa
ias c.j. principes tui infideles ſocii
furum diligunt munera, ſequun-
tur retributiones, pupillo non iu
dicant, & cauſa viduæ non ingre-
dit ad eos. & cõcinit illud Ouidii.
Munera crede mihi placant homineſque
Deoſque.
Placatur donis Iuppiter ipſe datis.
Et idem Ouidius in epiſtola Hele
næ ad Paridem ait.
Munera tanta quidem promittit epiſtola
dines,
Vt poſſint ipſas illa mouere Deas.
Ideoque Philippus Macedo Ma-
gni Alexãdri genitor dicebat, om-
97 nia expugnari † caſtella poſſe, in
quæ onuſtus auro aſellus poſſet
aſcendere. & propterea C. Põtius
Samnis dicere aſſolebat. Vtinam
ad illa tempora fortuna me ſeruaſ
ſet, & tunc eſſem natus, quando
dona accipere cæpiſſent, nõ enim
eſſem paſſus eos diutius impera-
re. & nonne cum Magi Reges ab
oriente uenerunt nato iam Chri-
ſto, ut eum placarent, muneribus
auri, thuris, & mirrhæ, donari uo-
luerunt. ideoque bene nos docuit
ſummus patientiæ pater Iob. c.
xxxvi. Non te ſuperet (inquit) ira,
ut aliquem opprimas, nec multi-
tudo donorum inclinet te. Quia
Deuterono. c. xxvii. cauetur, quòd
eſt maledictus homo, qui accipit
munera ut percutiat animam ſan
guinis innocentis, & dicet omnis
populus, Amen. & idem ferè dicit
Salomon Prouerbior. c. xxii. Victò
riam, & honorem acquiret, qui
dat munera, animam autẽ aufert
accipientium, propterea ſpreuit
Angelus munera, quę ei offerebat
Manoches ob conceſſam filii San
ſonis natiuitatem. ut docuit Io-
ſeph. antiquita. iudaica. lib. v. c. x.
& hoc fortaſſis illuſtrati documẽ
to Corinthii publica eorum lege
98 ſanciuerunt, eorum † legatos mu-
nera accipere non debere, qui ſer
uandę legis gratia magna Dioniſii
Tiranni munera renuerunt. do-
cuit iſtud Plutarch. apophtegmat.
xx. ſapiẽter itaque ſe geſſit ille Cã-
99 biſes † Cyri Perſarum regis filius,
qui patris regna poſſidens inuen-
to iudice quodã, qui propter mu-
nus iniuſtè iudicauerat, iuſſit ui-
uũ illũ excoriari & iudicis filium
in patris mortui locum ſubſtitui,
ut filiꝰ paterni ſupplicii memor,
iniuſtè iudicare timeret. Quo in
100 numero Manlius Torquatus † po
ſitus eſt. qui dum Decium Syllanũ
eius filium propter munera quen
dam iudicaſſe reperiſſet, eũ è ſua
domo abdicauit, quo facto ex tri-
ſtitia filius ſe ſuſpendit, cuius fu-
neri pater nec intereſſe quidẽ uo-
luit. Author eſt Valerius Maxi. lib.
v. c. viii. & proinde Plutarchus in-
quit. Laudata eſt magnitudo in
101 Paulo Aemilio, ac liberalitas † ꝙ
multum auri, multumque argen-
ti ex regia gaza coactum ne aſpice
re quidem uoluit.
¶ Trigeſimotertiò quæro, ſi in ar
bitrum compromiſſæ ſunt plures
lites

lites,arbiter autem ſuper una tantùm ſententiam protulit, an talis
102 ſententia† teneat,uel ſit nulla? diſtinguendum eſt, quòd aut in cōpromiſſo dictum eſt,quòd arbitri poſſint diſiunctim, & ſeparatim pronunciare, aut quòd ſimul de omnibus pronunciatio fieret,uel nihil dictum eſt. Primo caſu ſententia ſuper eo,de quo eſt pronūciatum,tenet, & debet ſuper aliis pronunciare. Secundo autem caſu ſententia non tenet,niſi de omnibus pronunciatio fiat.tex.eſt expreſſus in l. quid tamen.ubi Bart. docuit.ff.de arbi.tertio caſu diſtingue iuxta doctrinam Hoſtienſ. in ſum.tit.de arbit.§.qualiter. uerſi. Item differunt.Barto. in d.l. quid tamen. Lanfranc.in tracta. de arbit.q.xvj.

¶Trigeſimoquartò quęro,an ſententia aliquo ex capite nulla,poſſit partium conſenſu ualidari? vi-
103 dendi† ſunt Cyn.& Bald.in l.cum antea. C. de arbit. & Petr. de Anch.in conſi.cx.

¶Ego autem utcumque res ſe habeat apud ſupra citatos, indifferēter teneo, talem ſententiā, ſeu laudum nullum conſenſu partiū minime ualidari, nullum.n.à princi-
104 pio, temporis tractu† non cōualeſcit. l. quod in initio. & l. quæ ab initio.ff.de reg.iur.& quòd laudū nullum cōſenſu partium nequeat
105 ratificari, † poſuit Marian. Socin. ſenior.in conſi. xviii. proſequendo.col.xii.uerſ.& ex prædictis deciditur.vol.j.de quo ſimili articulo habetur per Ludouic.Roma.in conſil.liiij.viſis circa id. And.Barba.in conſi.lxx. volu. iij. Franciſc. Aretin.in conſi.cxxvii. eximie domine.colu.ii. Alexand.in conſilio lxxviii.viſo & diligenter ponderato.col.vj.verſ.quarto reſpondeo. volu.v.Barto. in l.obſeruare. ff.de offici.proconſul. latè Philipp.Deci.in l.ſemper qui prohibet. ff. de reg.iuris.& Petr.de Anchar.in cōſil.cxxiii.Vnus ex procuratoribus.

¶Trigeſimoquintò quæro, ſi cōpromiſerunt partes in arbitrum, dum tamen iudicare,ac ſententiare haberet cum conſilio doctoris iuriſperiti, quod conſilium habitum fuit per arbitrum, tamen cōtra formam conſilii protulit ſen-
106 tentiam,an talis† ſentētia teneat? Pulchra eſt iſta quæſtio,& ſubtiliſſimè tractatur per Raphaelē Comenſ.in conſil. lv. duo habentes. per totum. Vbi uideas, quia nihil ultra deſiderari poſſet.

¶Trigeſimoſextò quæro, quid ſi dum arbitri iudicare deberent cū doctoris conſilio,dixerunt pronūciamus pro ut in tali conſilio, an
107 † talis ſententia valeat? Dicendum eſt quòd non,ita tenuit Iaſ. in l. j. §.vbi decretum.col.xvi.ff.de offic. proconſul. & leg. allegat idem tenere Angel.in conſi.ccxlii. domina Liberina de Mantua.Corrupte autem,ex quo eſt in conſi.ccl.eiuſdem principii. col.ij. idem tenuit Anton.de Alexand. de Neapol.in

l.j.

l.j.in fin.C.ſi aduerſ.libert. tenuit Arnonius in problemat. xcv.quæ nunc.

¶Trigeſimoſeptimò quæro,ſi ſũt tres arbitri, & duobus ab altero facta eſt uocis commiſſio, qui
108 duo † ſententiam protulerunt, an talis ſententia teneat? ita quòd alter ex arbitris potuerit vices ſuas alijs ſocijs delegare? dicendum eſt talem ſententiam nõ tenere, ac nullam eſſe, ex quo per arbitrum non poteſt delegari uox ſocio. notatur in l. non diſtinguemus.§.quæſitum.ff.de arbit. & uoluerunt Abb.Panor.in c.cum à nobis.nu.j.de arbit.& Rapha.Fulgo. in cõſil.cxliiij. ſyndici communis. in j.& ij.dubio.Io.Baptiſt.Aſinius. in l.i.in princip.nu.cliiij.ff. de religioſ.& ſumptibus funer. tetigi ſupra.§.ij.glo.vj.q.xlv.ubi videas.Poterit tamen arbitris dari poteſtas
109 eligendi† alios arbitros, ut per Abba.in d. c. cùm a nobis. vide eundem Panor.in c.Raynal.nume.iij. extra de teſtam.

¶ Trigeſimooctauò, & ultimò quæro, ſi eſt lata arbitri ſentẽtia extra cõpromiſſum, & ſic nulliter, ac nõ obſtãtibus renũciationibus partium, quæ in compromiſſo exceptionibus nullitatis renunciaue-
110 runt, ſententia † ipſa ſit nulla, uel teneat? vide bene diſputatam iſtam quæſtionem per Raph.Fulg. in conſi.clxxx.viſo proceſſu.per totum. ad quẽ te remitto. Laus Deo omnipotenti, & beatis Michaeli Archãgelo, & Catherinæ. Oliueti. Die xx.Aprilis. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Peritis in arte creditur regulariter.*
2 *Periti debent eſſe concordes.*
3 *Sententia à maiori parte arbitrorum lata an teneat?*
4 *Electio à maiori parte facienda.*
5 *Præſentatio in iure patronatus an fiat à maiori parte partium?*
6 *Minor ſumma in maiori ineſt.*

GLOSSA V.

Si fuerint concordes.

HABETVR ſimile in peritis artiũ, quibus licèt regu-
1 lariter† credatur.ut p Bart. in l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbitr. in l.i. §.ex reſcripto.ff.de uent.inſpici.in l.ſi ab hoſtibus.ubi Alexand.& Iaſon ff.ſol. mat.in l.Theopompus. ff.de dot.præle.Abbas Panor.in c. cum dilectus.de purg.canoni. Alexand.in conſil.lxxv.col.ij.volu.j.& in conſil.cxlviij. in princip.vol.ij. & in conſil.cxv.in princip.vol.iij. Aymo Crauet.in conſil.xciiij.col. ij.volu.j. & Angel.in tracta.malefici.§.& vna alia percuſſione. Pau. Pariſius in conſi.cxxiij.col.vltima. vol.j.Thomas Gramm.voto xxiiij. & in conſil.crimin.xlix. nu.iij.Iac.

62 betur concluſio, †quòd citatio requiritur. arg. tex. l. diem proferre. §. ſiquis litigatorum. ff de arb. uoluit Innocen. in c. ex parte. de arbit. Specul. in eo. titu. §. excipitur. in fin. ſequitur Ioan. de Imol. in c. cùm dilectus. de arb. & Alexand. in l. ſiquis arbitratu. poſt Iacob. de Aren. Petr. & Cyn. ff. de uerbo. obligatio. ubi hoc uoluit Bartol. quem ſequi uidetur Raphael Comenſ. in conſi. vij. Viſis compromiſſo. col. j. & Felin. in c. cū olim. col. ix. de re iudic. Bald. in c. j. §. ſancimus. Quo tēpore miles. in feud. Lanfranc. in tract. arb. q. x. & eſt communis opinio.

¶ Limita eam primò non procedere ſi per partes dictum fuerit ꝙ
63 poſſint abſentibus partibus †arbitrari, ex quo nullo modo eo caſu talis citatio requiritur, ita ſubtiliſſime conſuluerunt Raphael Comenſis in dicto conſi. vij. viſis. cui ſe ibidem ſubſcripſerūt Raphael Fulgoſius, Chriſtophorus de Caſtellione, Franciſcus de Caſtellione, Tadeus de Vicomercato, Thomas de Cābiatoribus, Petrus Matheſilanus, Ziliotus de Caluitellis, Iacobus de Salyceto, Bartholomeus de Boſco, Marcus de Cannetulo, Florianus de ſancto Petro, & Antonius de Albergottis, qui fuerunt flores doctorū totius Italiæ. uoluit etiam Specula. in d. §. excipitur. Alexan. in d. l. ſiquis arbitratu. Feli. in d. c. cum olim. Iaſon in §. in bonæ fidei. nu. xxvii. Inſtit. de actio. Ioan. de Imol. in d. c. cum dilectus. Hippolyt. de Marſil. in ſingul. clxxiij. fiunt cotidie compromiſſa. uoluit etiam hoc Ioan. Arnonius epith. iij. per Regem.

¶ Limita ſecundò non procedere quando inter cōpromittētes pro-
64 prie id conuentum eſſet, †ut non citatis ipſis partibus arbitri arbitrarentur, quia laudum ſine citatione iſto caſu bene ſubſiſteret. ut in d. §. ſiquis litigatorū, & uoluit alios allegans Vdalrichus Zaſi. in d. l. ſiquis arbitratu. nu. xxxiii. fallētia j. & hoc eſt clarum.

¶ Limita tertiò, ut alia omittamus, non procedere, ubicunque laudum fieret, & ſententia per arbitros daretur in ultimo die termini in compromiſſo, uel pragmatica præfixi, quia eo caſu cita-
65 tio aliqua †non exigitur. uoluerūt Barto. in l. ij. C. de temp. appella. Bald. in l. nec quicquām. §. ubi decretum. ff. de offic. proconſulis. Bald. in c. j. §. ſancimus. Quo tempore miles. in feud. uoluit Marant. in Spec. Aur. parte vii. membro j. nu. xviii.

¶ Limitationes aliæ quinque traduntur per Zaſi. in d. l. ſiquis arbitratu. ad quas te remitto, ne idem tranſcribam, uidendus eſt enim doctor ille alioquin literarū ſcientiſſimus.

¶ Decimononò quæro, an ſententia arbitri lata die feriato teneat? dicendum quòd iudicis ſententia die feriato prolata, nulla eſt, maxi-

mè

66 me in diebus † altiſſimæ maieſtati
dicatis.ut in l.ij. in l. omnes iudi-
ces. in l. omnes dies . in l. dies fe-
ſtos.C.de feriis.gloſſ.in l.j.C.eo.ti
tu.Paul. de Caſt. in l. ſi ut propo-
nis.la j. C.quand.ind.ſent.profer.
deb.Specul.in titul.de feriis.§.fin.
in princ. text. in clement.ſæpe.de
verbo.ſignifica.Alberic. de Roſa.
Bald.Paul.de Caſtr.Ange.Iaſ. & a-
lii in l.j.ff.eo. titu. Vbi dicunt, ꝙ
nec etiam per partes poterit tali-
67 bus feriis renunciari,†& de tali re
nunciatione diximus ſupra. §. ij.
glo.vj.q.viii.nu.xxiiii.

¶Hoc autem non procedit in fe-
rijs inductis ob ſalutem, & vtilita
tem hominum,ut ſunt feriæ meſ-
ſium,&vindemiarum, quia illis
68 tacitè,& expreſsè† poteſt renũcia-
ri.ut latè per Alexand. in conſilio
xxvj.viſo.col.iij.vol.ij.

¶Et non ab re diebus feriatis ſen
tẽtia lata nullitati ſubiacet expreſ-
sè,cùm etiam antiqua xii.Tabula-
rum lege caueretur ferias obſerua
ri,lex autem ita ſe habebat. Feriis
iurgia amouento. ut retulit Cice-
ro.lib.ij.de legib. Antiquitus autẽ
ante Domini noſtri aduentum, tẽ
pore, quo Romanum vigebat im
perium, plures erant feriarũ ſpe-
cies.Feriæ imperatiuæ appellaban
tur, quas conſules, aut prætores
extra ordinem pro eorũ arbitrio,
pro ſalute Reipublicæ,aut princi-
pis,aut ob rem fæliciter geſtã indi
cebant. Feriæ nundinariæ erant
paganorum,ac ruſticorum, in quì
bus ad merces, & negotia conue-
niebant, pro ut etiam hodie ſunt
in vſu. Feriæ conceptiuæ,erant il
læ,quæ quotannis à ſacerdotibus,
uel magiſtratibus concipiebantur
in certos dies, ut ſunt Paganalia,
Compitalia,Latinæ, Semẽtinæ,&
ſimilia. Feriæ ſunt ſingulorum,ut
dierum nataliũ, quæ natalicíæ
appellabantur.Vt Aemiliæ, Clau-
diæ,& ſimiles,aliæ feriæ,quæ dice
bantur familiarum ob domeſticũ
celebritatis vſum inuentæ. Feriæ
pręterea fulgurum,& expiationes
futurum. Feriæ etiam ſtatiuæ,quæ
certis ſtatutis diebes fiebant, uni-
uerſo populo cõmunes,in quibus
Lupercalia,Carmentalia, & Ago-
nalia præcipuè ſeruabãtur, & aliæ
ſimiles feriarũ ſpecies de quibus
per Ciceron.lib.j.de natura Deor.
& per Macrobium.lib.j.Saturnal.
c.xvj. ob quod ut ad inſtitutũ di-
uertamus, ſi apud ethnicos ſerua-
bantur, quantò magis apud Chri-
ſtianos feriæ diuinę ſeruari debẽt,
quandoquidem videmus ſtatutas
eſſe à Domino dum in mũdi crea
tione ſeptimo die quieuit, & ſan-
ctificauit illum,quia in ipſo ceſſa-
uerat ab omni opere ſuo. Patet
Gene. c.ij. ſex diebus operaberis,
& facies omnia opera tua, ſepti-
mo autem die ſabbathum Domi-
ni tui eſt, non facies opus in eo.
Exod.c.xx. Sabbatha mea cuſtodi-
te.patet Leuitici c.xix.obſerua diẽ
ſabbathi,ſicut præcepit tibi domi
nus.habetur Deuteron.c.v.ſabba-

tha mea dedi eis,ut eſſent ſignum inter me, & eos. patet Ezechielis. c.xx.& habet per Apoſtol. ad Hæbreos c.iiij. Si autem non audieritis me,ut ſanctificetis diem ſabbathi,& ne portetis onus, & ne inſeratis per portas Ieruſalem in die ſabbathi, ſuccendam ignẽ in portis eius,& deuorabit domos Hieruſalem , & non extinguetur, inquit Hieremias c.xvij. omnem cuſtodientem ſabbathum ne polluat illud & tenentem fœdus meum , adducam eos in montem ſanctũ meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ.ut habetur Iſaiæ c. lvj.& lviij. & inde dicebat Augusti.in lib. de rectitudine catholicæ conuerſationis . c.100. Omni die dominico ad eccleſiam uenite, & non cauſas,vel rixas,aut otioſas fabulas agatis.

¶ Quæ diximus in iudice, procedunt etiam in arbitro , quia arbi-
69 tria ſunt redacta† ad ſimilitudinẽ iudiciorum.l.j.ff.de arb. & in hoc eſt textus apertus,qui cauillari nõ poreſt in dicta l.omnes dies. C.de feriis . & uoluit Barto. in l. ſi de meis.§.ex compromiſſo.num.j.& in l.ſi feriatis.ff.de arbitr.Abb.Panormit.in c.quintauallis. nu.xxij. de iureiur. & in c. cùm dilectus . nu.iiij.de arbit.Lanfran. in tracta. de arbit.part.ultim.q.vj.

¶ Arbitratoris autẽ ſententia die feriato lata, tam in honorem hominum,ſeu utilitatem,quàm etiã
70 in honorem Dei,imò†die domini co fieri poterit, & ualebit. ut voluit Innocent.in d.c.quintauallis. Barto. in d.§.ex compromiſſo. & in dicta l.ſi feriatis.Panormi.in d. c.quintauallis. nu.xxij. in dicto c. cùm dilectus.nu.iiij. Voluit etiam Bald.in l.fin. C.de feriis. in l.fi.C. de contrahend.empti.& in c.j.extra de feriis . Hoſtienſ. in ſumma eo.tit.§.in quibus. & uoluit Ioan. de Firmo in tract. de Epiſcopo. parte j.col.iiij. uerſ. Quid de ſententia , & communiter omnes ita concludunt,quod ego remitto iudicio Theologorum .

¶ Vigeſimò quæro,an arbiter poſſit laudum , ſiue ſententiam pro-
71 ferre in eccleſia, †& quid de arbitratore ? De primo ſcilicet de arbitro,dicendum eſt non poſſe in eccleſia ſententiam dicere,ita noratur in c.decet. de immunit.eccleſ. lib.vj.tenuerunt Innoc. in d. cap. quintauallis.ubi etiam Panormit. num.xxv. de iureiuran.ubi allegat Ioan. Andr.idem tenentem ibidẽ. Et uoluit Phil. Franchus poſt Dominicum.in d.c.decet. vbi dicunt tantò magis procedere in arbitris iuris,qui æquiparant iudicibus.vt dixi ſupra.§.eo.gloſſ.j.q.iiij. num. lvj.cum ſeq.

¶ De ſecundo autem, ſcilicet de arbitratore,firma cõcluſio eſt, & ab omnibus communiter approbata
72 quòd poteſt ſententiam † ferre in eccleſia.ita uoluerunt Lapus & Petrus de Ancharan.Domini.& Philipp.Franc.in d.c.decet.Innocent.

in dicto cap. quintauallis. & in c. venerabili. de cenſib. Bald. in l. nemo apoſtolorum. C. de ſacroſ. eccle. Abb. in d. c. quintauallis. num. xxv. ex quo factum coram arbitra-
73 tore, non dicitur † factum in iudicio, ut uoluit Innoc. in d. c. venerabili. & quia ipſorum ſententia eſt quædam tranſactio. ut in Auth. ut differ. iudi. tranſactio autem eſt a-
74 ctus pacis, & concordiæ, † & ſic fieri poterit in eccleſia, & in diebus feriatis. ut not. in d. c. decet. & in l. fin. C. de ferijs. & arbiter habẽs poteſtatem procedendi ut arbiter, & ut arbitrator, ſi fert ſententiam in eccleſia, intelligitur ſententiaſſe
75 † ut arbitrator, & ualebit. uoluit Petr. de Ancharan. in d. c. decet. facit quod notat Innoc. in c. cum ex officij. extra de præſcriptio. uoluit etiam Bald. in d. l. nemo. & etiam Philipp. Franc. in d. c. decet.

¶ Licèt aliàs eccleſia ſit dom' Dei. ut p Apoſto. ad Thimotheũ. j. c. iij. & per Auguſt. de baptiſmo contra donatiſtas. lib. vij. c. 51.

¶ Vigeſimoprimò quæro, in quo loco arbiter ſententiam ferre de-
76 bet? dicendum † eſt, quòd quando actum eſt clare per partes ſpecificãdo locum, eo caſu ſumus in claris; quando autem ſumus in dubio, quia a partibus non eſt expreſſum, eo caſu intelligitur quòd arbiter debeat ferre ſentẽtiam in loco, in quo factum eſt compromiſſum. hæc oĩa notantur in l. ſi cùm dies. §. ſi arbiter. ff. de arbi. ubi hoc uoluerunt Guil. de Cun. Bart. Bal. & alij. & uoluit Innoc. in c. præſentata. de teſtib. & atteſtatio. Iaco. Butrig. in l. ſi locus. ff. de iudi. Bald. in l. penul. in ſecunda lectura. in ſi. ff. de iuſti. & iur. Bartol. & Alexan. in l. ſi ut proponis. C. quomodo, & quando iud. voluit clare etiam Rapha. Fulg. in conſi. cxiij. arbitrator. in primo dubio. Rober. Maran. in Specu. Aureo. parte vltima. vj. partis. nu. lxxx. in verſicu. ſententia. & Franciſ. Marc. in deciſio. Delphin. ccccc xxj. quæritur an propter. nu. iij. vol. j. qui omnes unico ore concludũt, quòd cùm non habeant locum deputatum maiorum ſuorũ, in quo ſedeant arbitri ad eorum libitũ, locũ eligere poſſũt, dum tñ
77 locus † honeſtus ſit. ut in d. §. ſi arbiter. faciunt notata per Panorm. in c. quia propter. §. uel ſaltem. nu. iiij. de electio.

¶ Vigeſimoſecundò quæro, quia in textu noſtro dicitur quòd arbitri habeant determinare de iure. ut in textu. ſupra §. ij. gl. vj. an ſententia arbitri cõtra ius lata ſit nul-
78 la? † dicendum eſt ſententiam nullam eſſe ex quo eſt contra formam in lege noſtra ſtatutam, & ſimile uoluit Barto. in l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbi. per l. non diſtinguemus. §. de officio. eo. titul. ſequitur Alexan. in apoſtill. ad Bartolum in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. Felin. in c. j. nu. cx. de conſtit. & in c. cauſam quæ. nu. xv. de ſent. & re iudi. Cauenſ. hic. col. iiij.

Arnon-

Arnon.in dialog.xj. ad materiam. Rober.Maran.in Specu.Aure.parte iiij.diſtinct.xiiij.nu.vj. maximè cùm ſimus in arbitris iuris,qui co
79 guntur iudicare ſecundùm † iura. ut uoluit Petr. de Anchar. in c.ab arbitris.de offic.dele.in vj.& Bart. in l.fina.C.de iudic.Bald.in l.impe rator.ff.de tranſact.& in l.quid ergo.§.ex cõpromiſſo.ff.de infamib. in l. ſi dictum.§. ſi cõmiſere.ff. de euictio. & in cap. ex literis. extra de conſtitutio.

¶Vigeſimotertiò quæro,ecce allegantur arbitri ſuſpecti, & recuſantur ex cauſa, ſi obſtãte ſuſpicione, & recuſatione allegata procedũt,
80 & ſẽtẽtiã proferunt,an† ſẽtẽtia ſit nulla?vide Abb.Pano.& docto. in c.ſecundò requiris.& in c.cùm ſpeciali.de appellatio.& Cauenſis. hic col.vij.remiſſiuè.

¶Vigeſimoquartò quæro, an ſi vna partium confiteretur debitum ante litem conteſtatam coram arbitro,an poſſit ei per arbitrum fie
81 ri † præceptum de ſoluendo intra decem dies.iuxta notata in l.ſi debitori.ff.de iud.dicẽdum eſt quòd non poteſt hoc præceptum fieri ab arbitro, ita tenet Bald.in l.eos. col.ii.uerſic. ſed nunquid arbiter. C.de executio.rei iud.pro ſingulari refert Ludoui. Roma.in ſingul. cxcj. quæro an lex. Felin.in c.uno delegatorum. in princip. extra de offic.& poteſt.iud.delega.ubi dicit quòd quemadmodum iudex dele-
82 gatus non † poteſt, tale præceptũ facere,ſic in d.c.uno delegatorum. ita nec arbiter, qui illi æquiparatur.ut ſupra diximus.§.eod.gloſ.j. q.iij.quæ ſimilitudo eſt ipſius Bal. in d.l.eos. ſequuntur etiam Catellianus Cotta.in memorab.litis cõteſtatio. & Arnonius dialog.x.fuit cauſa cogita tamen.

¶Vigeſimoquintò quæro,hic ſtatuitur ſalariũ arbitris, ut habetur infra.§.v.glo.iii.an ſi iſto caſu arbitri pro eorum ſententia habeant
83 maius ſalarium,ſententia † ſit nulla,an uerò ualeat. dicas quẽadmodum dixi in d.glo.iij.q.fin.

¶Vigeſimoſexto quæro,an ſi arbitri ſententiam protulerunt, poſſint ipſi illam executioni mãdare? dicendum eſt ipſos talem poteſtatem nõ habere, ſed talis ſententia
84 † debet exequi per iudicem. ut in l.cùm antea.§.j.C.de arbitr.Barto. in l.a diuo Pio.§.ſententiã.nu.viij. ff.de re iudic.& in l.non ex omnibus.in prin.ff.de arb.Bal.in d.l. cũ antea.col fi.Maſuer.in ſua prax.in titu.de arbit.nu.iij.Rober.Maran. in Specu.Aureo.in uerſicu.executio ſententiæ.num.v.imò hoc procedit etiã in arbitris iuris,ut in caſu noſtro.ut uoluit Bald. l.in fina. in vj. nota.C.de iudic.

¶Vigeſimoſeptimò quæro,an arbitri in eorum ſentẽtia poſſint ex-
85 penſarum † condemnationem facere.Breuiter dicas quòd ſic.& ita uoluit Inno.in c.ex parte.col.j.extra de arbitr.ubi dicit quòd arbitri poſſunt pronunciare ſuper fructibus,

bus, ac omnibus acceſſoriè dedu-
ctis, ac etiam de expenſis, licèt de
86 eis aliquid in compromiſſo † di-
ctum non fuerit. facit quod notat
Bal. in l. i. col. ii. C. ſi a non compet.
iud. fuer. appell. ubi dicit, quòd ſi
fuerit factū compromiſſum ſuper
aliquo fundo, cōpromiſſarii pote-
runt ſuper expenſis, & fructibus,
licèt de eis nihil dicatur in cōpro-
miſſo, pronunciare. ut uoluit Bar-
to. in l. terminato. col. ii. uerſic. itē
pronunciauit. C. de fructib. & lit.
expenſ. Lanfranc. in tract. de arbit.
q. xxvi. Iaſ. in l. iiii. col. ii. ff. de tran-
ſac. Ioan. de Arnono. epitho. xxxv.
fuit factum. facit quod uoluit Ab-
bas Pano. in c. cum dilectus. nu. xi.
de arbi. argu. l. non diſtinguemus.
§. item non eſt cogēdus. ff. de arbi.
glo. fin. in d. c. cùm dilectus. Anto.
de Butri. in c. conſtitutus. de reli-
gioſ. domibus. in c. licèt hely. de ſi-
mon. & in cap. quintauallis. extra
de iureiurando. & pulchrè faciunt
notata per Alexand. in cōſi. xviij.
circa dubia de quibus. nu. j. volu.
vii. ubi videas.

¶ Vigeſimooctauò quæro, ſi eſt fa
ctum compromiſſum per pupillū
ſine tutoris authoritate, an cogan
87 tur † arbitri ſententiam dicere, ac
proferre? Quod non cogantur ſen
tentiam ferre, tenuit Marian. So-
cin. in conſi. xxvij. Pro deciſione.
col. pen. uerſ. nec obſtat. vol. j.

¶ Vigeſimononò quæro, lata eſt
ſententia, ſeu laudum ab arbitris,
quòd laudum nō poteſt poſt mo-
dum reperiri, an poſſit teſtibus
probari? Quilibet primo aſpectu
diceret, nō probabitur per teſtes.
ut notant doct. in c. quoniam con
tra. extra de ꝓbatio. cū ſimilibus.
¶ Contrarium autem eſt uerius,
88 quòd ſententia † arbitrorum pote
rit teſtibus probari. hoc uoluit
Bald. in l. certi condictio. §. quo-
niam. ff. ſi cer. petat. Raphael Co-
menſis in cōſi. cxlij. ſer Petrus. co-
lum. j. Philipp. Deci. in conſi. xj. co
lum. iiij. uerſ. ſecunda ratio. vol. j.
faciunt notata per Bald. in rubri.
C. de fid. inſtr. col. ij. & cùm ſentē-
89 tia † arbitri ſine ſcriptis poſſit pro
ferri, ut uoluit Comenſ. in d. con-
ſil. cxlij. & dixi ſupra. q. xv. quo ca-
ſu ſtante, in his, in quibus non re-
quiritur ſcriptura, ſemper poterit
90 probatio teſtibus fieri, † ut in d. c.
quoniam contra. Voluerunt Inno
cen. Ioan. de Imol. & Lanfran. col.
iiij. in princip. & Ange. in l. ſi præ-
tor. §. Marcellus. ff. de iudic.

¶ Trigeſimò quæro, an ſi compro
miſſum ex aliqua cauſa eſſet nul-
lum, ſi ſententia ſequatur ab arbi
tris uigore talis compromiſſi, an
ualeat? hanc quæſtionem, quòd
eſt nullum laudum, & ſententia
91 proueniens † ex compromiſſo nul
lo, terminauit Marianus Socin. in
conſi. xviij. proſequendo ordinē.
col. xii. uerſ. ſecunda quæſtio quæ
ſumitur. vol. j. arg. c. acceſſorium.
de regul. iur. in vj. & l. cùm princi-
palis. ff. eod. titul.

¶ Trigeſimoprimò quæro, ſcitis
quòd

quòd in compromiſſo minoris requiritur iudicis decretum.ut latiſſimè dixi ſupra.§.j.gloſſ.iii.nu.lvi. an in ſententia,uel laudo arbitrorum in cauſa ac compromiſſo minoris per eos ferendo aliud decretum requiratur? Breuiſſime dicite, quòd in laudo ferendo † aliud decretum non exigitur.ita uoluerunt Bald.& alii in l. ſi præſes. C. de tranſact.idem Bald. in l.j. C. ſi aduerſ.tranſ.Alex. & alii in l. ſi ex legati cauſa. ff.de uerbor. obligat. Philip.Deci. in l.ſingularia. nu.xi. ff.ſi cert. petat. Matth. de Afflict. in deciſion.Neap.cclxxxv. Balii & tutores.nu.xv.

92

¶Facit ad hanc opinionem quòd decretum iudicis interpoſitum in re pupilli pignorata, operatur ꝙ poſtmodum in uenditione pignoris decretum aliud†non requirat.

93 Bald.in l.ſi pupillorum. §.ſi pupillus.ff.de reb.eorum. & faciunt notata per Bart.in auth.hoc ius porrectum.col.fi. C. de ſacroſ.eccl. & inde eſt quòd in compromiſſo ſuper re feudali faciendo requiritur

94 †Regis aſſenſus.ut in regni conſt. Conſtitutionem.§.arbitria.& dixi latiſſimè ſupra §.ij. glo.j.q.vii. per totum. & maximè in fin. ideoque ſi talis Regius aſſenſus in compromiſſo interuenerit, nō requiritur in laudo poſtmodum ferendo. ut voluit Andr. de Iſern. in dicta cōſtit.Conſtitutionem. & Matth.de Afflict. in dicta deciſio. Neapol. cclxxxv.nu.xv.

¶Trigeſimoſecundò quæro,an ſententia arbitri lata, ipſo arbitro ob pecuniam corrupto valeat? uel ſit

95 †nulla, ſicut in iudice nulla eſt, iuxta l.uenales. C.quand.prou.nō eſt neceſſ.glo.in l.fi.C.ſi tut. ut curat.fact. alleg. Reſponde ꝙ aliud eſt in arbitro,ex quo tenet ſententia ab arbitro per pecuniam corrupto lata ipſo iure, obſtabit tamen doli exceptio in manifeſtationem ſordis, & turpitudinis arbitri. ut in l.ita demum.ubi glo.fi.ff.de arbi.& in l.arbitrorum.C.eo.tit.uoluit etiam hoc glo.nota. in c.cum ab omni ſpecie.ubi Ioan.de Imol. de vita.& honeſtat.clericor.tenuit Hoſt.in ſumma.titul.de arbi.§. in quibus. uerſ. item non cogitur ſi ſordes.Specul.in tit.de arbit.§.differt. circa princip. & uoluit Lanfranc.in deciſione. clxv.ſententia.

¶Licèt tam in arbitro, quàm in iudice, aut alio quopiam turpiſſimū habeatur,pecunia alioue munere corrumpi,& ideo inquit Salomon Prouer. c.xv.qui odit munera,uiuet. Acceptatio enim munerum,præuaricatio eſt ueritatis.

96 †c.qui rectè.xj. q.iij. Prouerbiorū enim c.xxj. dicitur, quòd munus abſconditum extinguit iras,& donum in ſinu indignationem maximam. Munera nanque peruertūt uerba iuſtorum. habetur Deuter. c.xvj.Et inde Geneſis c.xxxij. dicitur. Placabo eum muneribus, & propitiabitur mihi. & lib.j.Regū. c. viii. dicitur. Quòd qui accipit

munera

munera,auarus eſt, & peruertit iudicium.& proprerea exclamat Eſaias c.j.principes tui infideles ſocii furum diligunt munéra, ſequuntur retributiones, pupillo non iudicant, & cauſa viduæ non ingreditur ad eos.& cõcinit illud Ouidij.

Munera crede mihi placant hominesque Deosque.

Placatur donis Iuppiter ipſe datis.

Et idem Ouidius in epiſtola Helenæ ad Paridem ait.

Munera tanta quidem promittis epiſtola diues,

Vt poſſint ipſas illa mouere Deas.

Ideoque Philippus Macedo Magni Alexãdri genitor dicebat, omnia expugnari † caſtella poſſe, in
97 quæ onuſtus auro aſellus poſſet aſcendere. & propterea C. Põtius Samnis dicere aſſolebat. Vtinam ad illa tempora fortuna me ſeruaſſet, & tunc eſſem natus, quando dona accipere cæpiſſent, nõ enim eſſem paſſus eos diutius imperare. & nonne cum Magi Reges ab oriente uenerunt nato iam Chriſto, ut eum placarent, muneribus auri, thuris, & mirrhæ, donari uoluerunt.ideoque bene nos docuit ſummus patientiæ pater Iob. c. xxxvi.Non te ſuperet (inquit) ira, ut aliquem opprimas, nec multitudo donorum inclinet te. Quia Deuterono.c.xxvii.cauetur, quòd eſt maledictus homo, qui accipit munera ut percutiat animam ſanguinis innocentis, & dicet omnis populus, Amen.& idem ferè dicit Salomon Prouerbior.c.xxii.Victoriam, & honorem acquiret, qui dat munera, animam auté aufert accipientium, propterea ſpreuit Angelus munera, quę ei offerebat Manoches ob conceſſam filii Sanſonis natiuitatem. ut docuit Ioſeph.antiquita. iudaica. lib.v.c.x. & hoc fortaſſis illuſtrati documẽto Corinthii publica eorum lege
98 ſanciuerunt, eorum † legatos munera accipere non debere, qui ſeruandę legis gratia magna Dionſii Tiranni munera renuerunt. docuit iſtud Plutarch.apophtegmat. xx.ſapiẽter itaque ſe geſſit ille Cã-
99 biſes † Cyri Perſarum regis filius, qui patris regna poſſidens inuento iudice quodã, qui propter munus iniuſtè iudicauerat, iuſſit uiuũ illũ excoriari & iudicis filium in patris mortui locum ſubſtitui, ut fili⁹ paterni ſupplicii memor, iniuſtè iudicare timeret. Quo in
100 numero Manlius Torquatus † poſitus eſt.qui dum Decium Syllanũ eius filium propter munera quendam iudicaſſe reperiſſet, eũ è ſua domo abdicauit, quo facto ex triſtitia filius ſe ſuſpendit, cuius funeri parer nec intereſſe quidẽ uoluit. Author eſt Valerius Maxi.lib. v.c.viii.& proinde Plutarchus inquit. Laudata eſt magnitudo in
101 Paulo Aemilio, ac liberalitas † q multum auri, multumque argenti ex regia gaza coactum ne aſpicere quidem uoluit.

¶ Trigeſimotertiò quæro, ſi in arbitrum compromiſſæ ſunt plures

lites

lites,arbiter autem ſuper una tantùm ſententiam protulit, an talis
102 ſententia† teneat,uel ſit nulla? diſtinguendum eſt, quòd aut in cõpromiſſo dictum eſt,quòd arbitri poſſint diſiunctim, & ſeparatim pronunciare, aut quòd ſimul de omnibus pronunciatio fieret,uel nihil dictum eſt. Primo caſu ſententia ſuper eo,de quo eſt pronũciatum,tenet, & debet ſuper aliis pronunciare. Secundo autem caſu ſententia non tenet,niſi de omnibus pronunciatio fiat.tex.eſt expreſſus in l. quid tamen.ubi Bart. docuit.ff.de arbi.tertio caſu diſtingue iuxta doctrinam Hoſtienſ. in ſum.tit.de arbit.§.qualiter. uerſi. Item differunt.Barto. in d.l. quid tamen. Lanfranc.in tracta. de arbit.q.xvj.

¶Trigeſimoquartò quęro,an ſententia aliquo ex capite nulla,poſſit partium conſenſu ualidari? vi-
103 dendi†ſunt Cyn.& Bald.in l.cum antea. C. de arbit. & Petr. de Anch.in conſi.cx.

¶Ego autem utcumque res ſe habeat apud ſupra citatos, indifferẽter teneo, talem ſententiã, ſeu laudum nullum conſenſu partiũ minime ualidari, nullum.n.à princi-
104 pio, temporis tractu†non cõualeſcit. l. quod in initio. & l. quæ ab initio.ff.de reg.iur.& quòd laudũ nullum cõſenſu partium nequeat
105 ratificari, †poſuit Marian. Socin. ſenior.in conſi. xviii. proſequendo.col.xii.uerſ.& ex prædictis deciditur.vol.j.de quo ſimili articulo habetur per Ludouic.Roma.in conſil.liiij.viſis circa id. And.Barba.in conſi.lxx. volu. iij. Franciſc. Aretin.in conſi.cxxvii. eximie domine.colu.ii. Alexand. in conſilio lxxviii.viſo & diligenter ponderato.col.vj.verſ.quarto reſpondeo. volu.v.Barto. in l.obſeruare. ff.de offici.proconſul. latè Philipp.Deci.in l.ſemper qui prohibet. ff. de reg.iuris.& Petr.de Anchar.in cõſil.cxxiii.Vnus ex procuratoribus.

¶Trigeſimoquintò quæro, ſi cõpromiſerunt partes in arbitrum, dum tamen iudicare,ac ſententiare haberet cum conſilio doctoris iuriſperiti, quod conſilium habitum fuit per arbitrum, tamen cõtra formam conſilii protulit ſen-
106 tentiam,an talis† ſẽtẽtia teneat? Pulchra eſt iſta quæſtio,& ſubtiliſſimè tractatur per Raphaelẽ Comenſ.in conſil. lv. duo habentes. per totum. Vbi uideas, quia nihil ultra deſiderari poſſet.

¶Trigeſimoſextò quæro, quid ſi dum arbitri iudicare deberent cũ doctoris conſilio,dixerunt pronũciamus pro ut in tali conſilio, an
107 †talis ſententia valeat? Dicendum eſt quòd non, ita tenuit Iaſ. in l. j. §.vbi decretum.col.xvi.ff.de offic. proconſul. & leg. allegat idem tenere Angel.in conſi.ccxlii. domina Liberina de Mantua.Corrupte autem,ex quo eſt in conſi.ccl.eiuſdem principii. col.ij. idem tenuit Anton.de Alexand. de Neapol.in

l.j.

l.j.in fin.C.ſi aduerſ.libert. tenuit Arnonius in problemat. xcv.quæ nunc.

¶Trigeſimoſeptimò quæro,ſi sũt tres arbitri, & duobus ab altero facta eſt uocis commiſſio, qui
108 duo † ſententiam protulerunt, an talis ſententia teneat? ita quòd alter ex arbitris potuerit vices ſuas alijs ſocijs delegare? dicendum eſt talem ſententiam nõ tenere, ac nullam eſſe, ex quo per arbitrum non poteſt delegari uox ſocio. notatur in l. non diſtinguemus.§.quæſitum.ff.de arbit. & uoluerunt Abb.Panor.in c.cum à nobis.nu.j.de arbit.& Rapha.Fulgo. in cõſil.cxliiij. ſyndici communis. in j.& ij.dubio.Io.Baptiſt.Aſinius. in l.i.in princip.nu.cliiij.ff. de religioſ.& ſumptibus funer. tetigi ſupra.§.ij.glo.vj.q.xlv.ubi videas.Poterit tamen arbitris dari poteſtas
109 eligendi † alios arbitros,ut per Abba.in d. c. cùm a nobis. vide eundem Panor.in c.Raynal.nume.iij. extra de teſtam.

¶ Trigeſimooctauò, & ultimò quæro,ſi eſt lata arbitri ſẽtẽtia extra cõpromiſſum, & ſic nulliter, ac nõ obſtãtibus renũciationibus partium, quæ in compromiſſo exceptionibus nullitatis renunciaue
110 runt, ſententia † ipſa ſit nulla, uel teneat? vide bene diſputatam iſtam quæſtionem per Raph.Fulg. in conſi.clxxx.viſo proceſſu.per totum. ad quẽ te remitto. Laus Deo omnipotenti, & beatis Michaeli Archãgelo,& Catherinæ. Olìueti. Die xx.Aprilis. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Peritis in arte creditur regulariter.*
2 *Periti debent eſſe concordes.*
3 *Sententia à maiori parte arbitrorum lata an teneat?*
4 *Electio à maiori parte facienda.*
5 *Præſentatio in iure patronatus an fiat à maiori parte partium?*
6 *Minor ſumma in maiori ineſt:*

GLOSSA V.

Si fuerint concordes.

HABETVR ſimile in peritis artiũ, quibus licèt regu
1 lariter † credatur.ut p Bart. in l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbitr. in l.i. §.ex reſcripto.ff.de uent.inſpici.in l.ſi ab hoſtibus.ubi Alexand.& Iaſon ff.ſol. mat.in l.Theopompus. ff.de dot.præle.Abbas Panor.in c. cum dilectus.de purg.canoni. Alexand.in conſil.lxxv.col.ij.volu.j.& in conſil.clxviij. in princip.vol.ij. & in conſil.cxv.in princip.vol.iij. Aymo Crauet.in conſil.xciiij.col. ij.volu.j. & Angel.in tracta.maleſici.§.& vna alia percuſſione. Pau. Pariſius in conſi.cxxiij.col.vltima. vol.j.Thomas Gramm.voto xxiiij. & in conſil.crimin.xlix. nu.iij.Iac. No-

Nouell.in practica crimin.titu.inquiſitio pro inſultu.nu.xxii.& Eximius doct.D.Petr.Follerius in praxi.criminum.§.recipiantur defenſiones reorum.nume.iij. attamen
2 tales periti concordes † eſſe debēt ut uoluerūt Bar.& Bal.in proœm.ffſorum.ubi etiam Hierony.Cagn. nu.lxxx. cum pluribus ſequētibus. & uoluit Feli.in c. propoſuiſti. extra de probatio.& in c.ſignificaſti. de homicid.& Franciſc.Herculan. in tracta.de negatiua.nu.ccxxxij.

¶Sed ego quæro ſi ſunt vndecim arbitri, & factum eſt compromiſſum, ut ipſorū maior pars habeat iudicare,ſi quinq; iudicant unius uoti,quatuor pro alio,& duo pro alio, an ſententia illorum quinq; tanquam facta,à maiori parte arbi
3 trorum valeat? quòd † ſic tenuit Specul.in titu.de ſentent.prolā.§. iuſta.uerſic.quid ſi ſint.

¶ Contrarium tamen uerius eſt, & communiter tenetur. arg.l.ſicuti.ubi glo.ff.de arbitr. & ita tenuerunt Lapus,Ioan.Andr.Dominic. Petr.de Anchara.& Philip. Franc. in c.j.de arbit.in vj. ubi dicunt, & reprobant ſententiam Specu. ueram non eſſe,ex quo non eſſet maior pars reſpectu omnium,pro ut eſſe debet, ut in ſimili dicitur de
4 electione†in cap.in Geneſi.& in c. cùm in iure. extra de electio. apud quos videas pro ueritate.

¶ Quæ omnia limitabis non procedere in patronis laicis,præſentare uolentibus Capellanum in iure patronatus,quia iſto caſu ſufficiet conſenſus, ac præſentatio facta à
5 maiori † parte partium . ut voluit Archidiacon. in c. vicena.xxxi. diſtinctio.Ioann . Andre.in c.iij.de iure patronat.

¶Vltimò quæro, quid ſi ſunt pluris arbitri, quorum plures ſententiam proferunt condemnatoriam in cētum, alij uerò in quinquaginta, & ſic diſcordes ſunt in ſumma, an ambę iſtæ ſententiæ teneāt? dicendum eſt breuiter, quòd ſententia condemnatoria in quinquaginta tenet, & hi arbitri, qui in maiori ſumma iudicauerunt, cēſentur etiam in minori iudicaſſe, quia in
6 maiori ſumma minor † ineſt, eorumque ſententia in quinquaginta extenditur,& ualebit.argu.l.rogatus. ff. mandat. & hoc voluerunt Dominicus.& Philip. Franc. in d.c.j.de arbitr.lib.vj.in iſta glo. non ſunt alia dicenda . Laus Deo, beatiſq; Michaeli, Magdalenæ, & Catherinæ.Oliueti.Die xxij.Aprilis. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

§. IIII.

Si autem fuerint diſcordes, vltima die, vel prius debeant elegiſſe tertium nō ſuſpectum vocatis partibus, quę in promptu ſuſpectos nominare debeant: Qnod ſi partes uel altera ex eis in prōptu ceſſauerint, arbiter electus per partem quæ nominauerit

nauerit in contumaciam alterius partis non nominãtis, tertium eligat: Et ſi vtraque pars nominare neglexerit, arbitri ipſi ſub ſimili prædicto ſacramento tertium eligant.

¶SVMMARIVM.

1 *Arbitri diſcordantes per iudicem loci coguntur ad concordandum.*
2 *Lites quantum fieri poteſt, ſunt breuiandæ*

GLOSSA I.

Si autem fuerint diſcordes, ultima die, uel prius.

STATVITVR hic modus proceden di, quãdo arbitri ſunt diſcordes. De iure etiam cõmuni quando arbitri diſcordant, per iudicem loci, uel ad concordandum, uel ad tertium eligendum cogi poterunt,
1 † ut per Abb.Panor.in c.cum ſpeciali.in princip.nume.x.uerſicu.in glo.in uerſicu. aduocent. extra de appellation.

¶ In textu ibi {vltima die} nota ꝙ pro celeri cauſarum expeditione fuit factum, quòd antequam labatur primus terminus ſtatutus ad ſententiam proferendam, tractetur de electione tertij, quod demõſtrat enixa uoluntas legumlatoris. ibi uel prius} ut quantò citiùs poſ
2 ſit, lites † breuientur. clem. diſpendioſam. de iudic. c.ij. extra de re iudic. in l.in princip.C.de nouo codic.facien. Specu.in titu.de appellatio.§.j.uerſicu. nota tertiò. & in titu.de poſit.§.vij.uerſic. & nota. & dixi latiùs ſupra §.i.gl.j. a num. xxij.uſque ad nu.xxx. Laus Deo, & beato Michaeli Archangelo. Olíueti. Die xxiij. April. M.D.LXIX.

Camillus Borrellus.

¶SVMMARIVM.

1 *Arbiter tertius dicitur potius concordator, ac conſultor.*
2 *Arbitratores an tertium eligant in caſu diſcordiæ.*
3 *Arbitratores ſunt ad inſtar proxenetarum.*
4 *Arbitratores debent ſe informare cum partibus.*
5 *Compromiſſum an valeat, in quo duobus arbitris data eſt poteſtas eligendi tertium. numero 6. & 7.*
8 *Arbiter tertius electus an cogatur arbitrium ſuſcipere. nume 9.*
10 *Aduocatus non cogitur ad munera perſonalia ſuſcipienda ſecus ad ſuſcipiendũ arbitriũ.*

GLOSSA II.

Debeantq; elegiſſe tertium.

TERTIVS iſte, qui eligitur in caſu diſcordiæ, an dicatur arbiter? dicendum eſt ut communiter concludunt, quòd iſte ter-
1 tius dicitur potius concordator, ac conſultor, quàm arbiter. uoluit Specul.in titu.de arbi.§. ſequitur.

uerſi.hoc quoque notandum.Bal. & alij in l.item ſi vnus.§.principaliter.ff.de arbi.uoluit Franc.Marc. in decſio.Delphin.ccccIxiij.quæritur an valeat.nu.vj.uol.j.& diſtinguit quodammodo Angel.in conſil.clij. in puncto. per totum. ubi recurras. & ponit Lanfranc.Orianus.in tracta. arbitrorum.§. multis.quæſt.ſecunda.

¶Secundò quærò, ſi ſunt arbitra-
2 tores,& ſunt † diſcordes,an teneantur tertium eligere? dicendum eſt quòd non.ut tenuit Bald. in c. j.de inueſtit. in maritum fact. col. iij.uerſicu.ſed hic ab extra dubita-
3 tur.in feudis.qa arbitratores† ſunt ad inſtar proxenetarum. ut in l.ſi de meis.§.recepiſſe.ff.de arbi.& in proxenetis nõ tractatur de electione tertij, quia ipſi debent alloqui teſtibus, ita etiam in arbitratoribus,quia ipſi debent ſe informare
4 cum partibus,† tenuit idem Bald. in l. hac edictali.§. his illud.C. de ſecund.nup.ubi dicit quòd ſupradicto caſu partes debent iſtum tertium eligere ſi uolũt. idemq; poſt ipſum tenuit Abb.Pano.in c.quintauallis.nu.xlvi.de iureiuran. & in c.fin.nu.viii.de ſentent.& re iudi. & uoluit Franciſc. Marc.in deciſ. Dephina.ccccIxiij. quæritur quid iuris.volu.i.

¶Tertiò quæro,ſi ſit compromiſſum in duos arbitros, quibus datur poteſtas tertium eligendi in ca
5 ſu diſcordiæ,an† tale compromiſſum valeat? dicẽdum eſt quòd nõ, propter naturalẽ, & innatam hominum diſſentiendi facultatem, qui, etiam quòd eis eſſet data poteſtas tertium eligendi, in ipſo tertio eligendo diſſentire poſſent. ita uult textus in l.item ſimus. §. ſi in duos. vbi Bart.ff.de arbit.Hoſtienſ. in ſumma titu.de arbi.§.ſi. Specu. in eod.titu.§.fin.uerſi. item quod dixi.& Innoc.in penul.extra de arbit.& antea uoluerat glo.in c.cum ſpeciali.de appellatio.

¶ Limita primò iſtam concluſionem nõ procedere,quando in cõ-
6 promiſſo diceretur, quòd† in caſu diſcordiæ eligatur Semproni⁹, vel Titius,aut alia quæuis perſona certa,ac declarata à compromittentibus,& tunc ualebit cõpromiſſum, quia non militabit ratio diſſonantiæ,ac diſcordiæ inter arbitros. ut not.in d.§.ſi in duos.& uoluerunt Innoc.Hoſtien.& Spec.ubi ſupra. & Lanfranc.in tract.arbitr.§.multis. quæſt.ij.

¶ Secundò, & vltimò limita procedere concluſionem quando cõpromiſſum factũ eſſet in arbitros
7 †tantùm,ſecus autem ſi in arbitratores.ita tenet Hoſtienſ. in d.§.fina.dicit pro hoc eſſe textũ in d. c. penul.de arbitr.

¶Quartò,& vltimò quæro,an iſte tertius cogatur arbitrium ſuſcipe-
8 re,& acceptare? uidetur† dicendũ quòd non, ex quo à principio nemo cogitur arbitrium ſuſcipere, niſi ex poſt facto poſt acceptationem.ut in l.ij.§.j.ff.de arbit.

¶Sed

¶Sed in contrarium eſt veritas, quod
9 iſte tertius† arbitrium ſuſcipere cogitur, tenuit Accurſ. & poſt eum Barto. in l. item ſi unus. §. penul. ff. eod. titu. mouetur Accurſ. authoritate text. in l. ſancimus. C. de aduoc. diuerſor. iudiciorum. Vbi aduocatus non cogitur ad munera
10 perſonalia† præterquàm ad ſuſcipiendum arbitrium. uoluit etiam iſtud glo. in verſicu. mittentem. in c. paſtoralis. de re iudic. Laus Deo, & beato Michaeli. Oliueti. Die xxv. Aprilis. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶SVMMARIVM.

1 *Arbitri poſſunt ob ſuſpicionem recuſari.*
2 *Arbitratores an ut ſuſpecti recuſentur.*
4 *Suſpicio eſt uerificanda.*
Suſpicio debet eſſe iuſta.
4 *Pronunciatio ſuper ſuſpicione dicitur interlocutoria.*
5 *Qui dat omnes de ciuitate, uel caſtro ſuſpectos, an admittatur.*
6 *Quæ ſunt iuſtæ cauſæ ſuſpicionum.*
7 *Proceſſus factus à iudice, uel ab arbitro allegato ſuſpecto an ualeat.*

GLOSSA III.

Non ſuſpectum.

ET ſic ex ſerie textus noſtri colligitur cócluſio, arbitrum, ac tertium, qui eligitur in caſu diſcordię poſſe ſuſpectos allegari, & hoc iure uti-
1 mur in regno† de iure communi: etiam ſtatuto ita caueatur arbitrũ poſſe legitima ſuſpicione ſubmoueri. in l. nõ diſtinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbit. tenuit Panormit. in c. quintauallis. nu. xij. extra de iure iuran. & Lanfran. Orian. in tract. de arbit. q. xxxiiij. & Ioan. de Firmo in tract. de Epiſcop. lib. iiij. parte iiij. q. xj. uerſic. idem in arbitrio. in quibus locis hoc clarũ eſt, tum maxime ex cauſa nouiter ſuperueniente, ut in dicto §. cũ quidam. Et in ſupra notatis locis, ha-
2 betur an arbitratores† ſuſpecti allegentur? & ego ſupra tetigi. §. ij. glo. iiij. q. xxxij.

¶Primò quæro an ſuſpicio ipſa debeat in primis uerificari? dicen-
3 dum eſt† quòd ſic, & talis ſuſpicio debet eſſe iuſta. ut in c. cum ſpeciali. in c. ſecundò requiris. & utrobique Panormi. & alii. de appell. & in c. iudex. ubi Philipp. Franc. & alii. de offic. deleg. in vj. quinimmo ſuper tali allegata ſuſpicione debet iudex pronunciare arbitrum, ſeu tertium eſſe ſuſpectũ, uel nõ.
4 & dicetur talis pronunciatio† interlocutoria, uoluerunt Archidiaco. Ioan. And. Gemin. & Philipp. Franc. in dicto c. iudex. de offic. deleg. in vj.

¶Secundò quæro, ſi per partes allegantur, uel ipſarum alteram ſuſpecti omnes de ciuitate, uel Ca-
5 ſtro, an talis† ſuſpicio admittatur? dicas quòd non, ex quo uidetur facta in fraudem, & eſt notoriè fri-

modo aliquo, niſi de abſoluta po-
teſtate potuiſſet hoc facere, quòd
cùm in caſu iſto tractetur de par-
tis præiudicio eligendo arbitrum
forte ſuſpectum ex aliqua cauſa,
quòd eo caſu ipſa parte non cita-
ta fieret electio, cùm citatio iuris
ſit naturalis, & incommutabilis,
2 †ut docuit Ariſtol.lib. Retho.j. c.
xvj.& lib.moral. Nichomach.v. c.
xj. quia cùm citatio ſit iuris natu-
ralis, & inuenta ad defendẽdum,
ut in dicta clem. paſtoralis. de re
iudic. non poteſt per principẽ tol
3 li, quia defenſio contra †omne iu-
ris debitum tolleretur, ut ample
traditum eſt in clem.ſæpe.de uer-
bo.ſignifi.& per Bart.in extrauag.
ad reprimendum. in uerſ.figura.
in fin.& Andr.de Iſern.in conſtit.
Regni.Item dira, & dura. ſub ru-
br.de inquiſitio.faciend. vbi dicit
per principem tolli non poſſe,
4 †idem dixit in uerſic. argentariæ.
quæ ſint rega.in feudis.uoluit Pe-
tr.de Anch.in conſi.xcvij.Alexan-
der in conſi. vj. circa proceſſum.
col.j.uerſ. tamen hoc non obſtan
te.vol.iij.Bald..in l. prolatã. C. de
ſent.& in l.ſi mancipium. ff. de e-
uict. Archidia.in c. Cenomanen-
ſem. lvj.diſtinct.Ludouic. Roma.
in conſil. 519. in caſu propoſitæ
conſultationis. nu.iiij. Anton. de
Butr. Aretin.& Philipp.Deci.in c.
dilecti.de iudic.& Bar. in l.filiusfa
milias.nu.iij. ff. de donã. Marian.
Socin.in conſi.xxiiij.viſis. col.fin.
vol.j.Georg.Nath.in rep.dictæ cle
men.ſæpe. in verſ. dilationes. nu.
lxxvi.de uerb.ſignifi.Hippolyt. de
Marſi.in d. l. de unoquoque. nu.
x.de re iud.& Matthæus de Afflic.
in deciſio.Neapol.cccxci. fuit du-
bitatum. nu. ij. Pandus Graui. in
prag.diſpẽdia nu.lxvj.de iud.ſum
mario. & latius quàm alius qui-
ſpiam ego dixi alibi.

¶ Notandum ibi {uocatis parti-
bus{ quòd idem ſonat quòd cita-
tis, & ſic partes citantur ab arbi-
5 tris, †licèt non teſtes. ut uoluerũt
Bald.in l.j.C.de arbi.Bertachin.in
dicto tract. de epiſcop. ubi ſupra.
q.xi. ſecus tamen in arbitratore,
ut tenuit Lanfranc.in tract. de ar-
bi.fol.j.col.ij.in fin. vide tamẽ do-
ctores ſupra notatos. Laus Deo,
& beatis Catherinæ, & Michaeli.
Olıueti. die iij. Maij. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Dictio confeſtim, nec momentum deſiderat di uertendi ad alios actus.*
2 *Dictio illico, idem ſignificat, & alio,*
3 *Dictio incontinenti, ſignificat idem.*
4 *Dictio ſtatim idem denotat.*
5 *Dictio actutum.*
6 *Dictio mox idem ſonat.*
7 *Dictio protinus, quid.*
8 *Dictio incunctanter, ſubito, extemplo, è ueſtigio, de repente?*

GLOSSA V.

Quæ in promptu ſuſpectos nominare debeant.

I DEO in præſenti textu legiſlator ſtatuit, partes in prõptu ſuſpectos ne-

minare debere, quia cùm compromiſſa ad breuiandas lites inuenta ſint, in promptu nominatione facta ſuſpectorum ſopiant. arg.l. j.ff.de arbitris. & eius quod uoluit Speculat.in titu. de appella.§.j.uerſ.tertiò nota.

¶Dictio in promptu idem ſignificat quod dictio cõfeſtim, ſtatim, illico, incontinenti, & ſimiles ut infra.

¶Dictio confeſtim nec momentum deſiderat diuertendi ad alios
1 actus, ut in l. placet.ff.de acqui.hæredi.in l.amiſſi. §. fideiuſſores. ff. de fideiuſſor.in l. Titius. §. qui fideicommiſſariá.ff.ad trebellian.§. omnis.Inſtit. de uerbo. obligatio. & uoluit Cicero. Philippi.v. cùm dixit. rem adminiſtrandam arbitror ſine ulla mora, & confeſtim gerendam cenſeo.& Iulius Ceſar. lib.v. belli Gallici. Cæſar cõfeſtim legiones ſubſequi iuſſit.
2 ¶Dictio illico † idem ſignificat, ut in l.idemque.§.ſi cui mandauero. ff.mand.facit tex.in l.ſiquis.C.depoſiti.quod uoluit Angel. de Aretio.in §.extraneo. Inſti. de pupill. ſubſtit.Franciſ. de Crema in ſing. vii.Lucas de Pen.in l.fin.col.ij. C. de ſpecta. lib. xj. vide Alexand. in conſi.xlii.Viſo proceſſu.col.j.uerſ. Nec prædictis obſtat.vol.iiij. facit etiam quod uoluit Cicer. in orat. pro Muręn.Simulatque increpuit ſuſpicio tumultus, illico artes noſtræ conticeſcunt.

¶Dictio incontinenti ſignificat
3 idem, † uoluit Barto. in l. Imperator.ff.de iure fiſc. Bald. in l..lecta. col.fi.ff.ſi cert.petat.Angel. in l.in criminali.C.de iuriſd.omn.iud. facit glo.in clem.j. in uerb.incontinenti. de uſuris. ubi Paul. Eleaza. Guliel.de Monte Lauduno. Imol. & Card.Florentin.

¶Dictio ſtatim eãdem importat
4 ſignificationem, † ut in l.ſi finita. §.non autem ſtatim. ff. de damn. infect.text.in l.cum quidam.ff. de leg.ij.l.ex morte.in fin.C.de pact. conuent.in l.ſi uſusfructus. §.fi.ff. quand.dies leg.ced.l.j.in fin. ff.ſolu.mat.Barto.in l.iubemus.la ij.§. ſane ſi hoc.col.fin.C.de ſacroſ.eccleſ.& in l.Mæuius. §. duobus. ff. de leg.ij.Salycet.in auth.inceſtas. C.de inceſt. nupt. Paul. de Caſtro in cõſi.lxviii.in caſu præſenti.poſt princip. vol.ij. & Gemin. & Philipp.Franc.in c. quàm ſit. §.fin.de electio.in vj.Ioan.de Platea in l.penul.col.j.C.de digni.lib.xii. Franciſc.Purpurat.in l.i.nu. 607. ff.de offic.eius.Ioan.Raynaudi.in §. pœna.q.viii. de prohibit. feud. alien. per Federicum. Cicero in Verrẽ. ſtatim Meſſanam literas dedit. & Terent.in Phor.

Bina talenta capiebant ſtatim.

5 ¶Dictio actutum † idem etiã deſignat, ut in Phormione Terentius docuit cùm dicebat.

Aggredere actutum.

6 ¶Dictio † mox eundem habet ſignificatum.Terentius in Andria.

Mox huc reuertar.

7 ¶Dictio

7 ¶Dictio Protinus † idem ſignificat, Hoſtienſ. in c. quibuſdam. extra de pœnis. Imol. in c. fi. de præſcript. Dominic. & Philipp. Franc. in d. c. quàm ſit. de elect. in vi. Iacobinus de ſancto Georgio. in l. ſiquis maior. colu. v. C. de tranſ. voluerunt Bald. Paul. de Caſtr. & Iaſon in l. ii. C. ut lite pend. ad quòd facit illud uulgatum Vergilii. in lib. x. Aeneidos.

Traiecto miſſa lacerto
Protinus haſta fugit, ſeruatque cruenta tenorem.

Facit illud Plinii Hiſtor. Natura. lib. v. c. ix. quando dicit. Originem habet in monte inferioris Mauritaniæ, lacu protinus ſtagnante. & idem Vergilius lib. Aeneidos viii.

Protinus Archadiæ gelidos inuiſere fines.

Et Cornelius Celſus lib. medicina li primo, Aliquæ (inquit) febres protinus à calore incipiunt.

8 ¶De dictionibus † aliis quàmplu ribus ſimilibus ſcilicet incunctanter, ſubito, è ueſtigio, de repente, & exemplo, uide Terent. & alios, ut Nonium Marcellum, & Tulliũ j. in Verrẽ, & Priſcianum. lib. xviii. & de his, & aliis concordantibus longe, latèque Galliarum, imò & Italiæ iubar, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi unquàm. in §. reuertatur. nu. cxiii. cũ pluribus ſequentibus. C. de reuoc. dona. ubi videas ad ſatietatem. Laus Deo & beato Michaeli Archangelo Oliueti. die vi. Maii. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Arbiter tertius eligitur in contumaciam partis alterius. nu. 3.*
2 *Contumax multas patitur pœnas.*
4 *Negligentia in prælato eſt peccatum mortale.*
5 *Negligentia prælati imputatur culpæ.*
6 *Negligentia eſt delictum.*
7 *Negligentia inducit conſumptionem expectatiuæ gratiæ.*
8 *Iactura turpiſſima quæ fit per negligentiam.*
9 *Mater negligens tutorem petere pupillo intra annum ſucceſſione priuatur. nu. 10.*
11 *Quæ requirantur ut mater tutorem intra annum non petens pupilli hæreditate priuetur.*
12 *Minores iurant in litem contra eorum tutores, & curatores negligenter ſe gerentes.*
13 *Negligens quis eſſe non debet, ſed uigilans.*
14 *Negligentia dolo comparatur.*
15 *Negligentia ſubfeudatarij retardantis iuſtitiam, facit cauſam deuolui ad Baronem.*
16 *Iudex negligens recipere querimonias & teſtes partium, tenetur parti ad intereſſe.*
17 *Officialis negligens tenetur parti ad intereſſe quatenus negligendo eam grauauit & facit litem ſuam.*
18 *Negligentia iudicis facit eum puniri uti conſocium criminis.*
19 *Craſſa miniſtrorum eccleſiæ negligentia punitur.*
20 *Negligentia prælati non ſoluentis canonem facit feudum redire ad dominũ durante uita ſua*
21 *Negligentia prælati contra occupatores bonorum eccleſiæ, & non recuperantis bona alienata, nec acquirentis de nouo cùm poſſit, punitur.*
22 *Negligentia epiſcopi in conferendo beneficiũ, facit collationem deuoluere ad capitulũ.*
23 *Dominus negligens tollere rudera, tenetur totas ædes habere pro derelictis.*
24 *Iudex ſine cauſa negligens prouidere ſuper nullitatibus propoſitis, tenebitur in ſyndicatu.*
25 *Superiore excommunicante negligente abſoluere, abſoluet ſuperior.*
26 *Hæreditas fiſco, uel uenientibus ab inteſtato*

applicabitur, hærede intra annum negligente uoluntatem implere defuncti.

27 *Negligentia procuratoris scientis prolationẽ ſententiæ, & non appellantis nocet domino.*

28 *Epiſcopi negligentes iuſtitiam facere perturbantur in eorum iuriſdictione à legatis de latere, nuncijs, & commiſſarijs apoſtolicis ex concilio nouiſſimo.*

29 *Seruitus debita fundo dotali amittitur negligentia uiri ea non utentis.*

30 *Quarta tota debetur mulieri, ſi maritus fuerit negligens dotes exigere.*

31 *Diabolus appropinquat homini negligenti, & ei tentationes infert.*

32 *Regnum cælorum non tepidi, ſed uiolenti accipiunt.*

33 *Angelorum ſolicitudo, & officium.*

34 *Peccator non debet in peccatis ſeneſcere.*

GLOSSA VI.

Quod ſi partes, vel altera ex eis in promptu ceſſauerit, arbiter electus per partem quæ nominauerit, in contumaciã alterius partis non nominantis tertium eligat: Quod ſi vtraq; pars nominare neglexerit, arbitri ipſi ſub ſimili prædicto ſacramento tertium eligant.

HABEMVS breuiter ex huius gloſſæ lectura, quòd tertius in caſu diſcordiæ à partibus non eligitur, ſed ſi utraque, uel altera pars non nominauerit, primò caſu arbitri omnes eligẽt, ſecundo uero caſu arbiter partis nominantis, ut hic colligitur. Videas quid in hoc paſſu tradant doctores de iure communi, ex quo pauca eſt differentia. ut patet ex notatis per Felin. in c. ſuſpicionis. nu. j. de offic. deleg. Cardin. in conſil. lxxxvi. in cauſa quæ uerſa eſt. Bald. in l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nuptiis. & Panor. in d. c. ſuſpicionis.

¶Nota ibi {in contumaciam} ꝙ
inter alios effectus, quos operatur
contumacia, eſt, quòd in cõtumaciam alterius partis non nominã-
1 tis eligitur † tertius, ut hic. In iſto
enim caſu in eius præiudicium habetur pro præſente, ut in auth.
qua in prouincia. ubi Bald. C. ubi
de crimi. agi. oport. gloſſ. in l. de
unoquoque. ff. de re indic. Bald. in
l. cùm fratrem. col. fi. C. de his quibus ut indig. patitur etiam contu-
2 max alias nonnullas pœnas, † ut
per Rober. Marantam. in Specul.
Aure. in uerſ. contumacia. per totum. & bene per D. Petrum Follerium. in Praxi criminum. §. annotentur bona contumacis. ubi uideas remiſſiue.

¶Aduertendum tamẽ circa prædictorum declarationem, quòd etiam ſtante alterius partis contumacia, tertius iſte de quo in textu
3 noſtro, † nõ eligetur niſi altera parte inſtante. ut colligitur ex notatis
à Barto. in auth. ei qui appel. C. de temp. appellation.

¶Nota

¶Nota.ibi {Neglexerit} ꝙ multa incommoda, & mala oriuntur ex negligentia. Ipſa enim in prælato
4 eſt peccatum mortale,†uoluit Abba.Panormita.in c.illa propoſitorum.nu.iij.de accuſa.& in c.ij.nu me. iiij. de præſcript. imò prælati
5 negligentia culpæ †imputatur.tenuit idem Panorm. in c.quamuis. nu.ii.extra de regul.iur.& talis ne
6 gligentia eſt delictum.†voluerunt hoc Anton. de Butr. & Panor. in c.ea quæ. nu me.j. extra de officio Archidiac.

¶Et negligentia inducit conſum-
7 ptionem expectatiuæ † gratiæ, ut in c. ſi clericus. de præben. in vj. uoluit Ludoui.Roman. in conſil. cccxxix. præſens conſultatio. nu. ix. ideo inquit Seneca, quòd tur-
8 piſſima†eſt iactura, quæ per negligentiam fit. Et propterea illud uulgatum dicere conſueuimus, ꝙ uigilantibus, & nõ dormientibus iura tributa ſunt. Somnus enim in pigritiæ,ac negligentię ſignum deteſtatur: vigilia autem vti res ſolicita,& non moroſa amplectẽda eſt.audi Matth.c.xxiiij.& c.xxv. Marc.c.xiij.& Luc.c.xix.dicentes. Vigilate & orate, quia neſcitis diem, neque horam. Vigilemus (inquit Paul.ad Theſſaloni.j.c.v.) & ſobrii ſimus,qui.n.dormiunt, nocte dormiunt. & ideo tantopere deteſtatur ſomnum Ouidius dum dicebat.

Stulte quid eſt ſomnus gelidæ niſi mortis imago.

Et quod multo labore uix acquiſitum eſt per gratiam,cito perditur per negligentiam.ut docuit Ioan. Gerſon. lib. j. Contempt. mundi. cap.xxij.

¶Et ideo mater per negligentiam
9 non petendo †intra annum tutorem filiis, ipſorum legitima ſucceſſione priuatur. in l. ij. §. ſed ſi mater non petierit.ff.ad tertullia. & in l. matris. C. qui petant tutores.l.ſciant.C.de legi.hęred.uoluit Bald.in auth.matri,& auiæ.col.fi. in fin. C.quand.muli. tutel. offic. fung.& Ludo.Roman. in ſingulari.ccxxiiij.tu habes.

¶Fallit tamen hoc ultimum ubi
10 mater eſſet † minor xxv. annis, quia licèt intra annum non petierit,non ideo ſucceſſione filiorum priuabitur.Voluit Specul.in titul. de ſucceſſ.in integr.§.ſiquis autẽ. uerſ.ſed quid ſi ipſe. ſequit͛ Bald. in auth.ſi captiui.C.de epiſcop.& cler. ubi dicit ſæpius cõſultum ita reſpondiſſe. tenuit Ludo. Roma. in conſil.cclxxix.viſi thematis.per totum.& late etiam habentur tradita per Gerardum Mulert.in apoſtill.ad Rolandinum.in tracta.vltim.uolunt.titul.de ſucceſſ. ab inteſtat. nu. xviii. vbi dicit quinque
11 requiri, †ut mater, quæ filio tutorem non petiit, eiuſdem hæreditate priuetur.Primò quòd ſit maior xxv.annorum. Secundò quòd pupillus moriatur in pupillari ętate. Tertiò ꝙ fuerit expediens pupillo tutorem habere. Quartò ꝙ mater

non fuerit in negligentia ut ſupra dictum eſt. Quintò, & ultimò q nulla poſſit legitima cauſa excuſari, cur non petierit, ut in ſupradictis iuribus notatur, & dicũt præſati doctores.

¶ Et non eſt aliquo modo mirandum de ſupra notatis negligentiæ pęnis, cùm & negligentia tutorũ,
12 ac curatorum puniatur, † ex quo eorum minores contra eoſdem in litem iurare poterunt, probando contra ipſos tutores ſolo iuramento taxando damna, & intereſſe. ut uoluerunt Hoſtienſ. & alij in c. inter cætera. de offi. ordin. glo. & docto. in c. quoque. de offic. archid. Marian. Socin. in conſil. ij. ſequendo. col. ij. uerſicu. concluditur autem. uol. j. & Ioan. Baptiſt. Plotus. in repet. l. ſi quando. num. ccxvi. C.
13 vnde ui. negligens enim quis † eſſe non debet, ſed uigilans. Specu. in titu. de poſitio. §. vii. uerſic. xvij.
14 comparatur enim negligentia † dolo. idem Specu. in titu. quo ſupra. uerſicu. ut ſi autem.

¶ Ideoq; ſubfeudatarius cogitur à Barone, ut intra tantum tempus cauſam expediat, aliàs ipſa intra terminum non expedita, ob iuſti-
15 tiæ retardatæ † negligentiam aduocabitur ad Baronem. ut in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ordin. & dicit negligens ſubfeudatarius, quãdo requiſitus à ſuperiore obtumeſcit. docuit Cæſar Lambertin. in tracta. de iure patrona. fol. cxiii. quod limita, & itellige ut per Marin. Frecia. in tracta. de ſubfeud. Baron. lib. ij. authorita. xj. per totum.

¶ Et iudex tenebitur parti, à qua
16 noluit recipere † libellum querimoniarum, & teſtes, & fuit in eis negligens. nota. in l. mancipia. ubi Bald. C. de ſeru. fug. & in l. ſi quando. col. j. C. de teſtib. officialis enim negligens facit litem ſuam, & parti tenebitur ad intereſſe, quatenus
17 † eam negligendo grauauit. glo. in c. cùm ſit. in uerſic. remiſſi. de for. compet. Bald. in c. iudices. de pace iura. firman. & uoluit Lancelottus Conradus in ſuo Breuiario. §. ij. de offici. prætor. in cauſ. ciuil. in uerſicu. ſententiæ. nu. xxxiij. & aliquando iudicis negligẽtia facit eum pu-
18 niri uti † conſocium criminis. ut l. non ſolum. ubi Bald. C. de commert. & mercat.

¶ Negligentia etiam craſſa mini-
19 ſtrorum eccleſię punitur, † ut not. glo. in c. ea quæ. de offic. archidac. Cardin. in clem. j. de celebra. miſſ. & ſufficit ad mouendũ eum à miniſterio, & prælatura. ut in c. j. de offici. cuſtod.

¶ Et negligentia prælati non ſoluentis canonem debitum pro feudo nocet eccleſiæ in uita ſua, quia
20 facit illum † deuoluere ad dominum. c. j. §. fin. de capit. Conradi. in feudis. eiuſdemq; prælati negligentia in non defendendo bona eccleſia contra occupãtes, nec eiuſdem eccleſiæ bona alienata repetentis, nec etiã acquirentis de nouo cùm
21 poſſit, punitur, † ut uoluit Cardi.

in clem.ij.in princip.de religio.do mib. & eiuſdem prælati negligentia ratione officij punitur, ut dol°, clem.j.ubi Card. not.viij.de teſta. & in clemen.j.de celebr.miſſar.

¶Et inde eſt quòd epiſcopo negligente beneficium conferre, facit
22 eius†collationem deuoluere ad capitulum . ut in cle. ſi de beneficio. de præb.ubi Card.in princ.

¶ Ad quod facit quòd dominus ædium negligẽs tollere rudera to-
23 tas ędes† tenetur pro derelictis habere.ut in l.prætor ait.in fin.in l.ſi forte.ff.de damn. infect.

¶Iudex etiam abſque cauſa omittens cognoſcere nullitates propo-
24 ſitas, tanquam negligens† in adminiſtrãdo iuſtitiam in ſyndicatu tenebitur.Sebaſtian.Vanti.in tracta. de nullitat.tit. quid ſit nullitas, & vnde dicatur.nume.v.

¶ Propterea excommunicatus ab uno ordinario,non poteſt abſolui
25 ab alio ordinario,etiam† ſuperiore, ſed abſolutionem remittet ad excommunicantem,quo negligente ipſe ſuperior abſoluet. caſus eſt in c.prudentiam.§.ſexta.& in c.paſtoralis.§.præterea.& in c.ad reprimendam.de offi.ordin.& in c.per tuas.in fin.de ſentent. excommu. in vj.& Ludou. Roman.in cõſil. cclxxxvij.in terminis.nu.iiij.

¶Et hæres iuſſus à iudice, ut impleat uoluntatẽ defuncti, ſi per annum in adimplẽdo negligens fuerit, hæreditas fiſco, uel ab inteſta-
26 to † uenientibus applicabitur.§.ſi quis non implens.in uerſicu.ſi uerò inſtitutio. Authen.de hæredi.& falcid.& Ludouic.Roman. in conſil.ccccxciij.in caſu.nu.v. in fin.& Ioan.Bapt.Aſinius in l.j.nu.clxxix. ff.de religio.

¶Procuratoris etiam ſcientis ſẽtẽtiæ prolationem,& ob negligentiam non appellantis, nocet talis
27 deſidia domino.† per Barto.in l.j. §.ſi procurat.col.ij.uerſi.& ex prędictis poſſunt ſolui.ff. ſi quis ius dicenti non obtemper. in l.fina.col. vltima.uerſicu.quæro utrum.ff.de reſtit.in integrum.

¶Et iudicis laici negligentia, facit laicum effici de foro eccleſiaſtico. ut per Spec. in tit.de compet.iud. §.j.uerſicu. xxiii.

¶ Epiſcopi etiam requiſiti, & negligentes in cauſis clericorum iuſtitiam facere perturbantur in eorum iuriſdictionibus à legatis de
28 latere, †nũcijs, & gubernatoribus apoſtolicis, ut in c.cauſæ omnes. quod eſt nu.xx. ſeſſione.xxiiij. Synodus Tridentinæ.

¶ Seruitus quoque fundo dotali debita, negligentia viri ſeruitute
29 non vtentis † amittitur. ut uoluerunt Accurſ. & Barto. in l.filiofamilias.§.maritus.ff.ſolut. matr.de quo plenius uide Ioann. Campeggium in ſuo tracta.de dote.q.lxxv. an propter.

¶ Eiuſdemque mariti negligentia in non exigendo dotes vxoris, facit quòd licèt quarta debeatur ſecundùm quantitatem dotium ſo-

luta-

lutarum, ut in iuribus vulgaribus.
30 Tamen eodem negligente † debebitur tota.ut in l.nupta.§.quoties. ubi Pau.Caſtrenſ.& in l.ſi ſocer.§. Lucius.ff.ſolut.matr. Dyn.Rayne. Raph.Comenſ.& Alexand.in d.§. quoties.Matthe.de Afflict.in conſtit.Reg. mulier quæ dotariũ. col. iii.uerſicu.per quæ iura.Guid. Papæ.in conſi.xix.nu.ij.Dominus de Nigris.ĩ c.Reg.mulier dotariũ.nu. lxxviij.& Vincent.Maxill.in comment.conſuetudi.Bari.§.ſi mariti. nu.xv. ſub rubri.de donatio.inter uir.& uxo.quod eſt intelligẽdum, ac limitandũ iuxta eorum placitũ.

¶ Nec mirum ſi hæc omnia incommoda ex negligentia proficiſcuntur : cùm & Salomon . Prouerb.vj.mittat pigros,& negligentes ad formicam, animal alioquin ſatis paruum, quæ cum magna diligentia pro victu hiemali, frumẽtum ſibi inæſtate coaceruat neceſſarium.inde etiam maledicitur homo, qui in diuinis ſe negligenter gerit.dicẽte hoc Hieremia. c.xlviij.Maledictus, qui facit opus Dei negligenter,uel fraudulenter. Diabolus enim (ut Gregorius a-
31 ſtruit) † appropinquare nõ poteſt homini,uel ei tentationes inferre, niſi ſe geſſerit negligenter.vtinam (inquit Caſſiodorus) ſic ſeruirent diligenter homines Deo pro cęlorum Regno,ſicut ſeruiunt homini pro beneficio terreno . Diſcute (ait Ambroſius) corporis inertiã, ſemperque memento, quia regnũ cœlorum,nõ tepidi, ſed uiolenti
32 † vimque ſibi facientes deripiunt. qui enim timent Deum , nihil negligunt. habetur in c.vij. Eccleſiaſtes . & propterea de angelis alloquens Bernardus dicebat . quòd
33 † non negligenter, ſed ſolicite diſcurrunt medij inter nos, & Deũ, gemitus noſtros fideliter portantãtes ad dominum, ipſius gratiam nobis deuotiſſime reportantes . ideo Ioan.Apocalipſis.c.iij.inquit. vtinam eſſes frigidus aut calidus , ſed quia tepidus,ideo incipiám te euomere ex ore meo.niſi enim (inquit Gregorius)quis more porcorum vixerit,Diabolus eius poteſtatem non accipit,porci enim ſunt, qui nihil faciunt, niſi quòd uoluptati corporis deſeruiunt.propterea(inquit Auguſt.)iuſtus,ut cœleſtia capiat , caueat ne inanis ab opere dies eat.quia propter hoc talentum tollitur à ſeruo pigro , & datur alteri. ut patet Matth.c.xxv. Et proinde rectè dicebat Seſtian. Ammianus.in lib.de Chriſtia.Inſtitutione.litera a. c.iiij. vide quid faciat negligentia,quia peccator qui negligit cito pœnitentiam facere, magis peccat,Diabol⁹ enim quãtò diutiùs poſſedit,tãtò difficilius dimittit : non enim debet peccator
34 in peccatis†ſeneſcere,ſed ipſis perpetratis , mox per contritionem , cõfeſſionem,& ſatisfactionem delere, & lachrimis cõſcientiam abſtergere.quia ſi moram traxerit, animus deinceps ſceleribus aſtrictus

ab

ab eis diuelli vix poteſt.& in medicina etiam Arnal. de Villanoua.in eius Apphoriſmis.titu.de Epilepſia dicit. quòd Epilepticus negligens à potibus abſtinere, nūquam uitijs carebit Epilepſiæ.Laus Deo, & beato Michaeli Archang.Oliueti. Die xx.Maij. M. D. LXIX.

Camillus Bottellus

§. V.

Qui tertius intra unũ menſem unà cum dictis arbitris,uel altero ex eis per ſuum laudum cauſam expediat. Habeantque arbitri, & tertius, quando contigerit cum eligi,pro eorum ſalario quintam partẽ trigeſimæ, quę laudibus olim ſoluebatur, diuidendam inter eos,qui concordes in ſententiãdo fuerint.

¶ SVMMARIVM.

1 *Arbiter tertius ſolus an poſſit laudum proferre? numero 2.*

3 *Sententia, ſeu laudum quomodo electo tertio arbitro proferatur.*

4 *Maior pars arbitrorum, & tertij an poſſit pronunciare?*

5 *Laudo, quòd fiat prorogatio compromiſſi intra menſem ſub pœna, an parendum ſit.*

6 *Vnus ex arbitris an dabit votum ſuum alteri conſocio ad aures.*

7 *Duo primi arbitri erant diſcordes eligitur tertius diſſentiens ab eis, qui eiuſdem facti ſunt noti, an duorum laudum teneat.*

8 *Arbitri duo diſſentiunt inter ſe, et tertius diſſentit ab utroque, cuius opinio attenditur.*

9 *Dictio ſeparatim, quid ſignificat.*

10 *Sententia. ſeu laudum ab uno prolatum duobus alijs præſentibus, & tacentibus an ualeat.*

11 *Tacens habetur pro conſentiente, quãdo actus erat neceſſariò per tacentem explicandus.*

12 *Sententia, ſeu laudum uniforme arbitrorum, prolatum ſeparatim, & non eodem tempore, an iure communi, ac regni ſubſiſtat. numero 13.*

14 *Laudum quid ſignificat.*

15 *Coram arbitratore non dicitur iudicium.*

16 *Arbitri inique laudantes, an iterum arbitrentur.*

17 *Laudum an ſit nullum ſi arbitri ex abrupto pronunciauerint.*

18 *Senẽtia, ſeu laudum arbitrorum an infamat.*

19 *Sententia arbitri ſententia eſt.*

20 *Iuris ordine ſeruato proceditur in ſententia infamatoria.*

GLOSSA I.

Qui tertius intra unum mẽſem, unà cum dictis arbitris, uel altero ex eis, per ſuum laudum cauſam expediat.

PRIMO quæro, an iſte tertius ſolus poſſit iudicare, & laudũ proferre? 1 † videas Abba.Panor. & Fel. in c.ſuſpicionis.de offic.delega.& Ange.in conſil.clij.in puncto.per totum. quodlibet tamen dubium ſuper hoc emergens in iure communi, tamen in regno ex diſpoſitione huius tex.requiritur † 2 quòd ſaltem hic tertius cũ uno arbitrorum concordet, cum quo ſententiam proferat.ut hic apertè ex textu patet.

¶ Secundò quęro, quomodo procedatur

cedatur ad prolationem ſententiæ
3 ſeu laudi † electo tertiò? hic ut videtis clarè exprimitur. ſed tu de iure communi videas Bart. in l. item ſi vnus. §. penult. ff. de arbit. & Cauenſ. hic col. vj. in medio.

¶ Tertiò quæro, an poterit maior
4 † pars ipſorum laudum proferre? quod ſic videtur textus hic, & de iure communi voluit etiam Felin. in d. c. ſuſpicionis. nu. iij. de offic. delega. latiſſimè Socin. in conſil. liiij. abunde. in princip. uolu. j. Lanfrancus de Orian. in tract. de arbitris. fo. v. col. iij. & licèt de hoc loquens Feli. in d. c. ſuſpicionis. dicat aliud eſſe in arbitris uoluntarijs, & ſolũ procedere in arbitris ſtatutarijs, tamen in Regno ea, quę procedunt in arbitris iuris, & ſtatutarijs, eadem etiam procedũt in arbitris uoluntarijs. ut in regno de hoc clarum habemus textum. in prag. noſtra infra. §. viij. gl. vij.

¶ Quartò quęro, an arbitri poſſint proferre laudum quòd quęcunq; ex partibus ad menſem non pro
5 rogaret compromiſſum, † incideret in pœnam centum mille ducatorum, an dicto laudo pareri debeat? ponit hanc quæſtionem per tranſitum Bar. Soci. in conſil. ſuo cxxiiij. præſens conſultatio. col. ij. in princip. vol. j. ubi refert Ioan. de Imol. in l. ſæius, & Augerius. ff. ad leg. falcid. dicentem ita ipſum conſuluiſſe pro Duce Ianuæ inter comitem virtutum, & ligam, quòd laudum non tenet.

¶ Vide autem an iſta deciſio poſſit limitari non procedere in arbitratore. per ea quæ uoluit idem etiam Soci. in conſi. ſuper allegato.

¶ Quintò quæro, ſi tertius eſt abſens, nihilominus dicat uotũ ſuũ, & allegationes ſuas arbitris conſocijs, an ualeat eorum laudum, uel
6 ſententia, † vide Innoc. in c. Raynaldus. de teſtam. Bartol. in l. item ſi unus. ff. de arb. & uide notata in l. ſicuti. & in l. non diſtinguemus. §. quæſitum. ff. eod. titu. vbi Barto. & uoluit etiam Raphael. Fulgoſ. in conſil. cxlv.

¶ Sextò quæro, duo primi arbitri, ante electionem tertij erãt diſcordes, tertius eligitur, poſt cuius electionem, duo primi concordes ef
7 ficiuntur, † tertius uerò diſſentit ab eis, cuius erit ſentẽtia attendenda? tractauit iſtam quæſtionem Socin in conſil. liiij. abundè. col. j. uerſicu. tertius. vol. j. & ante eum Angel. in conſil. clij. in puncto. cir. fin.

¶ Septimò quæro, quid ſi duo primi arbitri inter ſe diſſentiũt, & ter
8 tiꝰ uerò electꝰ diſſentit † ab vtroq;, cuius ſentẽtia potiſſimũ attẽdẽda erit? dicendum eſt ꝙ attẽditur opinio tertii, & in illius ſententiam alii duo concurrere coguntur, ut uoluit expreſſe Specul. in titul. de arbit. §. ſequitur. uerſicu. ſed nunquid. Ange. in dicto conſil. clii. in puncto. in princip. & Bartho. Socin. in d. conſil. liii. abunde. coli. j. uerſic. tertius, & ultimus. vol. j.

¶ Octauò quęro, quid ſi ſtatutum

diceret,

diceret, quòd arbitri poſſint ſepa
9 ratim †pronunciare, quo modo intelligetur, & quid quando altero abſente, & irrequiſito arbitratum fuerit? decidit Socin. in dicto conſi. liiii. abunde. col. j. vol. j. & ego tetigi ſupra. §. ii. gl. vi. q. xli.

¶ Nonò quæro, quid ſi unus ſententiam ferat, aliis duobus tacenti
10 bus, cùm præſentes †eſſent, an talis ſententia teneat? tex. in c. cùm ab uno. vbi Ioan. Andr. de re iudi. lib. vi. & text. in l. tūc. ff. de re iud. videntur innuere ꝙ non teneat, quia omnes iudicare, ac in ſententiam concurrere debent. ut in l. magiſtratus. C. quand. prouoc. nō eſt neceſſ.

¶ Contrarium tamen, quòd imò tali caſu ſententia teneat, uoluit expreſſe Accurſi. in l. ſicut. ff. de arbi. ratio in ſubſiſtentis argumenti modum adducitur, quòd tacēs habetur pro conſentiente ubi actus
11 per tacentem† uenit neceſſariò explicandus. ut probatur in l. pure. §. ſi donatio. ff. de dol. except. Sed ſic eſt quòd arbitri iſti neceſſariò coguntur ſententiam explicare, ac proferre. ut in l. iii. §. tametſi. ff. de arbi. ergo dicti arbitri præſentes licèt tacuerint, habentur pro conſentientibus illi actui. & hanc ſententiam ibidem tenuerunt Iacob. de Aren. & Rayner. de Forli. in d. l. ſicut. Tribus concurrentibus. uidelicet primò quòd præceſſerit tractatus arbitrandi. ſecundò quòd fuerint præſentes. tertiò ꝙ fuerint tacētes. & ita etiam uoluit Signorol. Homod. in diſpu. incip. factum ſic ſe habet compromiſſū fuit. refert, & ſequitur Lanfranc. in tract. arbitrorum. q. viii. quibus accommodari poterunt tradita per excellentem Iureconſultū D. Iulium Clarum Alexandrinum, ſenatorem Mediolanenſem. in lib. ſententiarum iij. §. emphiteuſis. q. x. uerſ. aut uero ſumus.

¶ Decimò quæro, quid ſi omnes uniformem ſententiam proferāt, vniusque voti, tamen quilibet ip-
12 ſorum ſeparatim pronūciat, †nec unico tempore, ſed diuerſo, an talis ualeat ſententia? Lanfranc. in loco iam proxime ſupra citato. q. xv. dicit eo caſu ſententiā ualere.

¶ Ego in Regno contrarium teneo, quicquid de iure communi
13 †dici poſſet, per textum hic. ibi {vnà cum dictis arbitris, uel altero ex eis} & ſic exigitur quòd proferant laudum ſimul & ſemel.

¶ Vndecimò quæro ibi {per ſuū
14 laudum} quid ſignificat† laudum, dicit Lanfranc. in tract. de arbitr. fol. ij. col. iij. in uerſic. laudum. ꝙ laudum dicitur ſententia arbitratoris, quę nō proprie poterit ſententia appellari, quia coram arbi-
15 tratore non dicitur† iudicium. ut uoluit Innocen. in c. quintauallis. extra de iureiur. & Barto. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum. ff. pro ſoci. & uoluit Bald. in l. fi. C. de contrahend. emp. & in rubr. extra de iudic. cum concord.

¶Vtcunque ſit, ſecus eſt in ter-
minis noſtræ pragmaticæ, ex quo
illud, quod profertur ab arbitris,
appellatur laudũ, ut hic. ibi {unà
cum dictis arbitris, uel altero ex
eis per ſuum laudũ cauſam expe-
diat} & confuſe, ac promiſcue in
textu noſtro quandoque appella-
tur laudum ut hic, & quandoque
ſententia, ut ſupra §.iij.gl.iiij. ubi
late dixi.

¶Laudum etiam ea de cauſa ita
appellatum credo, quòd laude di-
gni dicantur arbitri, ac arbitrato-
res litem dirimentes.

¶Vel à lao flumine, agrum Bru-
tium à Lucanis dirimente. de quo
Strabo lib.vj. Ptolomeus lib.iij.c.
j. ut eodem modo laudum appel-
latum affirmes, eo quòd lites diri-
mat. ſed iſta relinquantur pertina
cibus. infra glo.ſeq.q.fin.

¶Duodecimò quæro quid ſi arbi
tri iniquè laudauerint, aut arbi-
16 trati ſunt, an poſſint †iterum arbi
trari? diſtinguit Annib. Cauenſ.
hic.col.iiij. uerſic. quid ſi iniquè.
ego dixi ſupra.§.iii.glo.iiij. ubi ui
dendum eſt.

¶Decimotertiò quæro, quid ſi ar
biter, uel arbitrator ex abrupto ar
17 bitrati ſunt, an †ſententia, uel lau-
dum nullum ſit? Vide remiſſiuè
Felin. in c.eccleſia ſanctæ Mariæ.
nu.xix.de cõſt. tetigi ſupra ego in
dicta glo.iiij.ſupra citata.

¶Decimoquartò quæro, an arbi-
18 tri ſententia †infamet? diſtingue
quòd ſi ex forma ſtatuti arbitri ſẽ
tentia paratam habet executionẽ,
hoc caſu arbitri ſententia infama
19 bit, quia †ſententia eſt. Ita puncta-
liter Bart. in l. quid ergo §. ex com-
promiſſo. ff. de his qui not. infam.
faciunt notata per Bald. in l.j. col.
iij. C. de pericul. & commod. rei
uendit. per Ioan. de Imol. in c. ſu-
per quæſtionũ. in princ. de offic.
deleg. in vj. Quod limita & intelli-
ge ut uoluit Abb. Panor. in c. cæte
rum. de offic. ordin.

¶Aut arbitri proceſſerunt iuris
ordine non ſeruato, ſed tanquàm
arbitratores, & tunc eorum ſen-
tentia non infamabit, quia ad infa
miam requiritur quòd proceda-
20 tur iuris ordine bene ſeruato, †ut
alios allegans uoluit Felin. in d. c.
cæterum. num.xj. de offic. ordi. &
per hæc finem impono huic gloſ-
ſæ. Laus Deo omnipotẽti. Olieti
die j. Iunij. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶*SVMMARIVM.*

1 *Aſſeſſores ſpe præmiorum, honorificentia de-
bita, non metu terribili ſunt prouocandi.*
2 *Nemo cogitur proprijs ſtipendijs militare.*
3 *Nullus labor ſine fructu eſſe debet.*
4 *Proxenetis ſalarium debetur.*
5 *Teſti, & tutori ſalarium debetur.*
6 *Officium ſuum nemini debet eſſe damnoſum.*
7 *Arbitro ſalarium debetur.*
8 *Iud ci ſalarium debetur, ne fruſtra laborent.
nu 9.*
10 *Vbi eſt eadem ratio, idem ius ſtatuendum
eſt.*
11 *Sententia arbitrorum an nulla ſit, ſi arbitri
maius ſalarium ſtatuto habeant.*
12 *Trigeſima quid eſt.*

GLOSSA II.

Habeantq́ arbitri & tertius quando contigerit eum eligi, pro eorum ſalario quintā partem trigeſimā, quæ laudibus olim ſoluebatur.

NON ab re in præſenti textu arbitrorum ſalariū ſtatutum fuit, ex quo ſicuti aſſeſſores ſpe premio
1 rum, honorificentia† debita, non metu teiribili ſunt prouocandi. ut in l.j.C.de aſſeſſo.eodem etiam modo rectè arbitris fuit ſtatutum ſalarium, cùm aliàs nemo inuitus cogatur de ſuo beneficium facere, nec propriis ſtipendiis militare,
2 †ut in c.cū ex officii. extra de præſcriptio.& in c.cum ſit Romana. extra de ſimon.in c.precarie.il primo.x.q.ii.in c.charitatem.xii. q.ii. in c.eccleſias.§.quia ergo. xiii. q.j. Specul. in titu. de aſſeſſor. §. ſalarium autem.Et durum eſſet quòd arbitri laborando nullo digni fierent præmio,cùm nullus labor ſi-
3 ne fructu eſſe debeat,† ut in c.pōtifices.vii.q.j.glo.in dicto c.charitatem.xii. q. ij. cùm & proxenetis
4 etiam† ſalarium debeatur, ut in l. j .ff.de proxenet.Idem etiam in te-
5 ſte,& in tutore iuxta † concluſionem Guid.Papæ.in deciſi. Gratianopolit.lxviii. Dominus. in princip.Videas tamen Ioan. de Firmo in tracta. de epiſcop. parte ii. lib. iiii.fol.25.col.ii. & aliquid per Frāciſ.Marcum in deciſio.Delphina. clxxviii.nu.iij.vol.j.ſuum nanque
6 †officium nemini debet eſſe damnoſum. ut in l. ſed & ſiquis. ff. quemadmod.teſtam. aperiant.

¶In arbitro autem an ei de iuris
7 communis diſpoſitione† ſalarium debeatur? Quòd ſic, tenuit Martin.de Fano in quadam gloſſa. ut refert & ſequitur Ioan. Andr. in addit.Specul.in titu. de Salar. §.i. in fin. in additione incipie. Salarium.ubi dicit de iſto paſſu eſſe caſum in l.in ſacris.§.modum inſuper.C.de proxim.ſacr. ſcrin. lib.x. ubi ſtatuitur unus ſolidus pro ſalario arbitri. idem etiam facit tex. in l.fi.in fin. C. de princip. agent. in rebus.lib.xii. alius textus clarus quem nō allegauit Ioan. Andr. in l.quoties. C. de priuileg. ſcholar. lib.x.Solidus autem eſt unus aureus.ut in §.fi. Inſt.de pœn. temerè litigāt.de quibus aureis ſeptuaginta duo faciunt libram auri, ut in l.quoties.C.de ſuſcept. & arch. lib.x.facit quod voluit Bald.in l.ii. C.de ſenten.ex breuicul.recitand. Lanfran.in tract.de arbit. q.xxxix. & uoluit Guido Papæ in deciſio. Gratianop.lxviii.dominus. in fin. Eiuſdem rei, ac terminationis argumentum inducunt,& quemadmodum ſalarium iudici debetur,
8 †ut i Auth. de iudicib.per totum

ita etiam debeatur & arbitro, argu. l. j. ff. de arbit. quo dicitur arbitria redacta eſſe ad ſimilitudinem iudiciorum.

¶ Maximè cùm in caſu de quo agitur diuerſitatis ratio reddi nequeat. Ratio enim cur ſalarium
9 iudici debeatur, ea eſt, † ne fruſtra laborent, quod etiam in arbitro procedit, eadem enim eſt ratio,
10 idemque ius propterea † ſtatuendum. l. illud. cum ſimil. ff. ad leg. aquil. & multa circa hoc dicit Ioã. Andr. ubi ſupra, qui uidendus eſt, ne tranſcribamus idem, & uide etiam Petr. Iacob. in titu. de action. mand. contraria. ubi bene ad materiam.

¶ Quæro, ſi arbitri recipiunt maius ſalarium, quàm hic ſtatuitur, an ſententia ipſorum uti uenalis
11 nulla † ſit, uel ſubſiſtat? dicendum eſt ipſam ſubſiſtere, ac ualidam eſſe, & nullitati non ſubiacere. tenuit hoc Specul. in titu. de arbi. §. differt. in princip. quem malè intellexerat hic Cauenſ. colum. viii. uerſ. an autem ſententia lata.

¶ Limita autem iſtud dictum, ꝙ licèt ſententia teneat, poterit tamen per partem doli exceptio opponi. ut in l. iii. C. de arbi. & tetigi ſupra. § iii. glo. iiij. q. xxxij. vbi dixi latiſſime. & ibidem te remitto.

¶ Quæro ultimò pro complemẽto huius gloſſulæ, quia hic ſtatuitur pro ſalario arbitri quinta pars trigeſimæ, quæ olim debeatur laudis, quæ erat iſta trigeſima laudibus olim debita? Breuiter dũ hoc
12 loquerer † cum quampluribus huius profeſſionis, pręſertim Magnifico Fabio Baſſo, & Magnifico Frãciſco Indello, iſta in hac concluſione remanſit opinio, uidelicet quòd fuit per nos cõſideratus tex. in Auth. de iudicib. in §. ne autẽ. ubi ſtatuuntur duo aurei iudicibus in conteſtatione litis, & duo alii in fine negocii, & dicitur ibidẽ iſtud ſalarium iudici deberi, quando lis excederet ſummam cẽtum aureorum. & proinde ad hoc ut quatuor aurei eſſent in locum trigeſimæ in lite excedente ſummam centum aureorum, lis debebat eſſe aureorum centum & viginti, & ideo æſtimabamus dictos quatuor aureos deberi ratione trigeſimæ ultra cẽtenarium lite excedente, quæ dictio ultra poteſt ſe extendere uſq; ad numerum vigeſimũ ultra cẽtenum, ut inde pro ſalario vera trigeſima veniat, & quòd ſalariũ arbitri de iſta quinta parte huius trigeſimæ intelligatur. illa autẽ trigeſima dabatur iudicibus pedaneis in cauſis ciuilib9. ut in d. §. ne autem. & dicebam tantò plus de quinta parte huius trigeſimæ Regem noſtrum hic intellexiſſe, cùm dicatur ibi (quæ olim laudibus ſoluebatur) ut intelligatur laudibus, ideſt iudicibus laudatis, aut laudabilibus. ut ita eos appellat imperator. in §. uetus autem ſchema. ubi ſupra. & dixi in glo. præcedenti. q. xj. nu. xiiij. ubi uideas.

¶ Vel

¶ Vel dici poſſet, quòd loquatur de trigeſima quæ debetur iudicib⁹ in Regno. ut in conſtit. cõſtitutionem prædeceſſorum. ubi in omnibus cauſis ciuilibus etiam tranſactis debetur trigeſima iudici. ut ibi per Iſern. & Afflict. licèt in mutui, & depoſiti, accommodati cauſis debeatur tertiaria. ut in conſti. Regiæ maieſtatis. & aliud excogitare non potui de qua trigeſima dicere uoluerit rex noſter in pręſenti textu, tu autem cogita melius quid tibi videatur. Laus Deo. Oliueti. Die vj. Iunij. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Partis appellatione uenit dimidia, nu. 2.*
3 *Spe præmij lites finiuntur.*
4 *Non qui inceperit, ſed qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit.*
5 *Cauſa ſalarij permiſſiua ceſſante, ceſſat ſalarium.*

GLOSSA III.

Diuidendam inter eos, qui concordes in ſententiando fuerint.

SALARIVM cùm diuidendũ ſit inter concordantes in ſentẽtiando, uidetur ꝙ cuilibet debeatur medietas ſalarij, cùm partis
1 † appellatione dimidia ueniat. arg. l. nomen filiarum. §. portionis. ff. de verbor. ſignifica. gloſſ. in l. titius ſtichi. ff. de lega. j.

¶ In caſu tamen noſtro diuiſio fieri non poterit per dimidiã, ſed per tot portiones, quot erunt capita arbitrorum cõcordantium in ſentẽtiãdo, ut ex iſto tex. patet aperte.

¶ Limita tamen dictum §. portio-
2 nis. non procedere, † niſi quando ſimpliciter, & abſolute diceretur de portione, ſecus autem ſi adijciatur nominatio quotę partis, ut uoluit Alexand. in conſil. cij. uiſo themathe. nu. iiij. volu. vj. & ad illius textus intellectum vide Petr. Phili. Corn. in conſilio xlj. litera dicto volumi. j.

¶ Nec mirãdum eſt ſi ſalarium diuidatur tantùm inter eos, qui concordes fuerint in ſententiando, quia concordia (ut docuit Ethnicus) paruæ res creſcunt, & diſcordia maximæ dilabuntur, ut latè dixi ſupra. §. i. glo. i.

¶ Ratio autem quare cõcordantibus in ſententiando præmium & ſalariũ ſtatuerit legiſlator, eſt propter laborem. argu. l. i. C. de aſſeſſ. & §. ne autẽ. Auth. de iud. ac etiã
3 ut ſpe præmii † lites citius finiantur. demonſtrant hoc uerba in textu poſita ibi {in ſententiando} & ſic finem litis reſpicit ad quod tanto veloci⁹ arbiter duci poterit ſub ſpe ſalarii percipiendi, quia iuxta illud Ouidii in Helenæ epiſtola.

Certamen præmia magna mouent.

Tantò plus cõcordantibus ſalariũ ſtatuitur, ex quo quid proderit arbitros litem audire uſque ad ſum-

mum, & demũ in ultimo litis ſtatu eam relinquere non ſopitam, quia iuxta illud. Melius eſt non incipere, quàm ab incepto turpiter deſiſtere, ad quod ſi rectè recolo concinit illud Ouidij.

Turpe laborantem deſeruiſſe ratem.

Ex quo iuxta illud domini. nõ qui inceperit, ſed qui † perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit. ſentẽtia enim uti negotii finis potius laudanda. iuxta illud Ouidii.

Exitus acta probat.

Omnia enim quæ ſententiam præcedunt, pro ſentẽtia fiunt. quia ut Ariſt. i. Ethicorum. c. i. docuit, finis eſt agendarum rerum, & cùm propter ipſum omnia fiant, manifeſtum eſt ipſum eſſe optimum, & ſummum bonum. & finis gratia fiunt omnia, quę ſunt ante finem. ut docuit Auerroes in ii. Phyſicorum. i. finis. enim ſemper natura bonus eſt. idem Ariſt. lib. ij. Moral. Eudemiorum. cap. xi. & propterea cauſa finalis omnib⁹ aliis dignior eſt. Ariſtot. ii. de anima. c. xlix. & iii. Metaphiſic. iii. finis nanque nobilior eſt his, quæ ſunt ad finẽ. Ariſt. ii. Phiſic. xxxi. & ii. Metaphiſic. viii. & in v. Metaphyſic. iii. & inter cauſas finis principatum obtinet. Ariſto. in i. de Partib⁹ animal. i. & ideo fine carens omni peſectione caret, & nihil eſt docuit Auerroes in v. Metaphyſicorum iii. quia illud perfectum eſt, quod finem habet. uoluit idem Ariſtot. v. Metaphyſi. xxix. in fine enim naturaliter omnia quieſcunt. Auerroes. v. Metaphyſicorum xxij. & ideo finem deſtruens, omne bonum deſtruit. Auer. ij. Metaph. viii. ad qđ facit etiã, ꝙ finis perfectus nihil aliud quàm felicitas eſſe uidetur, dicebat Ariſtot. i. Magnorum Moral. c. iii. & ex Solonis ſententia finem ſpectare oportet, ut quis felix dicatur. retulit Ariſto. i. Ethicorum x. aduertendum eſt tamẽ ne aberremus, quia finis nõ rerum omnium optimus eſt. abſurdum enim ſequeretur quòd etiam peruerſarum rerum finis optim⁹ eſſet, ſed illum tãtummodo finem meliorem eſſe, qui maxime cuiq; naturæ magis congruus, atque idoneus fuerit. vt voluit Themiſtius in ii. Phyſicor. iiii. & in caſu de quo agimus cõgruentius erit arbitris, per ſententiam liti finem imponere, q̃ poſt principium ipſam incompletam deſerere. & ꝓinde homo digniſſima creaturarum laudatur, cùm fuerit ad Dei opt. max. ſimilitudinem, & imaginẽ creatus, indeq; finis omnium quodammodo dicitur. dicit Ariſtot. ii. Phyſ. c. xxiiii. & finis potius inſpiciendus eſt, quàm quod præſens eſt, vt in l. ſi idem. §. vlti. vbi Paul. de Caſtro. ff. de iuriſdict. omn. iud. cum aliis allegatis per And. Tiraq. in tract. retract. conſangui. §. j. gloſſ. vij. nu. xlv. & malus finis omne opus improbandum, vituperãdumq; facit, vt Auguſt. docuit. Perſeuerantia. n. vſq; ad finem, bonum operatur. audi

Lucam.

Lucam.c.xi. ſi perſeuerauerit pulſans, etſi non dabit ei, eo ꝙ amicus eius ſit, propter improbitaté tamé eius ſurget, & dabit ei quotquot habet neceſſarios. inde Gregorius. Quæſiuit Maria Magdalenæ prius, & minimè inuenit, perſeuerauit vt quęreret, vnde cótingit vt inueniret. eſto (inquit Io. Apocal.ij.) fidelis vſque ad mortem, & dabo tibi coronam vitæ. inde Bernardus. Stude perſeuerantiæ, quæ ſola coronatur, indeque eſt ꝙ vitæ noſtræ perfectio denotatur in fine. & vt vnico verbo claudatur iſte ſermo, iam nihil aliud ex iſta mortali vita ſperamus, quàm carnis reſurrectionem, Dei iudiciũ, & poſthæc inter cætera, cœleſtis paradiſi delitias. & hęc breuiter dicta ſufficiant, & ſi digreſſi ſumus è proprio rei noſtræ ſcopo, ignoſcendum eſt.

¶ Et à primo ad vltimũ rectè ſtatuitur in lege noſtra, vt non cócordanti in ſententiando ſalariũ non debeatur, ſed tantummodo concordibus in ſententia, & concordia ipſorum fuit cauſa ſalarii per-
5 miſſiua, qua ceſſante † ſalarium ceſ-
ſat. uoluit Bald. in l.1. uerſi. non aliter. ff. de offic. eius. Signo. Homod. in conſil. xxxix. quæritur nunquid ex conſuetudine. col. ii. Cardi. Alexandri. in c. quod pro remedio. in princip. i. q. vii. & late meus Andr. Tiraquel. in tract. ceſſan. cauſa. parte i. nume. cxcvii. Laus Deo, beato Michaeli Archangelo, Catherinæ, ac Magdalenæ. Oliueti. Die. ix. Iunii. M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

§. VI.

Ad pœnam dupli, quod pro ſalario taxãdum veniret, ſi intra dictum terminum cauſam non expedierint, ordine ſupraſcripto ſoluẽdam in ſolutum pro quolibet ex ſupradictis arbitris & nihilominus ad petitionem partium, uel alterius ex eis, per nouam coertionem, ſeu multæ indictionẽ cogantur poſtquam cõpromiſſum acceptauerint, effectualiter in eos diffiniri. Hoc tamen locum non habeat ubi eſſent inſtrumenta, ſententię, & obligationes liquidæ, nec etiam in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio compromiſsi non admittatur.

¶ SVMMARIVM.

1 *Pœna arbitri in regno non terminantis cauſam intra terminum ſtatutum.*

2 *Arbiter non diffiniens cauſam intra terminũ. non tenetur ad pœnam ſi non fuit petita expeditio. num 3.*

4 *Statutum, quòd poteſtas compellat agnatos ad compromiſſum, intelligitur ſi petatur.*

5 *Iudex omittens condemnationem expẽſarum, de ſuo reſarcire tenebitur. limita nu 6.*

6 *Iudex non condemnat ad expenſas, ſi non petatur.*

7 *Iudex nunquam dicitur negligens, niſi pars inſteterit, & petierit ab eo nu. 8.*

9 *Iudex officium ſuum non impartitur, niſi petenti.*

10 *Arbiter an incidat in pœnam ſi non terminauerit compromiſſum in termino factum a pupillo tutore non authore?*

11 *Arbiter an incidat in pœnam, ſi in fine termini proferat ſententiam conditionalem.*
Arbiter an purget moram, ut ſententiam proferat poſt lapſum termini.
12 *Arbiter an purget moram, ut pœnam euitet.*

GLOSSA I.

Ad pœnam dupli eius, quod pro ſalario taxandum veniret, ſi intra dictum terminum cauſam non expedierint.

HIC impoſita eſt pœna arbitris non expedientibus cauſam intra terminum, ut debeant perdere
1 duplum eius, † quod ueniret taxandum pro ſalario. ut hic, ibi ſad pœnam dupli. }

¶ Limitabis autem ſupradictam concluſionem non procedere, ſi aliqua partiũ intra terminum nõ petierit cauſam ab arbitris terminari, quia ſi petitum nõ fuerit, pœna hic imminens arbitris non ha-
2 bebit † locum, ut dixit Anton. de Butrio in c. uenerabilis. extra de iudic. ubi dicit, quòd ſi iudex intra certum terminum ſub pœna ſtatutũ tenebatur rem decidere, quòd
3 ſi petitum non fuerit † ut cauſa intra terminum decideretur, pœna dubio procul locum ſibi non uendicat. ſequitur etiam Abb. Panor. in c. fin. nu. xvi. extra de reſcript. & ſtatutum quòd poteſtas cõpellat
4 agnatos † ad cõpromiſſum faciendum, intelligi debet, dũmodo petitum fuerit, aliàs non tenebitur. voluit idem Anton. in d. c. uenerabilis. de iudic. ſequitur Alexan. in conſilio lxxij. in cauſa uertente. col. pen. vol. j pœna enim quæ imponitur omiſſioni, uel negligentiæ, ut incurratur, præcedens monitio requiritur. ut uoluit Innoc. in c. extirpandæ. §. quia uerò. de præbend. ſequitur Bald. in l. i. col. ii. C. de his quib. ut indign. & dicit hoc eſſe ſingulare Cardi. Florenti. in conſi. lv. dum reuerendus. & alios complures etiã allegans Matth. de Afflict. in deciſio. Neapol. ccclxx. tria dubia. nu. ix.

¶ Limita autem ſupra notatam proximè concluſionem procedere, dum tamen pœna ipſo iure imponatur. uoluerunt Innocen. Hoſtienſ. Ioannes Andr. & Panor. in d. §. quia uerò. Gemini. in c. licèt canon. §. is autem. de elect. lib. vi.

5 ¶ Secundò limita, ꝓcedere † in pœna, quæ imponitur pro negligentia, & omiſſione, & ſic pro facto negatiuo, ſecus autem ſi imponeretur pro facto affirmatiuo. ut in c. de multa. extra de præbẽd. Ioan. Andr. poſt glo. in c. excommunicationi. extra de rapto. ſequitur referẽs Afflict. in dicta deciſio. ccclxx. nu. ix. ubi multos adducit idem aſſerentes.

¶ Tertiò, & ultimò limita quãdo prædicta pœna imponeretur ne-

gligentiæ,

gligentiæ, & omiſſioni, ſine die, uel tempore, ut tunc demum procedat prædicta concluſio. uoluit Bald. in l. precibus. col. vi. uerſ. nō obſt. quod not. C. de impub. & aliis ſubſt. quod infinitos penè allegans uoluit Galliarum ſplendor eximius, Andr. Tiraquell. in rep. l. ſi unquàm. in uerſ. reuertatur. nu. cclxviii. C. de reuoc. donati.

¶ Cui concluſioni ſupra firmatæ quòd inſtantia requiratur, ut arbiter intra legitima ſtatuta tempora non terminans pœnam incurrat. Finitimum eſt, quòd licèt iudex omittens condemnationem expenſarum, teneatur de ſuo reſarcire, † ut in l. ſancimus. C. de iudici. facit tex. in c. quoniam cōtra. in fin.
6 extra de probat. & tex. in c. fin. ubi etiam glo. fin. de reſcript. iſtud tamen limitatur locum nō habere, niſi quando expēſę petitę fuerint, aliàs non tenebitur iudex, † licèt omiſerit. ita notat gloſſ. in d. c. fin. de reſcrip. quam dicit ſingularē, & notandam ad limitationem d. l. ſancimus. Panorm. ibidem. nu. xv. Et ideo iudex nūquàm dicitur negligens, niſi inſteterit pars, & ab eo petierit. † uoluit hoc Bald. in l.
7 j. C. quomodo, & quand. iud. & in c. j. §. iudices. de pace iuram. firm. in feudis. ubi allegat Largentarius. §. cum autem. ff. de edend. facit gl. in l. cum ſeruum. C. de ſeru. fugit. & in l. quicunque. in uerſ. interrogari. C. eo. tit. & uoluit etiam Cardin. in c. cùm ſit generale. de for.
8 comp. ubi dicit quòd † debet peti iuſtitiam reddi, ut iudex dicatur negligens. Abb. Panor. in c. auditis. de procura. uoluit Bald. in l. mancipia. C. de ſer. fugit. & in l. i. §. magiſtratibus. ff. de magiſtra. cōuen. & Bald. in l. non ſolum. C. de commert. & merca.

¶ Ratio autem horum omnium, ea potiſſima redditur, quia iudex
9 officium ſuum niſi petētibus † impartiri non cogitur. uulg. l. iiii. §. hoc autem iudicium. ubi Barto. ff. de damno infect. ante eū Innoc. in c. ad noſtram. el ij. de iureiur. Et inſuper plures concordantiæ adduci poſſent, quæ quia uulgatæ ſunt, idcirco omittūtur. Ad quod facere uidetur illud Domini in euangelio. Petite, & inuenietis.

¶ Secundò quęro factum eſt compromiſſum per pupillum ſine tutoris authoritate, ſi ęo caſu arbi-
10 ter intra † terminum laudum non proferat, an in pœnam hic ſtatutam incidat? Vide Marian. Soc. in conſil. xxvii. pro deciſione. col. fi. volumi. j.

¶ Tertiò quæro, ân arbitrì incidant in pœnam, ſi in fine termini
11 † conditionalem ſententiam dicant? Vide quæ dixi ſupra. §. iii. glo. iiij. q. vij. no. xxviii. Vbi latiſſimè iſta quæſtio terminatur.

¶ Quartò & ultimò quæro pro complemento huius gloſſulæ, ſi iſti arbitri intra terminū cauſam non expedierint, an eo lapſo ut poſſit ſententiam dicere, & pœnā

euitare, moræ purgatio admittatur? dicendum eſt quòd cùm hic ſit iſte terminus præfixus inſtantiæ ſub certa pœna ipſis arbitris, licèt in terminando poſt lapſum termini admittatur moræ purgatio, nō tamen talis moræ purgatio admittetur pro pœna uitanda, quia arbi-
12 tri tenebuntur. tex. †notab. in l. fi. in fin. C. ut omn. iud. tam ciuil. q̃ crimi. cuius authoritate ita dicebat eleganter Ludouic. Roma. in conſi. cccccxxvii. in propoſito caſu. nu. vj. & ſeq. & aliquid in conſilio cccccxv. quo ad primũ. in fin. Ego tamen nũquàm uidi pro iſto pauco tempore meo pœnam aliquam exigi ab arbitris non terminantibus intra terminum, & ita audiui fuiſſe ſemper ſeruatum in Regno a viris primatibus. Laus Deo & beatæ Mariæ Magdalenæ. Oliueti die xv. Iunii. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ SVMMARIVM.

1 *Pœna ſuos tenere debet authores.*
2 *In pœnalibus alius pro alio non ſubintrat locum nu iij.*
4 *In pœna æternali alius pro alio non punitur.*
5 *In Adam omnes peccauimus.*
6 *Pœna huius pragmaticæ cui applicetur?*
7 *In ſolutum ſoluere quid ſit.*

GLOSSA II.

Ordine ſupraſcripto ſoluendam in ſolutum pro quolibet ex ſupradictis arbitris.

IN ſuperiori textu gloſſæ iã proximè præcedentis non fuerat declarata quantitas pœnæ, ad quam unuſquiſque arbitrorum incurrebat ob laudum intra terminũ nō prolatum, in iſto tamen textu illa quantitas exprimitur, vt unuſquiſque arbitrorum pro portione ſua teneatur iuxta textum præcedentem, ſumptum ut credo ex eo q
1 pœna †ſuos tenere debeat authores. iuxta not. in l. ſancimus. C. de pœnis. & in c. etſi pignorationes. de iniur. & in c. quæſiuit. de his quæ fiunt à maior. part. capit. Nō eſt enim vnus pro alio puniẽdus,
2 uti regulariter † nec uxor pro marito, & è contra, nec filius pro patre è conuerſo. ut in c. illud. xv. q. vii. in c. j. j. q. iiij. & ĩ c. ij. de purga. vulga. & in c. ex literis. §. j. de pignorib. in rubro, & nigro. C. ne uxor pro marito. & C. ne filius ꝓ patr. Cyn. & Saly. in l. j. C. de libert. & eorum lib. Bald. in l. fi. C. de lib. cauſ.

¶ Limitant autem plerique concluſionem prædictam procedere ſolùm in criminalibus, ut pro defuncti delicto pœna hæredes non tangat, eo quòd morte omne delictum, quod pœnam inferre ſolet, extinguatur, ut in l. defuncto. ff. de pub. iud. in l. in ſenatuſconſultum. §. ſi propter mortem. ff. ad turpil. & in l. fin. C. ſi reus, uel accuſ.

cuſ.mort.ſuer. In ciuilibus autem ſecus, cùm in pœnis pecuniariis,
3 †aliiſque rebus hæres ob deſuncti delictũ reperiatur obnoxius. tex. in l. Caius Seius. ubi Ioan.Igneus. nu.xv. ff.ad ſenat. conſul. Syllan, tex.in l.ſi pro fure.§.fi. ff.de cond. ſut.quod quomodo intelligatur, &.in quibus caſibus procedat,longe traditum eſt per eximium Iuriſcõſultum Ioan.Baptiſt.Aſiniũ. in l.j.in princ.nu.lxxix.cum infinitis ferè ſeqq. ac etiam præceden. ff.de religioſ.& ſumpt.fun.

¶Ampliabis hanc regulam pro-
4 cedere etiam † in pœna æternali, in ea etenim nunquàm alius pro alio pœnam ſubit.ut in d.c.j. & in c.iam itaque. j.q.iiij.

¶ Sublimita hanc ampliationem non procedere, ubi quis eſt imitator ſceleris alterius, quamuis & tunc uti coinquinatus eodem ſcelere, pro ſuo potius, quàm alteri⁹ delicto puniri dicetur. ut in c.cito turpem.j.q.j.& in c.niſi cùm pridem. §. perſonæ uerò irregularitas.de renuncia.& ita intelligi debet text. in §. contra dominus ad Moyſen. j. q. iiij. ad quod facit illud, quod Lacedemoniorum lege cauebatur, quòd qui ſe præſente delinquentem non obiurgaſſet, ſit uti delinquẽs eidem pœnę obnoxius. retulit Plutarchus apophthegmate laconico .... Videtur enim alterius delicti, uerus imitator, cùm facinus perpetrari permittat, ac ueluti conſentire quodammodo facinori uidetẽ.ad quod adduci poteſt illud dictum Lactantii.lib.vj.diuinarum inſtitutionũ. c.xi. qui ſuccurrere (inquit) perituro poteſt,ſi non ſuccurrit,occidit. inde Seneca in Hercule furente recte inquit.

Qui non uetat peccare,cùm poſſit,iubet.

Faciunt etiam notata per Matth. de Afflic.in Regni l.ſi damna clandeſtina.not.ij.nu.ij.ſub rubric. de homicid.clandeſtin.

¶Sublimita ſecundò,non procedere in peccato originali,quòd cõtraxit parens primus Adam.Vnde
5 Apoſtol.in Adam omnes † peccauimus.Quod per Chriſtum abſortum eſt.vt idem Paulus teſtatur ad Roma.c.v.& j.Corinthior.c.xv.& de his etiam longe lateq; Hoſtieſ. in ſumma. titul. de pœnis. §. quæ quibus.Tranſeamus iam ad alia.

¶Quæro cui applicetur iſta pœna
6 arbitrorum†hic ſtatuta? nõ poteſt dici,quòd applicetẽ ipſis arbitris, quia ipſi ſunt,qui huic pœnę ſubmiſſi ſunt. Breuiter iſta eſt quęſtio adhuc non tacta.dijudico ego ipsã pœnam deberi partibus læſis, & ſic litigantibus qui ob terminationem intra terminum non factam, vel erunt coacti de nouo compromittere, uel iudicem adire, & ſic ſumptibus litium, & temporis facile læduntur, in quorum ſolatio pœnam ipſis applicari decernerẽ. text.habeo inuictum in l.fin. ff.de litigioſ.ubi pœna quæ imponebatur in edicto prætoris, nec diceba

tur

tur, cui dupla illa applicaretur fiſco, an parti, & demum cõcludit, ex decidendi ratione læſę parti applicandam. ad quod facit quod dixit Guliel. de Cuneo. in l. ſi eccleſiæ. C. de ſacroſ. eccleſ. quòd quando pœna certa imponitur, ſemper applicatur parti læſæ. quem ſequutus ibidem Bald. dicens quòd quando pro aliquo maleſacto qđ non cadit in ſpeciem delicti, non eſt ſtatuta pœna, ſed de nouo per legem ſtatuitur pœna, tunc in dubio applicabit parti læſę, & ita cõcludo pro nunc, tu autem cogita interim.

¶ Vltimò in tex. ibi { in ſolutum } quid denotant iſta uerba, in ſolu-
7 tum? Breuiter dicas, †quòd datio in ſolutum eſt, cùm fundus aliaq; res quęlibet ſoluendi cauſa datur. & ita loquitur text. in l. eleganter. in princip. ff. de pignor. action. & notatur in l. nel ſoluendi. ff. de public. in rem actio. cum multis allegatis per legum Speculum Andr. Tiraq. in tracta. retract. conſang. §. j. gloſſ. xiiii. nu. ii. quem uideas. & per hæc huic gloſſæ finem impono. Laus Deo. Oliueti die xx. Iunii. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶ *SVMMARIVM.*

1 *Iudex non impartitur officium ſuum niſi petenti. nu. 2. 3. 4. 11.*
2 *Iudex ſuum officium irrequiſitus impartitur pro perſonis miſerabilibus.*
3 *Perſonis miſerabilibus iudex ultro dat aduocatos.*
4 *Intellectus l. illud. ff. de tutor. & cur. dat. ab his. nu. 5.*
6 *Quod lex non dicit, nec nos dicere debemus.*
7 *Verba legis inſpicienda ſunt.*
8 *Eccleſia, pius locus eſt.*
9 *Hoſpitale, pius locus dicitur.*
10 *Argumentum ab abſurdo uitando tenet.*
11 *Iudex intromittit ſe ex officio, in concernentibus periculum animæ.*
12 *Bonus paſtor animam ſuam dat pro ouibus.*
13 *M. Marcelli in obſidione Siracuſorum factũ notabile.*
14 *Coertio quid eſt.*
15 *Coertio unde dicta.*
16 *Multa quid eſt. nu. 17. 21.*
18 *Multa quandoque pro pœna non pecuniaria ſumitur.*
19 *Multa quandoque pro ultimo ſupplicio, & morte capitur.*
20 *Multa quandoque pro exilio.*
Pecuniaria pœna a pecude dicta.
22 *Pecunia antiquiſſima notata ſigno bouis, ouis, porci, & huiuſmodi.*
23 *Arbitri poſtquàm acceptauerint compromiſſum, coguntur diffinire.*
24 *Arbitri poſt acceptationẽ an poſſint reuocari.*
25 *Lis tunc dicitur effectualiter diffinita, quando tota ſopita eſt, & ab ea penitus receſſum eſt.*

GLOSSA III.

Et nihilominus ad petitionem partium, vel alterius ex eis, per nouam coertionem, ſeu multæ indictionem cogantur, poſtquam compromiſſum acceptauerint, effectualiter in eos diffiniri.

NOTA ibi { ad petitionẽ } quia ideo pars petere debet, ex quo iudex officium ſuum non impartitur, niſi

petenti.

1 petenti. † argument. l.iiii. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & eorum quæ dixi in gloſſa proximè præcedenti.

¶ Hanc auté rationé limita non procedere in perſonis miſerabilibus, pro quibus iudex ſuũ officiũ
2 impartitur ẽt ſi nõ petat.† tex.eſt ĩ l.nec quicquã. §.obſeruare.ff.de offic.proconſ. ubi fœminis, pupillis, & qui ſuæ mentis non ſunt, a-
3 lijsq; perſonis debilib⁹ iudex † ultro aduocatos dabit, etiam ſi nemo petat.cui etiam concinit text. in l.profectitia.in princip.in uerſicul.ſed & ſi proponas.ff. de iur. dot.ubi dos conſtituitur a iudice, & dicet etiam profectitia.quod tenet Barto.in d.§.hoc autem iudicium.in iiij.oppoſi.ſequitur Alexand.in l.i.ff.de iuriſd.om.iud.

¶Philipp. Deci.in d.l.j.nu.vij.tenet contra Bart.& Alexand.& allegat regulam in cõtrarium dicti §.hoc autem iudicium.cõtra Barto. & Alexand. reſpondet ad tex.
4 in l.illud.ff.de tutor.& cura.†dat. ab his.cuius authoritate mouebatur Barto.in d.§. hoc autem iudicium.quòd ibi dicitur abſenti tutorem dari per præſidem, quòd ſit ſubintelligendum, dummodo aliquis petat pro eo. Reſpondet ad illud Alexã. quòd pupilli ſunt perſonæ miſerabiles. quòd intelligendum ſit, dũ tñ ſint pauperes, ſecus in diuitibus.dicit hoc tenere Inno.& Cardin. in c.ſignificantibus.de offic.delegat.& ipſum etiam Alexand.in l.j.col.iij.ff.ſolu. matr.& in conſil.cxxj.viſo proceſſu.in fin.volum.j.

¶Ego uerò, ut uerum aſſeram, ſteti nimium anxius, conſiderans opin.Dec.magnam eſſe, & ratione fulciri ac authoritate non modica, & Barto.ac Alexand.authoritatem eſſe ſupremam, & in iudicando, ac conſulendo potiùs eorum opinioni adhærerem. nec Decius uidetur omnib⁹, quæ opponi poſſent, rectè reſpondiſſe. & ut ad not.in d.l.illud.ueniam⁹, qui tex.
5 † fundamentum eſt pro Bart. opinione, non rectè ſentio ipſum declarari ad modum Decij, quòd ſcilicet tutores pupillis abſentibus dentur per præſides ideſt ſi abſentium parte petitũ fuerit, quia iſta ſuppletio cùm in lege non appareat, nec id lex illa aſſerat, nec nos
6 dicere debemus.† ut inquit Bald. in conſil.xcix. ſuper primo quæſito.col.j vol.iiij.Bal.idem in l.omnes populi.ff.de iuſti. & iur.& ſequitur etiam Barbat. in l.ſi ita ſtipulatus eſſem abs te.col.penul.ff. de uerbo.oblig. uerba enim legis inſpicienda ſunt, & ultra ea non
7 eſt trahenda eius diſpoſitio. † l. quod conſtitutum. ubi Bart.ff.de teſta.milit. nam & vbi uerba legis deficiunt, deficit eius diſpoſitio.l. iiij.toties. ff.de damn.infe. cũ mille ſimilibus adductis a modernorum Iureconſultorũ principe Andr. Tiraquell.in repet.l.ſi unquã. in uerſicu.libertis.nu.ij. cum plu

ribus

tibus ſeqq.C.de reuoca. donat.& in tract. le mort ſaiſit le uif.parte. ij. declarat.x.nu.xix.nec Decius re ſpondet ad textum in d.§.obſerua te. qui mirabiliter facit pro opinione Bart. & ſequacium. Affero etiam textum inuictum, ſi non cauilletur, in l.fin.§.ſed & ſiquis.C. de adminiſtra.tut.ubi furioſo domino litis poſt eius conteſtationē facto, quam per ſe non per procuratorem proſequebatur, ob furorem nouiter adeptum iudicis prouiſione, ac cognatorum, propinquorum, & actoris ſi uoluerit, curator ſtatuitur.

¶Et ſi dictum Decij in totum eſſet uerum, quòd quãdo ſunt pauperes ſolum dicantur perſonę miſerabiles, ſequeretur abſurdum quoddam quòd eccleſię quantuncunque diuites non dicerentur miſerabiles nec gauderent priui-
8 legijs † cauſæ piæ, contra notata per Specu.in titul. de inſtrumen. edit.§.nunc vero.Ludouic.Rom. in conſil.ccxxxv.quo ad primum. nu. v. ac etiam hoſpitalia diuitijs abundantia non dicerentur miſerabilia, & pia, ut ſunt Neapoli hoſpitalia ſanctę Mariæ Annũtiatæ, Incurabilium, ac ſancti Michaelis Archangeli, quorum diuitię cùm magnæ ſint, & ad ea confluat multitudo magna languentium, quorum quolibet pius locus dicitur.
9 † Archidiacon.c. ſi ex laicis.x.q.j. Ioan.Andr.in c.Ioannes.col.ij.de teſtam.Bal. i l. Orphanotrophos. in fin.C.de epiſcop. & cleric.Alexand.in conſil. ccxx.ſtatutis accurate perſpectis.in princip. vol.ij. Petrus Peruſius in tract. de quarta canonica.c.x. Panor. in conſil. xxxij.circa duo.nu.iiij.uol.ij.& alia allegans And.Tiraquel.in tracta.de priuil.piæ cauſæ.in præfat.
10 col.ij.quod argumentum ab† abſurdo uitando ualidum eſt.l.nam abſurdum.ff.de oper.libe.l.fin.C. de uſur.rei iud.Ludou.Bologn.in conſil.xxxiij.col.ij.& in cõſil.lxix. col.penul.Felin.in c.ſolite.de maior.& obedien. Laurentius Calcane.in conſil.lvij. uiſis conſilijs. & Anton.de Tremolijs. in addit.ad practi.Bonaccurſi. fol.cx. latè per Ioan. Neuizan.in Sylua Nuptial. §.non eſt nubẽdum.nu.cxcij.cum pluribus ſeqq.per quę ſupradicta in iudicando non recederem ab opinione Bartoli, & Alexandri, & crederē non errare, maximè cùm ſit in fauorem perſonarum miſerabilium, tu autem pleniùs conſidera quid tibi uidetur.

¶Secundò limita non procedere in his, in quib⁹ animæ periculum uertitur, quia etiã parte nulla petente in his ſe intromittit, puta, ne contrahatur matrimonium cũ
11 cõſanguinea. † c.cum in arbitrio de cland. deſponſ. Archidia.in c. pia.de except.indeque Epiſcopis imponitur onus paſcẽdi oues, ac gregem ſibi commiſsũ iuxta illud Petri.j.c.v.Paſcite (inquit) qui in uobis eſt gregem Dei.& ideo Me-

taphoricè Ieſus inducit parabolā ouis perditæ, id eſt peccatoris. Lucæ. c. xv. ibi. Quis ex uobis homo, qui habet centum oues, & ſi perdiderit vnam ex illis, nōne dimittit nonagintanouem in deſerto, & uadit ad illam quę perierat (peccator enim mortuus dicitur) donec inueniet eam? ex quo demonſtratur quanta debeat per ſuperiorem in ſubditos haberi diligētia, ut ingetētia animæ periculum ex officij ſui miniſterio deſtruat. & Michæas iij. Reg. xxii. dicit, Cūctū Iſrael diſperſum in mōtibus, quaſi oues non habentes paſtorem, prout etiam Chriſtus nos eripuit uti bonus paſtor de manibus Diaboli ad quod facit illud Petri. j. c. ii. ibi, Eratis enim ſicut oues errātes, ſed conuerſi eſtis nunc ad paſtorem, & epiſcopum animarum veſtrarum. Bonus enim paſtor (ut Ioā. c. x. aſtruit) animam ſuam dat

12 †pro ouibus ſuis. vnde Chryſoſtomus de Chriſto alloquens ait. Paſtorem ſeipſum, & oſtium indiffenter prædicat. & talis homo (ut inquit Gregorius) meritò nomen paſtoris perdit, eo quòd terrenā ſubſtantiam, pluſquam oues diligit. & ideo non dicitur paſtor, ſed paſtoris idolum, qui gregem deſerit. Habetur Zaccha. ii. O paſtor, & idolum derelinquens gregem. & inde Gregorius. Mercenarius quippe eſt, qui paſtoris locū tenet, ſed lucra animarum non quærit, terrenis cōmodis inhiat, honore prælationis gaudet, temporalibus lucris paſcitur. unde Petrus Rauēnas. Ecce paſtor bonus, animam ſuam pro ouib° ſuis dat, quod utiq; facit uis amoris, quia nil durum, nil amarū, nil graue, nil lætale computat amor uerus: quod enim ferrum, quæ vulnera, quæ pœna, quæ mortes amorem præualent ſuperare perfectum? Paſce oues meas, inquit Ieſus Petro. Ioā. c. xxi. quo doct° documento. Hugo de Sancto Victore docuit. Animam pro ouibus ponit, qui periculoſum regiminis locū aſcendens, clauſo ſilentii hoſtio clauſtralium gregē in pace cuſtodit. inde Bernardus ad quendam Abbatem inquit. Paſcas uerbo, paſcas exemplo, paſcas & ſanctarum fructu orationū. inde de cura prælati in ſubditos Gregorius inquit. Tot mortibus prælati digni ſūt, quot ad ſubditos ſuos perditionis exēpla tranſmittunt. cui cōcinunt dicta Auguſtini. Qui animas (ait) ad peccandum inflammant, & Deo ſubtrahunt, magis peccant, quàm qui carnem Chriſti crucifixerunt. & apud Iſidorū. qui exemplis uitam, moreſq; corrumpunt, deteriores ſunt his, qui ſubſtantias aliorum, prædiaq; diripiunt. Nam ut Gregorius ait. Nihil ei ſua iuſtitia ſuffragat̃, de cuius manu anima pereuntis exigetur. Vnde Chryſoſtomus. Sacerdos & ſi propriam bene diſpenſauerit uitam, aliorum uerò non

cum diligentia curam habuerit, cum perniciosis in gehennam uadit. inde illud Homeri quòd turpe eſt, eum, cuius tutelæ populi cómiſſi ſunt, totam noctem dormire. Subditorum curam reſpice ex uerbis Auguſtini.lib.i. de Ciuitate Dei.c.vi.dicẽtis.Egregius Ro
13 mani nominis Marc.Marcel.† qui Siracuſam urbẽ ornatiſſimam cœpit, refertur eã prius fleuiſſe ruituram,& ante eius ſanguinẽ ſuas illi lachrimas effudiſſe,geſſit curã pudicitię etiam in hoſte ſeruãdæ, nam priuſquam oppidum uictor iuſſiſſet inuadi,conſtituit edicto, ne quis corpus liberum violaret. & de hoc iam ſatis.

¶ Sunt multi alij caſus in quibus iudex ex officio, etiam nullo petente poteſt,& debet ſe intromittere, de quibus (quia hic non eſt locus, relinquo) multos ponit Fabius Monteleonius in ſua practi. arbitrali.per totum. alibi etiã nos cumulauimus, & uidebitur Deo uolente.

¶ Quæro in textu ibi.{coercionẽ} quid denotat iſtud vocabulum, coercio? Dicendum quòd uerba-
14 lis eſt præceptio.† ut not.in l.ij.§. exactis.ff.de orig.iur.vbi conſulibus ea poteſtas in caput ciuis Romani tributa eſt, ut ipſos coerceri,& in vincula duci iuberent. & de verbali coercione textum loqui illum dixit ibi Hieronym.Cagno.nu.ccxc.allegat Barr.in l.magiſtratibus.ff.de iuriſd.omn.iudi.

¶ Et dictam puto coercionem à coercendo, ideſt conſtringendo
15 † & continendo.iuxta tex.in l.j.§. coercere.ff. de fonte. ubi dicitur coercere aquam, ideſt continere ne labatur, ita dictam puto coercionem, ſcilicet conſtrictionem ne homines labantur. idem uidetur ſignificare text.in §.quicquid autem. Inſtit. de rer. diuiſ.ſimilis tex.in l.debuit enim.ff. de his qui not.infa.ubi mulier miſſa uti prægnans in poſſeſſionem uẽtris nomine,dum non eſſet,notatur infamia,dum prætorem decepit,debebat enim per eũ cuſtodia coerceri.uide etiam text.in l.j.§.j.ff.ne uis fiat ei qui in poſſ. miſſ. eſt. de quo etiam Lactantius. libro iij.illud ſatis eſt ad coercendum furioſi hominis errorem. & Cicero in Lælio.quem ſerpentem multiplici lapſu coercet ars agricolarum. idem lib. iij. ad Herenn. alterum ſequi, alterum uitare coercemur. & Liuius lib.iiij. damnum aliamue coercionem. inde etiam dicebat Lucanus libro iiij. inquiens his verbis.

Campoſque coercet
Cinga Rapax.

& Ouidius libro primo Metamorphoſ. inquit.

Vitta coercebat poſitos ſine lege capillos.

Et etiam carcerati dicuntur quandoque coerciti authoritate eiuſdem Ouidij in epiſtol.

Clauſa domi teneor, grauibuſque coercita vinclis.

¶ Quæro

¶Quarto ibi {ſeu multæ indictio-
nem}& per hoc apparet, quòd pri
mò per coercionem, ſignificãtem
uerbalem coactionem,& demum
per pœnæ impoſitionẽ, ut in hoc
textu.quid autem ſignificabit mul
16 ta in caſu iſto?Breuiter † ex textu l.
eos.& ex toto titu.C.de mod.mul
tar.colligi poteſt,quòd multa dici
tur pœna pecuniaria,cum omnes
ll. illius tituli loquantur de pecu-
nia.ad quæ faciunt not.per Barto.
in l.fina.ff.ſolu.matr.Ludo.Rom.
in conſil.lxx.uiſis themate.nu.x.ſe
quitur Iodoc. Damhouderius in
practic.crimin.c.lvij.nu.ij. & uo-
luit etiã Lancelott.Dec.in l.ij.§.fi.
ff.de iudic.ſequitur,& refert Hie-
ronym.Cagnol.in repe.l.unicę.in
princip.nu.cix.ff.ſiquis iuſdic. nõ
obtemp. &ante hos omnes id uo
luit Hoſtienſ. in ſumma. titul. de
mult.§.j.arg.l. aliud eſt fraus. & l.
ſi qua pœna.ff.de uerbor. ſignific.
& percipitur ex dictis per Franciſ.
Marc.in deciſio.Delph.ccvi.quæ-
ritur an dominus.uol.j.
¶Matthęus de Afflict.in reg.con
ſtit.ea quæ ad decus.num.xx. dicit
quòd multa dicitur, quæ arbitra-
17 rie † imponitur à iudice. allegat
l.j.C.de mod.multar.
¶Ego conſideraui text.in d.l.j.&
nihil facit ad propoſitum. credo
quòd uoluit allegare text.in l.eos.
eod.titu.in §.nec tamen. qui text.
dicit, quòd iudex imponit maio-
res pœnas illis qui cõmiſerint con
cuſſiones,furta,& his ſimilia.

¶Et uere negari non poteſt, mul-
tam pecuniariam pœnam dici.ad
quod facit text.in §. quia uero.ibi
{det multam}in Auth.de iudicib.
¶ Pœna autem eſt illa quæ poteſt
imponi,& pecuniariter, & corpo
raliter,& ideo a multa appellatur,
à pœna uerò non. ut in d.l.ſi qua
pœna.ff.de verbo.ſignifica.& mul
ta etiam ponitur quandoque pro
18 pœna † non pecuniaria. ut in c.li-
cèt.extra de elect.& in c.octaua di
ſcuſſio.xvi.q.j. & ponitur quãdo-
19 que pro ultimo ſupplicio†& mor
te.ut in l.fin.ff.de pœnis.cui conci
nit illud Vergilij.libro xi.Eneidos
dum dicit.

Multatam triſti morte Camillam.

Et illud etiam Comici Tertulij in
Adelph. ipſum dominum, atque
totam familiam multauit vſq; ad
mortem. & facit quod dicit Cice-
ro iij. in Verrẽ. multos crudeliſſi-
me per uim morte eſſe multatos.
¶Multa etiam quandoque pro e-
20 xilio ponit, † ut ex eo patet quod
dixit Tacitus lib.xiij.dum dixit.Vt
quidam accuſatorum eius exilio
multarentur.
¶Vera autem, ac crebrior multæ
appellatio ad pecuniariam perti-
21 net,eiuſque rei † antiquorum ſta-
tuta demonſtrant.Audi M.Teren
tium Varronem de lingua latina.
Multa eſt pecunia,quæ a magiſtra
tu dicta; inde Cornelius Tacitus,
de populis Germaniæ inqt. Apud
illas nationes leuioribus delictis
pro modo pœnarum, equorum,

peco-

pecorumq́ue numero conuictos multari, ſed & homicidiũ lui certo armentorum, ac pecorum numero, pars uerò multæ regi, uel ciuitati, pars ipſi, qui uindicatur, uel eius propinquis exſoluitur. & faciunt ad hoc notata per Aulũ Gellium. Noctium Attic. lib. xi. c. j. ex opinione Timæi, & M. Varronis. & inde etiam facit dictum M. Catonis lib. Originum. iiij. dum inquit. Imperator noſter, ſi qs extra ordinem depugnatũ iuit, ei multã facit. & Feſtus Põpeius inqt. Maximam multam dixerunt, triũ millium, & uiginti aſſium. Ex quibus innoteſcit aperte multam pecuniariam eſſe.

¶ Pecuniaria autem dicta fuit, ex quo antiquitus ob monetarũ inopiam, aut forte, quia æs nondum ſignari cœperat, multæ pecude ſoluebantur, bouum ſcilicet, equorum, ouium, porcorũ & ſimiliũ. Pecudis enim ſignificatio, omne animal deſignat, quod ſub hominis imperio è pabulo terræ paſcitur. inde Plinius, elephantos etiã pecudes nominat. & Terentius Varro. de re ruſtica. lib. ii. cap. v. de hoc in genere ita loquitur. Adeo (inquit Plutarchus in Publicola) popularis fuit, ut pro plebe magis quàm pro patritiis lata uideretur, quinque enim bouum, & duatũ ouium multa fuit. Et demum ſu-
22 blato † pecore, ab eo uocabulo fuit æs ſignatum, ſub bouis, ouis, porci, pecudisq́; figura, ob quod fuit pecunia nominata. & Plinius lib. xxxiij. c. iij. ſcribit, pecuniam ſortitam eſſe nomen à nota pecudis, ꝙ primum æs nota pecudis ſignatũ fuit. & hinc Plutarchus in Publicola aſſerit in uetuſtiſſimis nũmis ſignum fuiſſe ſuis, ouis, bouisq́;. Et ego nonnulla numiſmata ęrea, & argentea his ſignis notata in poſſe mei conſeruo. & hæc de multa dicta ſufficiant.

¶ Nota ibi { poſtquàm acceptauerint. } quòd arbitri poſt arbitrii ac ceptationem ad proſequendũ cõ-
23 promiſſum coguntur. † Hoc idem de iure communi cauetur, licèt enim à principio res libera ſit, & non cogatur arbiter iudicium ſuſcipere, nihilominus ex poſt facto poſtquàm acceptauerint, coguntur pronunciare. l. iii. §. tametſi. ff. de arbit. glo. in uerſ. renitentem. in c. paſtoralis. de offic. deleg. Voluit Abb. Panor. in c. j. nu. j. de arbi. Felin. in d. c. paſtoralis. in prin. nu. iiij. & Franciſc. Marc. in deciſ. Delphinat. ccccIxiii. quæritur an ualeat. nu. v. vol. j.

¶ Quæro, ecce ꝙ arbitri poſt acceptationem coguntur diffinire,
24 quid è conuerſo an poſſint † poſt acceptationem à partibus reuocari? Iſtam quæſtionem pleniſſimè poſuit Abb. Panor. in c. in cauſis. nu. j. & xj. de election.

¶ Nota ibi { effectualiter in eos diffiniri } quia tunc cauſa dicitur effectualiter diffinita, quando per ſententiam negotio uniuerſo fi-

nis

nis impoſitus eſt, & in totum à lite receſſum eſt.†no.in l.dicere. in
25 princip.ff.de arb.ubi Bart.dicit, ꝙ ſi arbitri unam ex partibus ab inſtantia iudicii abſoluerint, nõ intelligentur cum effectu litem totam diffinire, & per conſequens pœnam ſtatuti forte exiſtentis nõ euitabunt.Idem Bart. in l.generali.C.de decur. lib.x. Alexand.in d. l.dicere.& in l.ſiquis arbitratu. ff. de uerb.obligat. Ludouic. Roma. in l.j.in fin.C.de re iud.& per hęc huic gloſſæ finem poſui ad laudẽ Dei omnipotentis nunc & ſemper. Oliueti die ultimo Iunii. M D LXIX.

Camillus Borrellus.

¶SVMMARIVM.

1 *Lex.ſeu pragmatica admittens aliquas exceptiones, an admittat alias non expreſſas militantes in iure.nu.4.*
2 *Statutum ad hoc ut alias exceptiones non admittat, debet dicere quòd nulla exceptio poſſit opponi.*
3 *Statuta ſunt intelligenda ut quanto minus lædant ius commune.*
5 *In cauſis feudalibus cõpromiſſo locus nõ eſt*
6 *Pœna adiecta in cauſa non compromiſibili non ligat.*
7 *Pœna an committatur per pœnitentem, quando eſt adiecta in compromiſſo iurato.*
8 *Pars iurauit ſtare emologationi, & prolata emologatione ad.uit bonum uirum, an teneatur ad pœnam.*
9 *Exceptio incertitudinis, aut ineptitudinis libelli an impediat compromiſſum. nu.10.*
1 *Exceptio præſcriptionis an impediat compromiſſum.*

GLOSSA IIII.

Hoc tamen locum non habeat, ubi eſſent inſtrumenta, ſententiæ, & obligationes liquidæ, nec etiã in cauſis feudalibus, in quibus ſimilis petitio compromiſſi non admittatur.

HAEC eſt ultima pars iſtius legis, ſeu pragmaticæ, in qua ponũtur exceptiones compromiſſum excludentes, ſed hic enumerantur tantummodo quatuor caſus, in quibus compromiſ-
1 ſi petitio locum non habebit,†an comprehendantur in iſta pragmatica caſus alii excludentes de iure compromiſſi petitionem. Videtur primo aſpectu dicẽdum alias exceptiones non admitti, ex quo cũ legiſlator aliquos caſus compromiſſum excludentes enumerauerit, uidetur firmata regula quòd in cæteris aliis regula ſit in contrarium.argu.l.nam quòd liquide.ff. de penu legat.l.quæſitum.§.denique. ff.de fund. inſtruct. & uoluit Dyn.in rubric.de regul. iur. in vj. & incluſio iſtarum exceptionum uidetur operare excluſionem aliarum omnium exceptionum excludentium compromiſſum, & ſtatutum aliquod non operaretur. l.ij. C.comm.de leg.l.quod Labeo. ff.

le carbo.edict.l.j.& ij.C.de for.& impet.ſublat. & in l. cùm prætor. ff.de iudic.& in c.ij. de coniug.leproſo.in c.nonne.de pręſumpt.& in l.maritus. C.de procurator.

¶Hoc tamen non obſtante ego contrarium uerius eſſe puto, ꝙ imò nō ſolùm exceptiones hic poſitæ excludent cōpromiſſum, ſed etiam omnes aliæ, quæ de iuris cōmunis diſpoſitione aduerſus cōpromiſſi petitionem excipi poſſent, ex quo ſtatutum ſeu pragmatica ponendo in textu noſtro eeceptiones, non dicit quòd non poſſit aduerſus compromiſſum op-
2 poni aliqua alia exceptio, † & ſic tolleret exceptiones alias, quinimmo etiam ſi in textu noſtro talia uerba poſita eſſent, adhuc dici poſſet quòd nulla alia exceptio opponi poſſit. i.friuola, uel nulla alia minor propoſitis, ſecus ſi maior, quia tunc hoc non obſtante deberet admitti. gloſſ.in l.j. §.j.ff. quod ui aut clam.not.in l. ita pudor.ubi glo.& Cyn. C.de adulter. in c.paſtoralis.de appellatio.gloſſ. in c.ex parte. de offic.delegat.Hoſtienſ.& Ioan.Andr. in c.ſedes. de reſcript.doct. in clem.j. de ſequeſtr.poſſeſ.& fruct.

¶Et iſtud clarum eſt quod uolūt communiter docto. quòd adhoc ut aliæ exceptiones opponi non poſſint, debet ſtatutum dicere ꝙ
2 nulla alia opponi † poſſit exceptio colligitur ex theorica Bart.& aliorū in d.l.j.§.j.ff.quod ui aut clam. latè Imol.in l.j.ff.à quib.appell.nō licèt. & Anto. de Butr. in repetit. c.canonum de Conſtit.

¶Maximè quia ſi hoc eſſet, ut aliæ exceptiones non admitterentur, corrigeretur ius commune, & ſtatuta intelligēda ſunt, ut quātominus poſſint, corrigant ius cō-
3 mune, † ut in l.ſi uerò. §.de uiro. ff.ſolut.matri. l.quod uerò cōtra. ff.de legib. & in l. ij. C. de noxal. c.conſtitutio.c.ſtatutum.de elect. in vj.

¶Et quòd aliæ exceptiones de iure communi impedientes cōpromiſſum debeant admitti, nec in-
4 telligantur † ſublatæ, uoluit expreſſè Alexand.in conſi.cxxx. In cauſa Strazarolorum.col.iii.per totum. vol.iij. & propriè in terminis caſus ſtatuti noſtri de compromiſſis idem per multa ſatis notabiliter uoluit Marian. Socin. in conſilio xxxviii.pro deciſione.colu.j. & ij. vol.j.ubi uideas latiſſime. Et multas exceptiones aduerſus compromiſſi petitionē ad longum cumulaui ſupra §.ij.gloſſ.j. per totam illam gloſſam, in qua diffuſe materiam pertractaui.

¶Nota ibi { Nec etiam in cauſis
5 feudalibus } ꝙ in feudalibus † cauſis compromiſſo locus non eſt.ut dixi ſupra in d.§.ii.glo.j. q.xi. nume.cxxiiij.

¶Quæro quid ſi eſſet factum cōpromiſſum de re feudali, & eſſet iuratum ſub pœna, an poſſit pœ-
6 na ipſa accuſari? facit † quod voluit glo.

glo.in c.ſignificantibus. in fin. de offic.deleg.in vj. Vnde ibidem infert Dominic. quòd ubi compromiſſum eſt factum ſuper re, ſeu cauſa non compromiſſibili, ut in caſu iſto, quòd tũc nec pœna adiecta ligabit. & ita ſequuntur ibidem Bald.& Card.& etiam Felin. in c.nobis.extra de ſimon. & per multa ſimilia hoc uoluit Hippolyt.de Marſil.in l.qui ſine accuſatore.nu.xxi.cum pluribus ſeqq.ff. de quæſtio.ad quem te remitto.

¶Quæro iuxta prædicta an ſi pœna fuerit appoſita in compromiſ-
7 ſo iurato, † committatur per pœnitentem? quòd ſic, uoluit tex. in l.ſiquis rẽ.ff.de arbitr. & Raphael Fulgo.in conſil.clxv.in quæſtione propoſitæ.col.ulti.uerſ.ad ultimũ.

¶Quæro iterum, in compromiſſo partes iurauerunt ſtare laudo,
8 & emologationi, †prolato laudo, & emologatione, pars, quæ ſuccubuit, reduxit ad boni viri arbitriũ, qui dixit bene emologatũ, & male reductũ, pars victrix petit pœnam in compromiſſo poſitam, an debeatur? iſta quæſtio ponitur, late diſputatur, & deciditur à Raph.Fulgoſ.in cõſi.clxxi. Gerardus. per totum.vbi latiſſimè.

¶Quæro an incertitudo, ac inepties libelli impediant compromiſ-
9 ſum, puta quis diceret, † peto id quod arbitri eligendi ex forma ſtatuti declarabunt? Quod talis exceptio compromiſſum impediat, tenuit Philipp.Corn.in conſil. cxxi. poſt conſilium. in ſubſcriptione. litera L.cum pluribus ſeqq.volu.j. quid autem ſit in Regno, in quo omnes cauſæ ciuiles ſunt ſumma-
10 riæ, & in eis †proceditur ſola facti veritate inſpecta. cõtrouerſum eſt inter doctores noſtrates, ut voluit Bernardin.Pandus in pragmatica. diſpendia.nu.cxvii. cum pluribus ſeqq.de iudicio ſummar.

¶Quęro ultimò, quid in exceptio
11 ne præſcriptionis, an†tollat & ipſa compromiſſum? Subtiliſſime Petr.Philipp.Corn. in conſ. cxvii. Licèt.per totum.volu.j.Laus Deo omnipotenti.Olìueti die iiij.Iulij. LXIX.

Camillus Borrellus.

§. VII.

Et ſi aliqua partium ſe grauatam ſenſerit à ſentẽtijs, uel laudis prędictis, adeat iudicem loci, ubi tale laudum latum fuit, qui auditis primis arbitris intra menſem de dicta grauaminis cauſa ſine figura iudicij, uiſa facti ueritate, & ex eiſdem actis, ſi dolus ex propoſito, uel re ipſa arguatur.

¶SVMMARIVM.

1 *Nullitas defectu poteſtatis arbitrorum allègari poteſt, non obſtante renunciatione antea facta de non dicendo nullum.*
2 *Pœna, ſi eſt adiecta cum iuramento in compromiſſo de ſtando ſententiæ. ſi iurans uult dicere ſententiam nullã, non committitur.*
3 *Promiſſio de non contraueniendo ſententiæ, intelligitur ſi ualida fuerit.*
4 *Arbiter male iudicans, an faciat litẽ ſuam.*

GLOSSA I.

Et ſi aliqua partium ſe grauatam ſenſerit à ſententijs, vel laudis predictis.

PRagmatica iſta, poſita é poſt pragmaticam, Odia, quam in ſuperioribus ex poſuimus, & ideo eius materiam tractādam ſumpſimus, ex quo eandem compromiſſorum materiam ſequitur, & ſine huius textus notitia nihil, aut parum nobis deſeruirent narrata in præcedentibus.

¶Quæro primò, ſi cōpromittentes iurauerūt, nō dicere laudū nullum, & poſtmodū laudū ſit nullū ex defectu poteſtatis arbitrorum,
1 † puta quia determinauerūt ſuper
re, & cauſa in compromiſſo non deducta, & incognita, an iſto caſu iuramento non obſtante pars poſſit nullitatem allegare, tanquā grauatam? dicendum eſt ſine controuerſia quòd talis nullitas ob defectum poteſtatis arbitrorum, non obſtante iuramento poterit allegari. ita in facto conſultus reſpondit Ange. in conſil. clxxxiij. uiſa narratione. uti eum ſequutus eandem opinionem allegauit Bartho. Soci. in conſil. xxxj. uiſis inſtrumento. in fi. vol. iij. ego autem conſilium Angeli eo numero inuenire non potui. Bart. ante eos. in l. cum aquiliana. ff. de traſact. idem Ang. & alij in l. de his. ff. eod. tit. & in l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. ſequitur Lanfranc. in tract. de arbit. q. lj.

¶Quæro ſecundò de notabili quęſtione, uidelicet compromittens iurauit ſtare ſentētię, ac laudo, & nō contrauenire ſub pęna, fertur laudum, ſiue ſentētia, iurans uult dicere ſentētiam, ſeu laudum nullum, alter compromittentium ac-
2 cuſauit pœnam † prædictam, an
debeatur? quod non debeatur talis pœna clarum eſt, quia talis pro
3 miſſio intelligitur, † dum tamen
ualide fuerit laudatum. glo. nota. in c. ſignificantibus. in glo. fin. extra de offic. deleg. notatur in l. iiij. §. condemnatum. ff. de re iud. in l. non putauit. §. non quæuis. ff. de contratab. uoluerunt Bal. Abb. Panorm. & Cardin. in d. c. ſignificantibus. & plura alia allegans uoluit Barthol. Soci. in conſi. xcv. in cauſa communis. nu. xvj. cum pluribus ſeqq. uolum. iii.

¶Quæro ultimò, an arbiter male iudicando ac laudādo faciat litem
4 ſuam? † plene poſuit hoc Felin. in
c. paſtoralis. §. quia uero. num. viij. de offic. deleg. & Ioan. Arnonius in problemat. lvi. reponas. & late nos diximus ſupra §. iij. glo. iiij. q. x. nume. xxxj. cum pluribus ſeqq.

Laus Deo, & beatis Michaeli Archangelo, Catherinæ, Magdalenæ. Olíueti. Die vj. Iulij.

M. D. LXIX.

Camillus Borrellus.

¶SVMMARIVM.

1 *Grauari quemlibet, iniquum eſt in iure.*
2 *Reductio eſt appellationis ſpecieis.*
3 *Reductio in appellationis locum introducta.*
4 *Leges iniquitatem remouent.*
5 *Deus iniquus non eſt.*
6 *Ordinarius iudex loci adeundus pro reductione.*
7 *Iudex eccleſiaſticus dignior ſeculari.*
8 *Iudex reductionis quis erit à laudo prolato a iudice ordinario, ut arbitro?*
9 *Reductio ad arbitrium boni uiri an ſtatuto ſubmoueatur.*
10 *Intellectus l. diem proferre. §. ſtari. ff. de arbitr. & l. iij. C. eod. titu.*
11 *Lex interpretationem recipit ex aliqua iuſta cauſa.*
12 *Clauſula, alte & baſſe procedendi, quid ſignificet.*
13 *Reductio quo iure petatur.*
14 *Quibus uerbis petatur reductio.*
15 *Intra quantum tempus reductio petitur. nu. 16. 17. & 18.*
19 *Ius perſonale infra xxx. annos præſcribitur.*
20 *Excommunicatus an reductionem petat.*
21 *Iuramentum ſpectat ad forum eccleſiaſticum.*
22 *Reductio an petatur iuramento non obſtante.*
23 *Clauſula, iurans non petere reductionem, quo modo intelligatur?*
Læſio magna, enormis, uel enormiſſima operatur quòd laudum reducatur ad arbitrium boni uiri. nu. 32.
24 *Iuramentum interpoſitum ſuper compromiſſo ſemper intelligitur, ut arbiter æque arbitretur.*
25 *Clauſula uix inueniri poteſt, per quam tollatur reductio laudi.*
26 *Abſolutio a iuramento non concedenda ſi non appareat de magna læſione.*
27 *Abſolutio a iuramento ſub conditione, ſi probaueris te læſum, an valeat.*
28 *Abſolutio a iuramento in quibus caſibus læſionis concedatur.*
29 *Cauſæ cognitio an requiratur in concedenda abſolutione a iuramento.*
30 *Citatio partis an requiratur in concedenda iuramenti abſolutione.*
31 *Abſolutio iuramenti an concedatur abſenti.*
32 *Si partes in compromiſſo dixerint, quòd arbitr poſſint lædere in parua & magna quantitate, an iſta clauſula operetur quòd laudum non reducatur.*
33 *Pendente reductione, laudum non mandatur executioni.*

GLOSSA II.

Adeat iudicem loci, ubi tale laudum latum fuit.

IN iſto textu habetur materia reductionis ad arbitrium boni viri, quē nos gloſſando, pro tenui facultate ornabimus. Ratio textus huius recta profecto, ac ſancta eſt, licèt enim quis grauetur ab arbitris in eorum ſententijs, ſeu laudis, datur tamen in eo caſu parti reductio ad boni uiri arbitrium:
1 iniquū enim foret in iure, † quēquam indebite grauari. argumen. l. nam hoc natura. ff. de condictio. indebi. quæ reductio licèt non ſit
2 uera appellatio, ſpecies tamen † appellationis eſt, ut in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. in appellationis namque lo-
3 cum introducta fuit † ſecundùm Bal. in c. j. §. ſancimus. quo tempore mil. inueſt. in uſibus feudorū. & ante ipſum voluerat Dyn. in conſil. xix. Ptolomeus. nu. xiiij. & nu. xx. publica enim utilitas ſuadet, ùt iniqua arbitramenta per boni uiri arbitrium corrigantur, ex quo le-

4 ges iniquitatem remouere † procurant. noluit idem Dyn. in d. conſil. xix. Ptolomeus. nu. vij. cum ſequen. Iniquos enim (dicit Dauit) odio habui, & legem tuam dilexi. & idem Dauit pſal. v. Odiſti omnes, qui operãtur iniquitatem, & qui loquuntur mendacium. & ideo ab omnibus iniquitas fugienda eſt, quia Deus iniquus non eſt,
5 † imò hoc abſit. inquit Apoſto. ad Roman. c. ix. & docuit Auguſtin. in Euangel. Ioannis. in tracta. liij. Nulla eſt enim iniquitas apud deum. idem Auguſti. in lib. de prædeſtinatione, & gratia. c. vj. & propterea charitas ſuper iniquitate non gaudet. ut inquit Pau. j. Corinthiorum. c. xiij. & eodem argumento inquit idem Apoſto. j. Corinthio. vj. An neſcitis, quia iniqui regnũ Dei non poſſidebũt? ideo iniquo, & maligno minatur Eccleſiaſti. c. viij. Vindicta carnis impij ignis, & uermis. & eccelſiaſtes. c. viij. Nõ ſit bonum impio, nec prolongetur dies eius. & apud Zacchariam. Iniquitas (inquit) ſedet ſuper talentum plumbi, & ſemper deſceudit, ſubmerſi ſunt quaſi plumbũ in aquis uehementibus. cui concinũt quę dicit Baruch. c. ij. Facti ſumus ſubtus, & nõ ſupra, quia peccauimus Deo. uti eum refert Ammianus. in lib. de Chriſtiana Inſti. c. de malis corporum in inferno. & idem inquit Matthæus c. xiij. Mittet filius hominis Angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem, & mittent eos in caminum ignis. & de hoc iam ſatis. & de lege iniqua alibi longo ſermone uerba fecimus, uidebitis, ſi vitam dabit dominus.

¶ Nota ibi { adeat iudicem loci } quòd ordinarius iudex loci pro re
6 ductione † adeundus eſt, & hoc etiam eſt de iure communi, & uidetur in hoc communis opi. ut per Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorũ. ff. pro ſocio. Pau. de Caſt. in l. cùm hi. §. tranſactione. ff. de tranſactio. & per Abbat. Panor. in c. quintauallis. col. xxi. in fi. de iureiurã. ubi licèt docto. inter ſe diſſentiant, communis tamen concluſio eſt, quòd reductio etiam de iure communi petatur corã iudice, qui eſſet futurus iudex cauſæ, ut per Orian. in tract. arbitrorum. q. xix. voluit etiam Maranta in Spec. Aure. parte vltima. in uerſic. appellatio. numero cxiiij.

¶ Communem autem ſuprapoſitam de iure concluſionem limitabis non procedere in hoc regno, puta ſolùm quando caſus fieret quòd laudum daretur in loco iudicis ordinarij litigantium, poterit tamen eſſe quòd litigantes ſint Oliuetani, & arbitri Salernitani, & laudũ proferatur Salerni, quo caſu licèt partes ſint ab Oliueto, iudex reductionis tamen erit iudex Salerni per pragma. noſtram. ibi { ubi tale laudũ latum fuit } non autem iudex ordinarius cauſæ.

¶ Quæ-

¶Quæro primò, ſi factũ fuit compromiſſum in clericũ, & laicum ſimul, & laudo prolato, reductio aut aditio (ut verbis textus vtar) petenda eſt, quis erit iudex reductionis, clericus iudex, an laicus? dicendum eſt breuiter quòd erit adeundus iudex eccleſiaſticus ratio
7 ne maioris dignitatis,† uoluerunt Barto.& Bald.in l.præcipimus.C. de appella. arg.c.cum C.laicus. de for.compet.refert, & ſequitur Benedict.Canophilus in tract.de priuileg.eccleſiæ.titu.de arbitr. priuileg. j. quicquid autem ſit de iure communi, uide in regno quòd textus noſter fundamentum facit in loco, in quo feratur laudum, ſiue ſententia.

¶Quæro ſecundò, ſi compromiſſum factum eſt in iudicem ordi-
8 narium, uti arbitrum, † quis erit poſt latum laudũ iudex reductionis ad arbitrium boni viri? uolo omnino ut videas Florian.de ſancto Petro.in d. §. arbitrorum. & Lanfran.in d.q.xix.quibus viſis tu regnicola ab his, quæ ſupra notaui, non diſcedas.

¶Quæro tertiò, an iſta reductio ad árbitrium boni uiri poſſit per
9 ſtatutum tolli? † Hoſtienſ. in c. ij. extra de arbitr. & alij quos refert Orian.in tractat.de arbitr. q.xvij. diſtingunt quòd laudum eſt iniquum, & in eo dolus interuenit, & eo caſu ſtatuto non obſtante reductio locum habebit. ut uoluit Bald.in l.cum antea.C.de arbit.allegat caſum in l. diem proferre.§. ſtari.ff. de arbitr. faciunt etiam ad hoc notata per Innoc.in c.cum acceſſiſſent.de conſtit.aut nulla iniquitas,& dolus interuenerunt,& tunc ſecus ut ipſi dicunt.

¶Quartò quæro, ſi ſtatutum a laudo lato prohibeat reductionẽ ad arbitrium boni viri, ſi de iniquitate laudum redarguātur, an ſtatuto non obſtante reductio peti poſſit? quæſtio iſta pendet a præcedenti, & illa mitigatur, ac declaratur per iſtam, & dicendum eſt quòd lex licèt dicat, ſententiæ arbitri ſtandũ eſſe, ſiue æqua fuerit, ſiue iniqua.
